


R. 1316 Del aporoso del 3<sup>o</sup> de Mayo de 1530




Biblioteca Universitaria  
 GRANADA  
 Sala A  
 Estado 2  
 Fecha  
 Numero 125


3a 9. 12.



Del collegio de la Comp<sup>a</sup> de N<sup>ra</sup> de Granada



R. 1316 Del aposten del Sr. M. de Covarr.



Biblioteca Universitaria  
GRANADA  
Sala A  
Número 125

3a 5. 12.



Del collegio de la Comp. de Jhs de Granada



EVCHARIUS CERVICORNVS  
PIO LECTORI.

**I**Nter alia quæ nostro hoc seculo contingunt, lector amicissime, nihil optatius, nihil  
utilius, sanctius item nihil animaduerto, quam quod ita nunc passim vetustissimorum  
orthodoxorum monumenta in lucem emergunt. Quid enim per deum immortalē magis ex  
re ecclesiae, aut in studiosorum commoditatem ac profectum, magis necessarium fuerit  
unquam? Siquidem & illa huiusmodi operibus, ceu munitissimis quibusdam præditijs  
tutior firmiorque subsistet, & horum ingenia ad meliorem semper frugem instituuntur.  
Habet namque uetustas ipsa, nescio quid peculiaris numinis, in tractandis arduis rebus ac  
diuinis negotijs peruestigandis, quod & M. Cicero intellexisse uidetur, cum in quaestio  
nibus suis de grauibus causis differens, ait: Homines qui priscis illis seculis extiterunt,  
quo propiores nascenti mundo erant, eo ingenio ac mente fuisse beatiores. Quod ille, si  
apte dixisse uidetur de ethnicis hominibus, quāto id nos rectius affirmare possumus de  
nostris? qui in sacrarum literarum explicatione non uarijs & argutis quaestionibus mor  
rantur legentem, non inutilium uerborum pugnas & superuacaneas confutationes (ex  
quibus inuidia, contentio, & maledicentia pullulare solent) sectantur, sed in eo prorsus  
uersantur, ut spiritum intra legis literam ueluti corticem quandam latitantem, diligen  
tius enucleent, quo sic mentem adficiant, sensum immutent, animum sursum efferant, &  
ipsum denique hominem quantus quantus est, totum transforment. Atque in hoc præstan  
do non aliena subsidia anxie comparant, uerum Apostoli sententiam sequentes spiritua  
libus spiritualia conferunt, atque ingentem scripturarum uim undique e sacris literis tanquam  
fontibus (non sine magno iudicio conseruatam) miscent. Hinc sane quod statuere conan  
tur, quodque conuincere moluntur, longe efficacius præstant, quam si Chrysippeis illis  
essent instructi artibus, omnibusque eiusmodi copijs, adeo id uerum est, quod festiue à sa  
piente dicitur: Anima uiri sancti enuntiat aliquando uera, quam septem circūspectores  
sedentes in excello ad speculandum. Accipe proinde optime lector, ex eorum numero quos  
antiquitas commendat, Angelomum, religione uirum catholicum, & orthodoxae fidei  
religiosum monastam, à septingentis annis inuisum, nunc uero primum in publicum da  
rum, in quo restituendo quantum sudoris impēdimus, haud facile dictu est. Nam ob ex  
emplariorum inopiam subinde diutius hærendum nobis fuit, ut maiori cum fide redde  
retur. Noluimus enim, tametsi laboriosum opus uidebatur, prius ab incepto cessare, quam  
penitus ipsum absoluissemus, quod intelligebamus haud parum ex eo fructus tuis pijs stu  
dijs accessurum. Nolo tamen hic arrogantius uel meam operam, uel autoris ingenium  
prædicare, ipse nempe si diligentiuscule introspexeris, nostram industriam credo minime  
me accusabis, & autoris dignitatem magnopere admiraberis. Qui etsi in operis calce, li  
bere sermonis sui inurbanitatē (quod modesti & frugi ingenij est) fateatur, non tamen  
usque adeo inuenustus est, ut sine inuidia cum ueteribus illis ingenijs, nimirum Gregorio,  
Augustino, Beda, Bernardo, alijsque similibus conferri possit. Cuius si in disquirendis scri  
pturarum sensibus solertiam, & in uariorum locorum apta collatione iudicium perpen  
das, sobrium profecto ingenium, & quod nulli priscoꝝ inferius erit, deprehendas. Atque  
utinam reliqua eius opera, præsertim quod in Genesim edidisse sese fatetur, extarent, &  
aliquando in manus studiosorum uenire possent. Habet tamen animum bona spes, tandem  
& hæc & alia multa sensim alicunde, ubi ubi quorundam ignauia in situ & squalore deli  
tescunt, bonorum uirorū industria & sollicitudine emittenda, qui in hoc laborant, ut alio  
rum benefacta seu dicta illustrare possint, quod non infimæ laudis pars est, tametsi præ  
clarior uideatur, suo pte ingenio quid egregium moliri. Vale.

## INDEX LO

cupletissimus stromatum Angelomi, In q̄ animaduertendum est, literam, a, numero postpositam, significare primā columnā partem, b mediam, c uero tertiam,

<b>A</b> belius quos praefigurat.	149.c
Abelbethmachā ciuitas	215.b
Abiathar ex pulsus a sacerdotio, & non occisus, Iudaicum populum apte designat	95.a
Abiathar sacerdos fugit cum Dauid.	47.a.
Abies, electorum mentes apte demonstrat.	111.a
Abigail, Iudeos ad fidem conuersos denotat	50.b
Abisag contemplatiue uitae figuram gerere potest	93.c
Abisū reprehendit Dauid	80.c
abner ad praeliandum egreditur, et quem mystice signat	58.a.c. 59.c
abner interficitur	60.c
abraam domino loquitur.	11.a
abrae uxor Sara diu sterilis	12.b
abraam filium offert	91.b
absalom insedens mulo, suspenditur	81.c
absalom mortuo, omnis Israel ad Dauid reuertitur, et quid designat.	83.a
absalom fugit patrem.	77.a
absalom ad concubinas patris sui ingreditur.	80.c
absalom uir pulcher et absq; macula	78.a
absalom ierusalem ciuitatem denotat	79.b
absalom Iudaicum populum rite designat	78.a
absalom, Iudam traditorem interdum signat.	79.b
absalom fratrem ob suprum necat, et quid per hoc significatur.	76.c
Achab a spiritu mendaci decipitur	156.c
achab petit uineam Naboth, et quid mystice praefigurat.	155.a
achaz regnat super Iudam	174.c
achaz impijs idolis sacrificat.	175.a
accaron	24.c
achimaas posterior currere coepit et prior peruenit, et quos designat.	82.a
achitophel suspensio uitam finit.	81.a
achitophel persequitur Dauid	78.c. 80.c
achitophel hereticos denotat	79.c
achitophel Iudae proditoris gerit personam	80.c
actiua uita qualis	8.a
arma militie nostrae, sunt eloquia scripturarum	191.a
Adonias Iudaicum populum apte designat	94.a
adonias superbe regnare uoluit, et quid signat	82.c
adonias Sumamitem uult incestare, et quid signat	94.a.c
adoniram dominum saluatore[m] praefigurauit	105.a
adramelech erat idolum urbis cuiusdam.	177.a
aduentus Christi	64.c
Aemulus Heli, Sadoch.	19.a
aes metallum ualde durabile, et quid per illud mystice significetur.	123.a
Afflictione temporali, electos purgat deus	75.c
Agar Aegyptia facunda	2.b
agag in frusta conciditur	38.c
Ahias Silonites propheta scidit pallium nouum, et dedit decem partes teroboam	143.b
ahiel edificat Iericho	147.a
ahimelech sacerdos	46.b
Alc quid significant	114.c
alloyphili, Phylisim dicitur.	32.b
altare a Saule domino edificatur	36.a
altare aureum, perfectorum corda significat	130.c
altaris aenei et holocaustorum structura, et significatio.	131.a b
altare fidei in ecclesia crigitur	135.c
altare thymiamatis ubi positum fuerat, et quid mystice potest significare	111.c. 113.c
altitudo domus dei triginta cubiti, et quid per ea mystice significetur	106.c
altitudo templi et porticus centum uiginti cubitorum erat, et per quid hoc significetur.	109.a.b.
Amastias percussit Edom in ualle Salinarum.	173.c
amasa in dolo occiditur	82.c
amelech et omnia eius interfici iubentur a domino	36.b.
amelechites a Dauid necatur.	54.c
amelechitas extinguit Dauid funditus.	52.a
amelechites et Iamueus idem sunt	54.c
amelechite praesentis seculi amatores significant	52.a
aminadab	1. 6. c
aminadab arcem dei custodiebat	26. 65.c
amygdalum praeceteris floret	15.a
ammon fororem suam odio prosequitur, et quid significat.	76.c
ammonite a Dauid expugnatur	ibidem.
amon idololatra	187.a
amorreus, amarus dicitur	27.b
amphora uini, sanguinem Christi significat.	9.b
amri duodecim annis regnat super Israel	147.a
Anaglypha graece, latine caelaturae dicuntur	118.b
anamelech idolam Sepharuaim	177.a
angelus Elias fert cibum	15.a
annam Samuelis matrem diu fuisse sterilem, quid designat in praefatione cap. 1. b	2.b
anna sterilis	2.b
anna pars una.	5.c
anna contemplatiuam uitam denotat	8.b
anna testamenti et sacerdotij translatione praenudit.	10.a
anna et Phenema quid significant	4.b 7.c
Aphec, furor nouus dicitur.	21. b c
apostoli caelorum nomine intelliguntur.	15.b
apostoli per uiros Iuda significantur	65.b
apostoli et prophetae, lapides templi recte uocantur	101.b
apostoli duodecim, per duodecim boues sunt praefigurati.	126. c
appetitus gula plurimos necat	17.b
appetitus magis quam cibum in uitio est	ibidem.c
aprilis Hebraeorum mensis est primus	10.c
Aqua effuditur in conspectu domini	26. b

aquam de cisterna bibere Dauid desiderat, et quid significat	86. b c	ginem habuerit	121.b
Arathaim pro Ramathaim	2.b.	Batus Hebraeorum mensura	127.a
ararath regionis descriptio	182.a	Bedan Samson uocatus est	30.c
arbae ciuitas, nunc Hebron dicitur.	57.c	Belial	35.b
arca dei capitur.	23. b	Benadab oppugnat Samaritanos	153.b
arca dei uenit in castra, et quid significat	22.a	Benadab diabolum praefigurauit	155.c
arca dei mansiones uariae.	25.c	Benadab rex Syriae semel uictus, iterum instruat exercitum	154.b
arcem dei Oza tenuit, et moritur	64.c	Benadab obsidet Samaritanos	168.a
arca dei erat in domo Aminadab	65.c	Benignitas dei diabolum quare seuire interdum permittit	75.b
arca ponitur in aedibus Obededom	66.a	Benoth nomen idoli & ciuitatis	177.a
arca Areuna, ecclesiam rite significat	91.c	Bethabee ecclesia gentium interdum potest significare.	73. c
arca in sancta sanctorum deferretur	134. b	Bethabee filij. 4.	64. b
arcus iudicij diem interdum significat	11. b	Bethabee literalem legem designat	73. a
arcus quid in sacris sepe significat.	172.c	Bethabee orans pro Adonia, legis officio functa est.	95. a
arcus ligantur, qui in peccatis multis corrumpunt	75.a	Berfabec uicinus	21. b
arca Ornan uel Areuna, Ierusalem dicitur	91.a	Bethel domus dei dicitur	27.c
arca Ornan Iehusiel quid mystice praefigurat	106.b	Bethsamis, domus solis	24. b. c
areuna regem adorat	91.a	Bethchar, ecclesiam praefigurauit	27.a
argueri huius seculi potentes quomodo quis apte potest	74. b	Bethel & Masphat	27.c
argillosa terra sacra scripturae rite uocatur	130.c	Bethlehen quondam Ephratae dicta.	2.a
ariel quid sit	87.c	Binos discipulos quomodo saluatore[m] ad predicandum emisit	115.a
armis principatum Christi significat.	23.c	Bottes calcitrare quid sit	65.a
arrius in tribus dei personis tres substantias esse necessariam putat	35.a	Boues, doctores uerbi dei significant	98.b
artifices Hira, gentiles ad fide[m] conuersos significant.	101.b	Boues duodeci, duodeci apostolos praefigurauerunt.	126.c
Asael equos curru[m] deuicit	58.b	Byssus, carnis castigationem significat	118.c
ascensio Christi per quos, & quomodo sit praenuntiata.	159. b	<b>C</b> adere in terram uerba dicuntur	21.a
asima nomen ciuitatis & idoli	177.a	Caecos & claudos in muro Iehuseus ponit	62.c
assionaber ubi sita	159. a	Caecus & claudus non intrabunt in templum	62.b
assyrii percutiuntur ab angelo tempore Ierzechiae	181.c	Calaturae domus dei, sanctorum opera bona significant	112. b. 116. c
assyrii oppugnant Ierusalem	178.a.b	Caelum aliud acrium, aliud aethereum	159. a
astaroth	26. a. b	Chanaan & Chama uocatur	82. b
Athalia omne semen regum delet, & quid significat.	169.c	Caiphas conspirat de nece Christi	146. a
atrium exterius basilicae grandis uocatur, & quomodo sit edificata	120. b	Calcitrare boues quid sit	65. c
atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum edificatur	120. b	Columnae praedicatorum designant	14. b
Auarus non est uere Christianus	157. a. b	Candelabra aurea quinq;.	132. c
auri laminae quid designent	111. a	Canes sanguinem lingunt	156. b
auro omnia templi interiora uestiebantur	114. b	Canis caput	59. c
Azarias, qui alius Ozias dicitur, percussit lepra, & quid per hunc significetur	174. a	Canis in scripturis quid significet	146. c
azeca ciuitas Chanaanorum	46. b	Capitella columnarum quid significant	123. c. & 124.
azotus ciuitas allophylorum	23. b. & 24. c	Caput Sebæ absconditur, quando diabolus a corde reiecitur	85. b
<b>B</b> aasa increpatur a domino per Iehu proph.	146. a	Caput Philistaei portatur in Ierusalem	41. a
Babylonij siue Philistaei filios Israel fabris armorum priuant, quid	191. a	Cardines terrae mundi climata significant, & interdum praedicatorum	14. b
Balaam	26. a. b	Carminum quinq; millium Salomonis, & quid significent	99. c
Bananiae gesta	87. b. 88. a. b	Carnalis populus quantum a deo & uiribus spiritibus distet	121. c
Bananas in se saluatoris personam expresit	87. c	Cariathiarim	25. b
Banai percussit duos leones	87. c	Cariathiarim ecclesiam significat	26. b.
Baptizari iterum quidam uolunt caecos ab haeresi.	35. b	Carmelus uicinus Iudeorum	48. c.
Baptismus per mare infirmatur	126. a	Caste uiuere	17. b
Baptismus Christi	62. a	Castigatio corporis quid proficit	81. b
Basilica grandis extra atrium sacerdotum quarum ima-			

**Index operis.**

Cassitas munditia quō tempore creuerit	159.c	Colles & montes	26.a
Cato senex Græcas literas didicit	95.c	Collis dei locus	29.b.c
Cautela minorum interdum est ruina maiorum	75.b	Columnæ æræ & bases quid	195.b
Cautela uitandi peccata ualde pulchra	75.a.	Columnæ templi æræ octodecim cubitorum quid designent	125.a
Cæcitas Heli	20.c	Comedere cum sanguine quid sit	34.c.35.c
Cedri nomine celsitudo gloriæ significatur	99.c	Compunctio cordis nostri	7.b.c
Cedrus arbor impubribilis, boni odoris &c. & qui per eam significatur	109.c	Concertatio inter domū Dauid atq; Saul	59.a
Cardines ostiorum ex auro fiunt, & mystice quid presigunt	135.b	Concubinae Dauid, hereticorū designant ecclesiam.	74.a
Chaldæi solem deum putabant	184.c	Concubinae Dauid iudæicam gentem significant	80.c
Cherub secundus fabricatur, & mystice quid representet	115.a	Concubinas multas reges habere solebant	74.a
Cherubim fiunt de lignis oliuarum, & significatio eorum &c.	114.b	Concupiscere	87.c
Cherubim duo tantū erant in tabernaculo, sed quatuor in templo fuerunt	115.c	Concupiscentia ipso cibo nocentior	17.c
Cherubim duo testamenta possunt significare	116.b	Contemplatiuam uitam Abisac rite significat	95.c
Cherubim in parietibus templi facere, quid sibi mystice uelint	117.b.	Contemplatiua uita qualis	8.a
Cherubim plenitudo scientiæ dicitur	22.a	Contemplatiua uita cur sit sterilis.	8.a
Christus iudam patienter sustinuit	79.b	Contra captiuitatem spirituales Babylonie	191.b
Christus ecclesiæ uir dicitur	7.a	Contra sanctorum locorum monstratores.	184.a
Christus pacificus appellatur	94.c	Conuallis Emon significat pœnam gehennæ.	187.b
Christus per Salomonem prefiguratus fuit	94.c	Conuentus catholici populi per coronam Dauid significatur	76.b.
Christus per Samuelem significatur	9.a	Corde nil est fugacius	70.a
Christus post ascensionem spiritus sancti gratiam misit in terram	150.b	Cornu ecclesiæ quid sit	10.b
Christus qui passus sit extra portam	156.a	Cornu Christi potentia eius est	16.c
Christus rabiem iudæorum declinat	47.a	Corona Dauid populi catholici conuentū designat.	76.b
Christi sepultura	44.	Corporis castigatio ad quid ualeat	81.b
Christi sepultura per fugam Dauid in speluncam, significatur	49.a.b	Corpus Christi qui reus sumpsit grauius peccat	65.a
Christus spiritalia iudæis prædicat	73.b	Cor quadratum	104.b
Christus a ierusalem in Galilæam fugit	79.b	Corripere prelati debent subditorum peccata	18.c
Christi cornu potentia eius est	16.c.17.a	Corripere peccantes bonum ualde est	ibidem.
Christus diligit ecclesiam	7.b	Corui pascunt Eliam	147.b
Christus dominatur a solis ortu usq; ad occasum	98.b	Cruce Christi per Heth exprimitur	66.b
Christus sit foenum	7.a	Cruce Christi demones fugat	40.a
Christi imperium	16.b.17.a	Cur a deo quedam futura pronuntiata sint, nec tamen facta.	182.a
Christus in lege iudæis iacebat absconditus	46.a	Cur Iezechias infirmitate corporis uisitetur	182.a
Christus in passione derelictus est solus	47.a	Cur Iezechias uerterit faciem ad parietem	ibidē. b
Christum interficere	44.c	Cur in infirmitate sternerit Iezechias	185.a
Chusai dissipat cõsiliū Achitophel	79.c.80.a	Cur Iofias ossa mortuorum concremari iussit super altare.	188.a
Chusai significat iudæos qui cõ Christõ credebant.	80.a	Cur Sennacherib rex Assyriorum seruatus sit, cum angelus domini percuteret Assyrios	181.c
Cibus minus habet utij quam appetitus	17.c	Cur soli currus & equi tribuuntur.	187.c
Cibus Salomonis quantus fuerit, & quid significet	98.b	Cyrenæus dicitur esse Iethro	36.a
Cithara Dauid lignum crucis Christi significat	40.a	Cyprianus.	101.c
Chlamydis abscissio, regni est amputatio	48.	<b>D</b> agon iacet pronus in terram ante arcam.	23.b
Chlamydis oram Sauli Dauid præscindit	49.a	Dagon idolum Azoticum	23.b
Classẽm instruit Salomon rex	139.a	Damascus urbs Phœnicie	71.a
Clau aurei præcepta sunt charitatis	115.c	Dan uiculus est.	21.b
Clau timoris utiles sunt incipientibus	114.a	Dauid accipit uxores & concubinas	64.a
Climata mundi quatuor	14.b	Dauid Amelech extinguit funditus.	52.a
Clusores qui	190.c. & 191.b	Dauid Christum significat.	39.a
Celorum nomine apostoli intelliguntur	15.b	Dauid citharam percussit ante Saul	39.c
Coccus quid significat	118.c	Dauid consult dominum	48.c
		Dauid de corona regis Rabath sibi diadema facit, & quid hoc significet	76.b
		Dauid de uita Christi palam prophetat.	85.b

**Index operis.**

Dauid domus iuda sola sequitur	57.b	Diffamare maiorum facta malum est	98.a.
Dauid duobus a Saul modis persecuitur	43.b	Dilectio dei & proximi ita coherent, ut una citra alia haberi non possit	119.b
Dauid erat rufus et pulcher aspectu	39.a	Diligere	7.b
Dauid ex solario mulierem conspicit.	72.c	Dionysius Areopagita	101.e
Dauid sit gener regis.	43.b	Disputatio Salomonis diuersa	99.c.100.a
Dauid fortis et humilis.	67.c	Diuites facit dominus	15.c
Dauid fugit Absalom aduersus se bellantem	79.a	Doctores per matres lactantes significatur	97.c
Dauid fugit in speluncam Odollam	47.c	Doctorem officium	102.b
Dauid pascit Aegyptium puerum	52.a	Doeg iudæus iude proditoris personam gerit	48.b
Dauid percussit decem milia	43.a	Dolare lapides mystice quid designet	104.b
Dauid philistim percussit	70.c	Domus ante oraculū uestitur auro, & typice quid presigunt	113.e
Dauid plangit saulem et Ionathan.	55.c	Domus Dauid ecclesia Christi dicitur	69.b
Dauid præcepit Ioab interfici, quid significet.	94.c	Domus Dauid ciuitas dei dicitur	59.a
Dauid queritur ad interficiendum	44.b	Domus dei edificatur in ierusalem in monte Moria, & quid mystice representet	106.a.b
Dauid recedens a ierusalem a Galileis suscipitur, et quid significat	8.c	Domus domini, quam edificauit Salomon, ecclesiæ Christi gessit imaginem	100.b
Dauid regnauit quadraginta annis	62.a	Domus domini quando fundata sit atq; perfecta, & quid per hæc significatur	112.b
Dauid rex genuit	92.b	Domus domini thesauri diripiuntur	145.a
Dauid saltando magis quam pugnando mirabilis factus est	67.c	Dominus pauperẽ facit & ditat, humilitat et subleuat.	13.c
Dauid sitis sanctos patres figurat, qui ante et sub lege fuerunt	86.b	Domus intrinsecus cædro uestitur, & quid mystice presigauerit	110.b.111.a
Dauid Syriam ac cæteras regiones sibi tributarias facit.	70.c	Dormire qui dicuntur	51.c
Dauid templum domino prohibetur edificare	68.c	Dorsum fugam in sacris denotat	23.c
Dauid uestitur ionathæ armis et uestibus	42.c	Duo denarius numerus quid significat	99.a
Dauid niscit fratres suos	40.c	<b>E</b> brej	2.b
Dauid ingitur in regem	39.a	Ecclesiæ asidua cum hereticis pugnat	156.a
Dedicatio templi	135.b	Ecclesiæ asiduitate precum suorum filiorū delicta abscondere certat	81.b
Dedicatio templi quando sit facta	112.c	Ecclesiæ despicitur	6.e
Deducere ad inferos	13.b	Ecclesiæ diligit Christum	7.b
De Manasse rege iuda malo, & pœnitentia eius	186.c	Ecclesiæ gentium sterilis	4.b.c
Demetere posteriora quid sit	146.a	Ecclesiæ per aream Areuna significatur	91.c
Denario spes cælestium premiorum signatur	131.c	Ecclesiæ per alteram Salomonis meretricem pulchre significatur	96.a.b.c
Denarius decem obolos habet, regisq; cõtinere imaginem solet	114.c	Ecclesiæ quando sempiterna pace fructur	95.a
Denarius numerus uitam perennem frequẽter in sacris nobis pronunciat	111.c	Ecclesiæ sterilis parit plurimos	12.c
Dentes elephantorum quid representent	142.c	Edenda sunt, que naturæ necessitas querit, non que libido suggerit	18.a
De pauperibus terræ relinquuntur uinitores & agricolæ	195.b	Egla uxor Dauid, Michol dicitur	59.b
Depictio simulacri solis	187.c	Eiectis idolis, phytombus, & ariolis, atq; omnibus immiti diujs ablatis pascha solenne celebratur, quid mystice significet	188.c
Desideriosi deluduntur a diabolo	85.c	Elcana interpretatur	3.c.7.a
Despicere	3.a	Elcana quilibet sanctus esse potest	7.c
Deum quomodo rite placare possimus	91.b	Elcanæ generatio	1.c
Deus unus	4.a	Electi, erudiendi interdum tentatori subiiciuntur	75.b
Dextera auricula quid significat	13.b	Electio datur Dauid de tribus	89.c
Diaboli uoluntas semper iniusta est	39.b	Electos afflictione temporali purgat deus	75.e
Diabolus non nisi ex benignitate quenquam tentare permittitur	75.b	Elephantis natura, et quid designet	141.b
Diabolus per Benadab prefiguratur	153.c	Eloquentia et sapientia differunt, sicut æs et aurum.	145.a
Diabolus per Hanon significatur	72.b	Elias comedit panem submericium	151.a
Diabolus per Ioab significatur	6.a		
Diabolus per Naam significatur	30.a		
Diabolus per Goliath representatur	41.b.c		
Diabolus semel uictus, fortior ad tentandum iterum redit	154.b		

Index operis.

Elias diuinat terrae sterilitatem	147.b	Filij Sedeciae occiduntur in conspectu eius	191.b
Elias filij dei similitudinem exprimit	147.c	Filos multos habens infirmatur	15.a
Elias fugit Iezabel, & quid pulchre per hoc significatur	150.c	Filius dei quomodo a patre sit natus	33.a.b
Elias mortuum suscitatur, & quid hoc factio praefigurat	148.c	Finis terrae hominum intentionem denotat.	16.b
Elias necat prophetas Baal	150.b	Fecunda	2.b.3.a
Elias quomodo in caelum raptus dicitur	159.a	Foenum fit Christus	7.a
Elias sacrificat bouem domino &c.	149.c	Fornicem sibi Dauid erexit	7.a
Elie generatio cur taceatur	147.c	Fortitudo	119.b
Elisei cadauer mortuum suscitatur, & quid per hoc significatur	173.c	Frenum tributi quid sit	70.b
Eliseus orante, Syri caeci sunt	167.c	Fundamentum templi mystice quis rite dicitur	104.a
Eliseus coenaculum paruum erigitur	163.a	Funiculus allegorice pro sorte ponitur	70.c
Eliseus a pueris paruis illuditur	160.c	Fuscinae	132.b
Eliseus arans in duodecim iugis, iungitur in proph.	152.c	Gabaa animas humilium denotat	26.a
Eliseus infirmatur & moritur	172.c	Gabaa locus	65.c
Eliseus moritur	173.c	Gabonitae necantur, quid significet	83.c
Eliseus par bouem mactat	153.a	Gad uenit ad Dauid	89.c
Eliseus puerum mortuum suscitatur, & quid per hoc praefiguratur	163.c	Galaad eruditos ecclesiae significat	30.a
Eliseus quiri Elie duplicem spiritum petiuit	159.c	Galgal ecclesiam significat	27.c
Eliseus sanat aquas Iericho, & quid per hoc significatur	160.c	Gelboe montes	56.a
Eliseus sterilem facit esse fecundam	163.b	Gener regis fit Dauid in duobus rebus	43.b
Emath nunc E phania nuncupatur	136.b	Gentium ecclesia sterilis	4.b.c
Enoch quomodo translatus dicitur	159.b	Gentium populus Gethens rite potest dici	66.a
Ephi Hebraeorum genus mensurae	127.a	Genes famelici dicti	12.a
Ephod	17.b	Geth	24.c
Ephrata ciuitas, nunc Bethlehem dicitur.	2.a	Geth crucem Christi significat	66.a
Ephraim	4.b	Geth ciuitatem et infernum denotat	41.b
Ephraim cur sit Eleana dictus.	2.a	Giblos ciuitas Phoenicis	104.c
Equorum Salomonis numerus	98.c	Glorietur in domino, qui gloriatur	15.a
Esau primogenita ob gulam perdidit	17.c	Gob quid sit	84.a
Euangeliorum libri per rotas pulchre significantur	128.b	Goliath e castris graditur	40.c
Eunuchi seruientes in aula regis Nabuchodonosor, qui fuerint	186.a	Goliath diabolum representat.	41.b.c
Eunuchus praefectus super uiros bellatores	193.c	Graeci translationem Eliae curru igneo et equis igneis, soli ascripserunt	188.a
Execratur Sedecias, & ninctus abducitur in Babylonem	192.b	Gula necat plurimos	17.b.c.18.a
Excelsa quae dicuntur in scriptura	188.b	Hanon radii mediam partem barbae seruorum Dauid	72.b
Exultauit cor meum, Canticum Annae exponitur	10.a.b	Hanon representat diabolum.	ibidem
Fabri ferrarij spirituales uiros significant	32.b	Hasta auersa ferire quid sit.	58.c
Famelici gentes uocantur	12.a	Hastae ducentae et quid mystice denotent	141.a
Fames oritur in terra tribus annis.	83.	Haeretici a quibus facile uinci possunt	34.a
Fames sterilitatem bonorum operum significat	83.c	Haeretici confidunt in potestate principum.	32.b
Farina corpus Christi significat	9.b	Haeretici non sunt irritandi	34.a
Farinae modij tres quid significant	9.b	Haeretici oculum dextrum suis erunt.	30.b
Fecunda et steriles	4.c.8.a	Haeretici per Achitophel pulchre designantur	79.c
Fenestrae quid in templo mystice designent	107.b	Haeretici per Ieroboam sunt praefigurati.	143.b
Ferculum quid et unde dicatur	141.c	Haeretici per Naam significantur.	30.b
Ferrum natat iussu Elisei.	166.c	Haeretici et schismatici per Ochoziam rite sunt praefigurati.	167.c
Fides sine operibus bonis ad salutem non prodest	173.c	Haeretici per Philistin significantur	32.b
Filia Pharaonis uxor Salomonis, gentium ecclesiam designasse non est dubium	95.b	Haeretici per Saul pulchre significantur.	45.a
Filij Dauid, in Christum credentes significant	64.b	Haeretici polluant populum Christianum, sicut Absalom concubinas patris sui.	80.c
Filij Dauid in Hebron	59.b	Haeretici per Seba concinne significantur	82.c
		Haeretici quomodo persequuntur ecclesiam Christi.	161.b
		Haeretici uere idolis seruunt.	177.b
		Haereticorum controuersia, exercitium est catholicorum.	33.c

Index operis.

Haereticorum ecclesiae per concubinas Dadiā significatur	74.a	Ierusalem unde dicatur	63.e
Haereticorum mos	60.c	Ies baam octingentos interfecit impetu uno	86.a
Haereticorum prauitate decepti, ad ecclesiam gementes reducuntur	96.a	Ietro Cynicus dictus est	36.c
Haereticorum rabies, dolus, & astutia	32.b	Iezabel mandat Naboth occidi	155.b.e
Haereticus Sabelliana sectae	33.a	Iezechia idola subuerit, & lucos succidit, saluatoris nominis spiritum exprimit	177.c
Haereticorum sectae diuersae	33.b	Iezechias uestimenta seindit	179.b
Hebraicarum literarum numerus	1.a	Ignis uorat holocaustum Eliae cum lignis atq; lapidibus	150.a
Hebron	57.c	Iisdem uerbis, quibus Pharisaeus dominum offendit, usue	
Hebron quondam Arabiae dicta fuit	57.c	Iezechias dominum placauit	182.e
Helchias sacerdos inuenit librum legis domini in domo domini	187.a	Impetium regi datur	16.b.17.a
Heli	3.a	Incarnatio Christi per pallium Eliae rite fuit praefigurata	160.b
Heli damnatur, quod peccantes filios suos non iuste corripuit	18.b	Iniuriam quomodo sustinere facile quis potest	80.b
Heli reprobari à deo quid significet	1.b	Inobedientia Saulis corripitur	37.c
Hiram despicit oppida niginti, quae dedit ei Salomō.	137.c	In signum sanitatis futurae Iezechiae sol retrocessit per decem horas sine gradus	183.c
Hiran de Tyro artifex ararius electus ex gentibus rite designat	122.c	Interficere Christum	44.c
Hiram mittit Dauid nuncios & lapides	63.c	Interpretatio nominis Iosiae	187.a
Hiram mittit ligna ad Salomonem	101.c	Interrupta est ciuitas, & uiri bellatores nocte fugerunt, quid	192.a
Hiram uita simul & fide gloriosus praefigurauit	101.a	Ioab Abner insequitur	58.a.b
Historia turpis spiritalem intellectum interdum potest habere	73.a	Ioab dolose occidit Amasim	85.c
Iohab & Phinees filij Heli, scribae & phariseos significat	5.a	Ioab diabolum denotat	60.a
Iumerali basium quid representent	128.c	Ioab in templo occisus, Iudeos haereticosq; designat.	95.a
Humiliare potest dominus	13.c	Ioab interficit Abner	60.c
Humiliatus est Iezechias eo quod exaltatum esset cor eius	185.a	Ioab potest Iudaeum populum significare	60.b
Humilis efficitur, qui infirmitatem propriam incessanter attendit	90.c	Ioab pugnat contra Rabab	
Humilis Christi per hosopum significatur	49.c	Ioab tres lanceas mittit in cor Absalom, et quid significet	81.c
Iuacanthus caeli imitatur colorem	118.c	Ioachim cum omnibus suis transfertur in Babylonem, et mysterium huius	190.c
Hydris	132.b	Ioachaz significat malos doctores	189.c
Hyperbolice interdum scriptura loquitur	70.b	Ioachaz ungitur rex pro patre suo, quem uincit Pharaon	189.c
Hypophis Christi humilitatem significat	99.c	Ioas duxit in Aegyptum	189.c
Abes oppugnatur à Naam Ammonite	30.a	Ioas mandat facta tepla templi instaurari, et per hoc quid significetur	171.a.b
Iacobus apostolus frater domini uocatus, ubi sermones habere consueuit	107.c	Ioas rex flet Eliseum	172.c
Imitatores tres quid	193.c	Iohannis Baptistae laus	110.a
Ichabod	23.a	Ioiada Ioas regem constituit	170.a.b.c
Idumeus & Amalechites idem sunt	54.c	Ionathas dictus est etiam Nathan propheta	40.c
Iebus & Ierusalem quibus modis distent	106.c	Ionathas diligit Dauid	42.c
Iebus qui percussit, princeps erit	62.c	Ionathas est cum Dauid in regno caelorum	46.a
Iehu ungitur in regē, & quid egerit, quid ue per ipsius uitam significatur	169.b	Ionathas et Achimaas explorat consilium Absalom, et quid significet	81.a
Ieroboa	101.c	Ionathas moritur	54.a
Ieroboa de idololatria arguitur	144.b	Ionathae oculi illuminantur	34.b.35.a
Ieroboa haereticos praefigurauit	143.b	Ionathas sanctorum uirorum gerit figuram	33.c
Ieroboa regnat in Samaria 40 annis	174.c	Ionathas suis armis et uestibus uestiuit Dauid	42.a
Ieroboa Syrorum prouinciam uastat	174.c	Iordanis fluitus quid representent	130.b
Ierusalem et Iebus à quibus et quādo denominantur	106.c	Iordanis sacrum baptismi praefigurauit	165.c
Ierusalem prius Salem, deinde Iebus dicta fuit	63.a	Iordanis ubi oritur	21.b
		Ieroboa accipit decem tribus Israel	143.b
		Iosaba abscondit Ioas ne occidatur	169.c
		Iosias in Magedo occiditur, quid	189.b
		Iosias rex omnem spurcitiam idolorum emundauit, et in	

Index operis.

dei cultu se strenue exercuit	187.a	Ligna tina offeruntur regi, & quid per illa significet	
Yofia typum tenet domini saluatoris	189.a	140.a	
Yfatus impio regi occurrit	175.c.176.b	Lilia paradisi amantem designant	115.a
Yfobeth in lingua percutitur	61.a	Lilij flores eternam amantem in caelis designant.	133.a
Yfrael congregatur in Mafphat	26.b	Linum quid in sacris denotet	66.b
Yfrael contra Philistim praefatur	21.b	Literarum Hebraeorum numerus	1.a
Yfrael funditus fere deletur, et quid per hoc signifi.	176.c	Longitudo domus dei sexaginta cubiti, & quid per eam	
Yfrael habitat absq; timore	98.c	myftice significet	106.c
Yfrael uir uidens detum	21.a	Loricula quid fit	109.c
Yfrael percuit Syrum plaga magna	153.c	Lucerna dei	10.c
Iudaeus populus gentes spermes, per Adoniam rite signi-		Lucernae et candelabra quomodo typice distent	132.e
ficatur	94.a	Luterum profuturo et ordo, et quid myftice per ipfos si-	
Yfobet Sauli patri in regnum succedit	57.b	gnificetur	126.c
Iudaeus populus per Ioab designari comode potest.	60.b	Lutres aenei decem, cur facti fuerint	129.b
Iudas prodidit Christum	79.b	Luxuria cur magis quam superbia uitetur.	75.a
Iudaei aduersarij dei dicuntur	15.a	<b>M</b> us.	90.c.
Iudaei de scripturis male disputant	45.b	Maledicti uult Dauid	78.c. 80.b
Iudaei Graecorum perfidiam sunt imitati	188.a	Malogranatorum natura, & quid significet.	114.
Iudaei per Nabal significantur	50.b	Manaim locus ubi Iacob loquebatur cum angelis.	81.b
Iudaei, reptili uocantur	12.a	Marcion haereticus	176.c
Iudaeorum ingratiitudo carpitur	48.c	Mare aeneum quid	193. b.
Iudaeorum principes damnati sunt in ligno, in quo Christi		Mare fusile cubitorum decem qd. representet	125.c
sufpenderunt	81.c	Mare Genesareth	136.c
Iudaeorum synagoga describitur	158.c	Mare ponitur ad dexteram templi partem contra orientem	
Iudaeorum synagoga fecunda	4.b.c	ad meridiem	130.a
Iudicare fines terrae	15.c.16.a	Maria quomodo Christum uirgo concipere potuit	86.a
Iudicij uenturi omnium retributio iusta	94.b	Mavis mortui longitudo et latitudo	174.b
Iuncturae tabularum quid possint significare	112.a	Marmor paruum quid significet	105.a
Iustitia	119.b	Mafphat	26.b.c
<b>L</b> amine auri, charitatis latitudinem praefiguraue-		Mafphat intentio dicitur	27.c
runt	111.a.112.b.113.c	Mafphatorum curatur huius Tecechie	183.b
Lapis adiutorij, legem Christi significat	21.c	Mathania quid	191.c
Lapides templi apostolici sunt atq; prophetae	104.b	Matheus quur publicanus cognominetur	96.c
Lapis adiutorij Samuelis Christum praefigurauit	27.b	Matres lactantes doctores recte significant	97.c
Lapis adiutorij, locus est	23.b	Medicinam non esse contemnendam, ut pote quam deus cre-	
Laquearia quid sunt, & quos myftice significant	109.b	auerit	183.c
Laquearibus cedrinis domus dei tegitur	109.b	Melchon idoli nomen	76.a
Laterum mensura unius et dimidij cubiterat	129.a	Mense panum, quarum rerum significationem exprimat	
Latitudo domus dei uiginti cubitorum, & quid per eam		132.a	
myftice significetur	106.c	Meretrices accedunt ad Salomonem, & quid significant	
Latonomum octoginta millia erant, & significant sacros		95.c. & 96.a	
praedicatores	103.a	Meretrices synagogam cum ecclesia rite possunt significa-	
Latro in cruce uere poenitendo uentura est cofequutus.	74.c	re	96.b
Latus Christi dextrum aperitur lancea.	108.c	Micha filius Naphibioeth	72.a
Laudes hominum effectantes, in semetipsis fructus bono-		Michae adductus in conspectu regum duorum	156.c
rum dissipant	186.b	Michol despicit Dauid humiliatum	66.b
Legis abolitio	148.a	Michol dilexit Dauid	43.a
Leo incidit in cisternam, & a Banaia occiditur	87.c	Michol Phalii traditur uxor	51.b
Leo diabolum interitum denotat	88.a	Michol synagogam denotans, sterilis manet	67.c
Leo prophetiam deceptum dirupit	144.b	Millenario numerus maior non est	65.b
Letatur Tecechias in aduentu legatorum Berodach.	185.b	Millenarius numerus perfectionem in sacris scripturis si-	
Lia fecunda	2.b	gnificat	126.c
Liberum arbitrium hominis gratia dei requirit	95.b	Naphibioeth ad Dauid uocatur	71.b
Libri multi, quorum mentionem frequenter facit sacra scri-		Naphibioeth occurrit Dauid	82.b
ptura, hodie non inueniuntur	55.a	Naphibioeth quid significet	71.c
Licetis debet abstinere, qui illicita se meminit perpetrasse		Nabab oppugnatur a regibus tribus, & quid per hos signi-	
86.c			

Index operis.

ficatur	161.b.162.a	Obedientia praeeptum Saul transgreditur	39.a
Modij tres farinae quid significant	79.b	Ochozias infirmatus consulit Beelzebub	158.b
Modus simile sapientiam dei significat	168.b	Ochozias rex Samaria per cancellos decidit, & hereti-	
Modus orandi	3.b	cos schismaticosq; rite praefigurauit	107.c
Mons offensionis quis	188.b	Ochozia domus, Iudaeorum synagoga significat	158.c
Montes & colles	26.a	Ostia dies iudicij est & resurrectionis	135.c
Moria montis in Ierusalem, in quo edificata est domus do-		Ostingentos interfecit Dauid impetu uno	86.a.87.b
mini, & quid significet	106.a	Oculi Heli caligauerant	20.c
Morbis diuersis caedebantur in Irael	90.a	Oculi Ionathae illuminantur	34.b
Mors Tecechie	186.c	Olda prophetae uxor Sellum	187.a
Mortuaria	132.c	Oleum effunditur in uase uacua	162.c
Mortem nemo euadere potest	137.b	Onager gentilem populum signat	6.c
Mos haereticorum	60.c	Onera portantium septuaginta millia erant	105.a
Mulieres meretrices haereticos concine denotant	95.c	Opera bona baptizato sunt necessaria	126.a
Mulieres multas amat Salomon	143.a	Ophi provincia nomen	139.a
Murus testis per circuitum	109.c	Ophni & Phinees	22.b
Musach sabbati quid fit	175.a	Oraculum in medio domus quid significet, et quomodo sit	
Myfterium decem graduum linearum	184.b	erit edificatum	115.b.c
Myfterium regressionis solis	184.a	Orandi uerus modus	77.b
<b>N</b> amaan uenit ad Elifaeum	165.b	Oratio	102.c
Namaan uir magnus, sed leprosus, & quorum ty-		Oratio magis in corde quam uoce esse debet	8.c
pum expressit	164.b	Oratione qui suam exaudiri desiderat, quid facturus	95.b
Naas oppugnat Iabes Galaad	30.a	Orandi optimus modus	31.b
Naas rex Ammon multa bona fecit Dauid	72.a	Orare incessanter debemus pro omnibus	31.a
Nabal Iudaeos significat	50.b	Orare ostio clauso quid fit	8.c
Nabath etiam Semit dicitur	78.c	Orbis terrae sanctos uiros interdum significat	16.a
Naboth occisus a Tecebel, filium dei praefigurauit	155.b	Ordo adificiorum templi, et quos in quodlibet ira licebat	
Nabuchodonosor myftice quid	190.a	110.o	
Nabuchodonosor obsedit Ierusalem	191.c	Ostia domus dei quid myftice possint repraesentare	133.b
Nabuzardan quid myftice significet	193.a	Ostia duo quid significent	119.b
Nabuzardan uastauit Ierosolymam	192.c	Ostium lateris medij in parte domus dextrae quid myftice	
Nabas rex Ammon decalauit seruos Dauid	81.b	designet	108.c
Nahashan confringitur	177.c	Ostiola quid significant	117.c
Natioh locus	44.c	Ostium templi Christum, porticus prophetas, ostium in por-	
Nathan adulterij arguit Dauid	74.b	ticu doctores significabat	107.a
Nathan & Ionathas idem sunt	40.c	Orca arcam dei tangit, & percussus a deo moritur, & c.	64.c
Nebaar idolum Eucorum	177.a.b	Orca robustus domini interpretatur	67.b
Nebula impleuit domum domini	135.a	Ozia diaboli rite potest representare	174.a
Nergel nomen ciuitatis et idoli	177.a	<b>P</b> allio aquae percutiuntur	160.b
Nestor uetulus eloquio floret	93.c	Palmas in pariete sculpere quid fit	117.b
Nihil in hoc mundo hominibus euenit absq; omnipotentis		Panes propositionis quid signent in sacris scripturis.	131.c
dei occulto consilio	182.a	Parabolarum tria millia locutus est Salomon	99.c
Nomen dei unguentum effusum	4.b	Parietes domus dei edificantur, & quid myftice designa-	
Non desperandum	186.c	re possint	110.a.c
Non fidendum in uerbis mendacij	192.c	Partes dat Elcana	2.c
Non mittenda margaritae aut porcoco	185.c	Pascha quot modis fiebat	106.a
Numeratur omnis Irael	89.b	Passio Christi Iudaeis incredulis non debet annuntari.	55.c
Numerus omnis Irael octingenta millia uirorum, Iudae au-		Passio Christi nobis pacem reddidit	27.a
tem quingenta millia	89.b	Pater pro magistro ponitur	29.a
Numerus pluralis pro singulari in sacris interdum poni-		Patientia perfecta susinere eum, cui resistere facile pos-	
tur	132.a	sit	80.b
Numerus undenarius quid	191.c	Paulus apostolus beatus canis dicitur	126.c
Numeri septenarij perfectio	81.c	Paulus apostolus graues Iudaeorum insidias patitur	59.c
Nurus Heli incurauit se, & peperit	22.c	Paulus paradisi claustra & tertij caeli secreta ingressus,	
Bededom arcam dei suscipit	66.a	tentatori subicitur	75.b
<b>O</b> bedientia melior quam uictima	37.a	Pauperem facit dominus	13.c
Obedientiae fructus & laus	37.b	Paumentum domus dei tegitur abiegnis tabulis	110.c

Index operis.

Patimentum domus intrinsecus & extrinsecus, auro tegitur, & quid per hoc significatur	117.b
Pavorum caro siccata sit imputribilis	142.c
Pax erat in diebus Salomonis	98.c
Pax inter Israel & Amorrhæum	27.b
Peccantes convertere est æternam vitam mereri	18.c
Peccantes in deum non corrivere periculosum est	18.c
Peccantes Phinees pugione peremit	18.c
Peccare in deum & proximum differunt	18.b
Peccare ex deliberata elatione gravius est, quam in corruptionem carnis cadere	74.c
Peccato carere, omnino donum est futuri seculi, non presentis	133.c
Peccata sanctorum cur interdum narret scriptura	74.a
Peccatum ariolandi est repugnare	37.a
Peccatum Heli ultimum non expiabitur in æternum.	20.c
Pedes quid designent in sacris literis	14.c
Percussit Saul mille	43.a
Peroratio	194.c
Persuadendum in certamine	190.a
Pestilentia descendit in Israel	89.c
Petrus stendo peccatum suum deleuit	74.b
Petrus & Iohannes claudum in porticu sanant	121.a
Petrus increpat Christum	80.c
Philistei & Chaldei quid	190.c
Phali Michol traditur	51.b
Pharao Necho Iodacem regem constituit, & terræ militiam imposuit	190.a
Phenenna & Amia quid significent	4.b.7.c
Phenenna synagoga typum gerit	5.c
Phenenna uxor Elcana	2.b.
Phiale	131.c
Philadelpia olim Rabath dicta	76.c
Philistei caput in Ierusalem deferunt	41.a
Philistim à David humiliantur	70.c.
Philistim cadentes poculo	21.c
Philistim hereticos denotat	31.b
Philistim immundos spiritus aut sapientes huius seculi denotant	21.a
Philistim in sacris literis non semper eadem representant	31.b
Philistim in Sochoth ad preliandum conveniunt	40.b
Philistim preliantur cum Israel	21.b
Phinees & Hophni	22.b.
Phinees & Hophni filii Heli, scribas & phariseos apte denotant	5.a
Phinees peccantes pugione transfixit	18.c
Phitonissa Samuelem suscitavit	51.b
Phitonissa unde dicatur	53.c
Pinnaculum templi quid sit	107.b
Plaga quæ sequebatur in populo, cum numerasset omnem Israel David	89.c
Plenities Iericho quid	191.b
Plato	93.c
Poenitentia perfecte exemplar	75.c
Poenitentia post scelus commissum mox est agenda	77.a
Poenitentia sic est agenda, ut quæ commisit desinamus	
perfecte	87.a
Poenitentia iera quantum apud deum valeat	74.b
Ponere circulum in naribus quid	181.a
Populi, peccatores interdum significat	16.a
Porticus ante templum	107.a
Porticus templi quo ordine distinguuntur	110.b.c
Porticum officium	111.a
Postes quadranguli quid representent	119.b
Postulare quid à deo debemus ut exaudiamur	139.a
Potentis seculi quomodo argui rite possint	74.b.
Pretiosus	20.b.
Potestas omnis etiam diaboli à deo est et iusta	39.b
Precum asiduitas ad quid valeat	81.b
Prædicare in porticibus Christus et propheta uerbum dei solebant	121.a
Prædicator uerus sciet uitam utranque	8.b
Prædicatores filij iudæe quomodo dicantur	12.
Prælati cur districte iudicentur a subditis	90.c
Prælati male capiuntur	125.c
Prælati mali per ieroboam significantur	143.c
Prælati curandam est, ne locus superior extollat	90.c
Prælati subditorum peccata tenentur corrumpere	18.c
Prælati superbi Saul exemplum debent timere	36.c
Prælatorum uita in discrete carpi non debet	67.a
Prælia quatuor habuit David cum Philistæis	84.b
Prælium inter Philistim et Israel	21.b
Præpositorum facta a subditis corripere non debent	50.a
Præpositorum malorum Saul effigiem tenet	50.a
Præceptorum equorum Salomonis numerus	98.c
Primitiæ offeruntur Eliseo	164.a
Primogenita Esau gula perdidit	17.c
Principes populi anguli uocantur	36.a
Principes 550. habuit Salomō super opera sua, et p ipsos mystice quid significantur	138.c
Propheta, lapides templi uocantur	104.b
Propheta per falsum prophetam seductus a leone distringitur	144.b
Prophetas Baal necat Elias	150.b
Prophetat Saul	29.c
Prophetyorum numerus, et qui sic sint uocati	104.a
Prudentia	119.b
Psalmus 17. exponitur	84.c
Psalmus 71. Salomoni inscribitur, et maiestati Christi conuenit	97.b
Puer Aegyptius peccatorem significat	52.a
Pueri cur uentantur consecrari sacerdotes	9.c
Puerum Aegyptium inuenit David	52.a
Purgare ventrem	50.a
Purpura, sacramentū dominice passionis rite significat.	118.c
Quadragesimus magnæ perfectionis est numerus	129.b
Quadragesimus numerus quid designet	98.c
Quadragesimus numerus tempus presentis laboris in sacris frequenter significat	111.c
Quadrare lapides, et quadratum cor	104.b
Quatuor cubitorum capitella, euangelij libros rite designant	125.a

Index operis.

Quatuor uirtutes principales	127.c
Quid sit ostendere diuitias legis regis Babyloniorum	186.b
Qui interrogant, interrogent in Abela, quid denotet	82.c. et 83.a
Quinquagenario numero remissio peccatorum et gratia spiritus sancti solet præfigurari	114.a
Quinquagenarius ad Eliam missus, igne caelesti consumitur	158.b
Quinquagenarius numerus tæpūs æternæ quietis frequenter importat	111.c
Quinq; uiri qui steterant coram rege	194.a
Quo arca Noe post diluuium delata sit	182.a
Quæ deus quos ad culmen honoris in prælatos assumit, a mortalibus uitis non custodit	74.c
Quæ peccatum David et Petri magis quam aliorum scriptura recitet	75.b
Quæ post superbiam nonnulli in luxuriam cadunt	75.a
Quæ unus psalmus duntaxat scriptus sit in libris Regum	84.b
Rabath ciuitas regni Ammon	76.a
Rabath et Raba differunt	76.a
Rabath expugnatur, præda magna capitur, et populus miser perimitur	76.a
Rachiel sterilis	2.b
Rama ciuitas Saulis	44.c
Rama Samuelis est habitatio	28.a
Ramathaim ciuitas	2.a
Rasim rex Syriæ oppugnat Achaz in Ierusalem	175.b
Rasaces contra dominum blasphemant	178.b.c
Reblatha interpretatio	192.b
Reblatha nunc Antiochia Syriæ dicitur	136.c
Recordatio pro iuramento interdum ponitur	77.c
Redarguit iuste alios, qui ab alijs reprehendi non potest	31.a
Reducem ab inferis	15.b
Regentium iudicare uitam trinum non est	90.b
Regibus concubinas, aut plures uxores habere non licet,	64.a
Regina Saba uenit tentare Salomonem in ænigmatibus.	139.b
Regni Christi magnitudo	98.b
Regum consuetudo à uictoria	36.c
Regum libri multa sacramenta Christi & ecclesiæ continent.	1
Regum libri post iudicium apte ponitur	1.c
Religionem ingredientem per uaccas significatur	24.b
Reliquæ egredientur de Ierusalem, & de monte Sion, non suo merito sed dei misericordia	181.b
Repleti uocantur iudæi	12.a
Reprehendere debet se in minimis, qui se maxima meminit commississe	86.c
Repugnare peccatum est	37.a
Reprehenditur Iezechias ab Hebræis, eo quod non sit imitatus bonitatem Moysi	186.a
Respha pluitam impetrauit à deo	83.c
Responsio diuina ad orationem Iezechie per Isaiam	180.c
Resticula mare circumdans quid in sacris designet	126.b
Resurrectio Christi prophetatur	15.c 14.a
Resurrectio mortuorum differet sicut stella à stella	134.a
Resurrectio mortuorum quomodo ex ueteri testamento esse probatur	173.a
Retacula capitellis adiuncta mystice quid representent.	124. b. c
Retributio iusta omnibus in uenturo iudicio fiet	94.b
Reuertitur ad regem ægrotantem propheta cur?	185.b
Rex Babylonis interfecit principes iuda in Reblatha	194.b
Rex Babylonis mittit nuntios & munera, ad Iezechiam regem Iuda	184.c
Rex Israel scindit uestimenta sua, & quorum imaginem ex primat	165.b
Rex Syriæ pugnat contra Israel, et quæ præfigurauit	167.b
Rotæ quatuor, euangeliorum libros signant	128.b
Ruina minorum cautela debet esse maiorum	75.b
Sabellianæ sectæ hereticus	35.a
Sacerdotes cur pueri esse non possunt	9.c
Sacerdotes nunc non ex unatribus, sed ex omni gente eligi possunt	101. b
Sacerdotes unde sint dicti	121.b
Sacerdotij mutationem Anna prædicat.	10.a
Sacramenta multa & uaria continentur in regis libris	16.b
Sadoch sequitur cum arca dei David	79.c
Sadoch Christum significat	94.b
Sadoch æmulus Heli	19.a
Sadoch personam sanctorum induit	79.c
Salomon adauit mulieres multas	143.a
Salomon Christi figura fuit	96.a
Salomō dat Hiram uiginti oppida	137.c
Salomon de scelere & idololatriæ nunquam perfecte poenituit	188.b
Salomon eleuatus in regnum Christum figurat	94.a
Salomō in eo quod templum edificat Christum significat	94.c
Salomon Hiram magnis compensationibus redonauit.	137.c
Salomon in sublime construxit Mello	184.a
Salomon mittit Hiram cibum pro operarijs	101
Salomona nascitur, et in hebreo Dida uocatur	76.a
Salomon regine austru dat munera, et quid per hæc mystice significet	140.a
Salomonis regni latitudo	98.a
Salomon sapientior erat cunctis hominibus	99.a
Salus plures quæ gladius consumpsit	81.c
Salutare dei, filius dei dicitur	10.c
Samaria oppugnatur a Benadab	135.b
Samaria nunc Sebasta dicitur	176.a
Samuel Agag regem in frustra concidit	38.c
Samuel Christum redemptorem signat	9.a et 10.b
Samuelem eligit a deo quid significet.	15
Samuelis generatio	8.c
Samuel interpretatur	3.c
Samuel iudicat Israel in Galgal	27.a
Samuel iugit Saul	59.a
Samuel moritur	52.b
Samuel quid denotet	8.c
Samuel ter a deo uocatur	21.a
Sancta ecclesia ciuitas dei dicitur	138.a
Sanguis et aqua exiit de latere Christi	108.a
Sapientia et eloquentia quomodo differunt	145.b



Index operis.

sapientia ipsius Abisag rite significat	93. a	Serui Hiram gentium doctores praefigurat	102. a
Sapientia praecunctis amanda	93. c	Sesac rex Aegypti domum domini spoliat	145. a
Sapientiam poposcit a deo Salomon	95. b	Sex ad operationem pertinere dicuntur	113. b
Sapientis quidam Graeciae centum et septem annorum, dolet se tum mori, cum sapere coepisset	93. c	Sex uiri e unigo quid	194. a
Sapientia sola post cuncta opera manet	95. b	Siba dominum suum accusat mendaciter	80. a
Sapientia Christi et Salomonis	99. a	Siba occurrit David	80. a
Sara diu sterilis	2. b	Siclus uiginti obolos habet	89. b
Saraias sacerdos primus quid	193. c	Signum datur Iezecchia de uictoria contra Assyrios	181. a
Saulem a deo reprobari, quid significet	1. b.	Significauit Gibezi iudaicum populum	166. b
Saul a Samuele defectur	39. a	Silo ciuitas	2. b
Saul audita cythara leuius habet	39. c	Silo quid sit	5. c
Saul Christum figurat	30. b	Simon euangelicus cur cognominetur leprosus	96. c
Saul conatur interficere Dauid	44. b	Sion capitur a Dauid	62. b. c
Saul diuersarum personarum gerit figuram	28. b	Sobi filius Nahas fuit	81. b
Saul a nobis modis Dauid infidiatur	43. b	Sochoth oppidum	40. b
Saul filius unius anni quomodo dicitur	31. b	Socrates	93. a
Saulis inobedientia corripitur	37. c	Solemnis dies domini compunctio cordis nostri	7. c
Saul moritur	54. a	Sol extremis scytharum habitatoribus quadoq; mouetur ab occidentem in orientem	184. a
Saul paruulus, caput in Israel factus est	36. c	Solum Dauid ex ebore fit, et quomodo ecclesiam rite praefigurat	141. b
Saul phytionissam consulit	52. b	Sophar princeps exercitus probator tyronum quid	194. c
Saul prepositos malos denotat	50. a	Sophim quid	2. b. 4. a
Saul propheta inter prophetas	44. c. 45. a. 9. c	Sophonias sacerdos sanctus quid	192. c
Saul sepelitur sub quercu	57. a	Spe futurorum executi dominus Iezecchia metum	101. b
Saul uictimam domino offert	3. c	Spes pereuntium est recuperatio perditorum	75. b
Saul ungitur in regem	28. b	Spiritus Christi duplicem quomodo ecclesia accepisse dignoscitur	160. a
Saul percussit mille	43. a	Spiritus domini quomodo malus dici potest	39. b
Scribae et pharisaei iudeos corrumpunt	8. c	Spiritus immundi optimos quosque impugnant maxime	21. c
Scribae et pharisaei, nudi, discalceati et nudi uocantur	5. a	Spiritus mendax decipit Achab	156. c
Scribae et pharisaei in ligno quo Christum suspendebant sunt dammati	81. c	Spiritus nequam inuadit Saul	39. c
Scuta aurea facit Salomon et quid mystice signent	140. c	Spiritus prophetae prophetis non semper adest. 68. b. 80. a.	
Scriptura eodem uerbo superbos premit et leuat humiles	75. b	Spiritus quis sit	40. c
Scyphus aquae quid significet	51. c	Sterilem Elifens facit esse fecundam	163. b
Seba diabolum representat	83. b	Steriles	2. b. et 2. a
Seba uir Belial designat hereticos	81. c	Sterilis parit plurimos	12. c
Seculi praesentis amatores Amelech designat	52. a	Subditi prelatorum facta non debent corripere	50. a
Sedecias constituitur rex a Nabuchodonosor loco Ioachim	191. c	Subditi prelatorum uitam facile carpere non debent	67. a
Sela filius Iudae patriarchae	2. c.	Subditi curandum est neregentium facta displiceant	90. c
Semei maledicit Dauid	78. c. 80. b.	Subditus uenerari debet prelatum quem etiam iuste interdum corripere possit	91. a
Semei de Bahurim quur dicitur Aegyptius	88. b	Sublimare domini est	13. c
Semei etiam Nabath dicitur	78. c	Superbia cur minus quam luxuria uideatur	74. c
Senarius numerus bonorum operum perfectionem significat	141. b	Superbia tumor cauendus	90. c
Senectus Dauid uetus testamentum significat	92. b.	Superbia et furor regis Assyriorum ascendit in aures domini	181. a
Sennacherib parricidio filiorum in phano dei sui trucidatur	181. c	Superbia Saulis corrigitur	37. a
Sephama hebraei Aphamiam nominant	136. c	Superhumeral	17. b
Sephrona hodie Zephthim Hebraei nuncupant	136. b	Sylua Libani gentium ecclesiam rite significat	141. a
Sepultura Christi per domum Dauid representatur	44. b	Synagoga ecclesiam despexit	6. a
Septenarius numerus septem dona spiritus sancti interdum significat	112. b	Synagoga multos filios habens infirmatur	13. b
Septem filii Dauid in Hebron	59. b	Synagoga per meretricem pulchre significatur	96. a. b. c
Septenarij perfectio	11. c	Synagoga iudeorum domus dei dicitur	9. c
Serpens atheni comminuitur	177. c	Synagoga iudeorum secunda	4. b. c
		Syri excoecantur	167. c

Index operis.

Tabernacula corda sanctorum designant	68. c	Thronus ex ebore quid significet	141. b.
Tabernaculum in eremo factum templum dei praefigurat	100. c	Vacce iunctae curru religionem ingredientem significant	24. c
Tabulata claustra caeli significant	111. b	Vallis Emon descriptio	187. a
Tabulata tria templi, totidem fidelium gradus rite designant	107. c	Vallis salinarum	7. a
Tabulae ab igne sive cedrina noui testamenti iustos posunt rite significare	112. c	Vallis salinarum quid sit	173. c
Tam sensum pretiosum quam eloquij uenustatem hostis nequam de domo auferre molitur	193. c	Vasa Salomonis aurea omnia erant, et quid per ea mystice significetur	142. b
Tecua ciuitas	77. b	Veclium summitates apparent	134. c
Temperantia	119. b	Velum ante arcam ex quibus componitur, et quid mystice figuret	118. b
Templum dei quis possit edificare	62. b. c	Ve nobis	22. b
Templum dei quomodo Christus et nos quoque dici possumus	100. b. c	Ventrem purgare	50. a
Templum domini quid significet mystice in sacris	135. b	Verbum patris unigenitus eius est	69. c
Templum domino Dauid querit edificare	68. c	Verbum quid significet	185. b
Templi edificium intra atrium sacerdotum quid nobis praefigurat	121. b	Vestibulum porticum templi significat	123. b
Templum Salomonis ecclesiam catholicam mystice praefigurat	107. a	Vidua in Sarepta Sydoniae pascit Eliam	148. b
Tempore egrotationis Iezecchia aliud fuit regnum Assyriorum, aliud Babyloniorum	184. c	Vigilandum ne heretici fidem ecclesiae tollant	33. c
Temporis ordo congruit cum ratione iudiciali	192. c	Viginti duas literas habere Hebraeos	1. b
Tentationi relictus est Iezecchias, et cur	185. a	Vinea Naboth quid praefigures	155. b
Teredo a terendo dicitur	86. a	Viueri caste	17. b
Terra praefigurationis per quatuor mundi plagas diuiditur	136. a	Vir ecclesiae Christus	7. c
Testamenti mutationem Anna preannunciat	10. a	Virgo Maria citra opus nuptiale florem protulit Christum	86. a
Thamar urbs, nunc palmira dicitur	136. b	Virgo quae Dauid senescentem calefaciendum eligitur, sapientiam rite potest significare	63. a
Tharhac idololum Eueorum	177. a. b	Virgo quae ad calefaciendum Dauid eligitur, ecclesiae sanctae gerit personam	82. c
Thesbi ciuitas, patria Eliae	147. b	Virtute maiorum deus tuetur posteros	181. b
Thophet descriptio	187. a	Virtutes de uirtutibus nasci	125. a
Thophet Isaias infernum appellat	187. c	Virtutes quatuor principales	102. a
Thuribula	132. c	Virtutes tres euangelicae	102. a
Thuribula et phialae quid	193. b	Vir unus	3. c
Tonitrua quid significant	15. b	Vita actiua qualis sit	8. a
Tornatura et iunctura tabularum quid possint rite significare	112. a	Vita aeterna in caelis per domum domini posteriorem significatur	111. b
Torrens Cison etiam Careth dicitur	148. a	Vita contemplatiua qualis	8. a
Trabium combinatio et mystica significatio	108. a	Vituli tres tria tempora signant	9. b
Translati sunt iudas de terra sua	193. c. et 194. b	Viuificare, mortificare dominus dicitur	13. b
Tres vituli et modij farinae quid significant	9. b.	Vnus	3. c. 4. a.
Trium ad trinitatem pertinent	123. b	Voluptas gula uitanda	18. a
Tribus diebus in anno celebrant iudaei	2. c	Vrias iudaicum populum significat	73. a
Tribus Israel ad Dauid ueniunt	61. c	Vrias Hethens diabolum interdum potest significare.	73. c
Tributarij sunt qui non sunt ex Israel	138. b	Vxores duas Elcana habuit	2. b.
Triginta omnem sanctorum perfectionem significat.	89. a	Vxores Dauid et concubinae, uariarum gentium ad fidem Christi uocationem significat	74. a
Triginta sanctam trinitatem significat	102. b	Vxores duae mystice ducendae	8. b.
Triginta septem uiri fortissimi	88. c	Vxores multas reges habere solebant	74. a
Triumphator in Israel deus dicitur	37. c	Vxor Phineas iudaicam gentem significat	22. c
		Ziph mons	48. c

Indicis finis.

# IOHANNES TRITTHEIMIO

ABBATE SPANHEIMENSI  
ANGELOMI VITA.

**ANGELOMVS** monachus Luxouienfis, ordinis sancti Benedicti, ut in diuinis scripturis exponendis nobile sortitus ingenium, ut quae ipse exposuit, ueteres in eius comparatione non exposuisse uideantur: secularium quoque scripturarum non ignarus, iussu Dragonis episcopi Metensis, qui fuit filius Caroli Magni & frater Ludouici imperatoris, Scripsit excellentissimum opus, & quale me in scripturis sanctis aliàs legisse non memini, in libros Regū, Floruit sub Ludouico & Lothario eius filio, An, DCCCXXX,

## ERRATA.

Columna 15. uer. 25. a fine lege, in filijs. Col. 18. uer. 6. lege, quod uidetur habere. Col. 19. uer. 11. erunt ignobiles. Col. 23. uer. 7. qui in decorē etc. Co. 24. uer. 14. uaccas scetas. Col. 31. uer. 1. prophetis. Col. 37. uer. 3. a fine, honorā. Col. 38. uer. 8. ueniā. Co. Col. 41. uer. 23. a fine, pro zābulus lege diabolus. Co. 43. uer. 23. propter quae adipisc. Col. 45. uer. 19. expunge, re. Col. uer. 15. a fine, factus est. Col. 67. uer. 7. imperitis. Col. 71. uer. 7. a fine, contemptibiles. Col. 73. uer. 22. ueniens. Col. 90. uer. 20. dei pro ei. Col. 96. uer. 10. non quod. Col. 98. uer. 25. a fine lege, et sexaginta chori. Col. 103. uer. 11. octoginta millia lato. Col. 110. uer. penult. lege, graduum psal. Col. 124. uer. 8. Vtrumque, capitel. Col. 142. uer. 13. erroris. Col. 142. uer. 4. a fine, dicuntur. Col. 155. uer. 7. pro In Ierusalem, lege, in tezyael. ibidē uer. 20. hanc pro hunc. Col. 161. uer. 8. s. h. uis. Col. 169. uer. 7. a fine, lege Ioidā. Co. 178. uer. 22. a fine, cetero. Co. 184. uer. 12. Nunc. Col. 185. uer. 13. pro Nethotha, lege n. x. o. d. a.

## Ad Lectorem,

Quandoquidem pie lector unicum tantum huius auctoris exemplar ad manus erat, idque non orthographi modo incuria deformatum, uerum usque adeo lacerum atque confossum, ut interim coacti sumus diuinatione quadam, aut putidum quiddam rescindere, aut certe uestimento ueteri nescio quid noui asuere, quanquam non per omnia. Reliquimus enim uulnera quaedam tuae industriae sananda, id enim malui, quam in ipso operis feruore, de optimo auctore ex tempore temere quippiam definire: Locum autem praecipui sunt hi: Columna cxxx. uersu iij. a fronte. Col. cxxij. uer. xi. a fine. Col. clv. uer. xx. a fine. Itē expende & hos, si forte auctoris mentem non attigimus. Col. xcviij. uer. xx. a fine. Item columna cxxiij. uer. xxv. a fronte. Haec sunt Christiane lector, quae tuopte ingenio comminiscenda, aut tibi cum alio exemplari (si forte in aliquod incidas) conferenda reliquimus, cetera (ut speramus) leuiora sunt, quam quorum cordatus quispiam admonendus sit, Bene uale.



# ANGELOMI LVXO

VIENSIS IN ENARRATIONES QUATVOR  
VOLVMINVM REGVM PRAEFATIO  
APOLOGETICA.



VM A QUAMPLVRIBVS FRATRIBUS, & etiam nonnullis prudentibus & nobilibus uiris rogarer, ut secundum solertiam doctorum & traditionem magistri uiri disertissimi, aliquod opusculum in uolumine Regum digererem, eo quod a nullo doctorum per omnia expositum apud nos haberet antiquorum, ob memoria uidelicet frequentata lectione recreādam, & praesertim propter illos qui aiunt, sicut in exordio huiusce uoluminis notando tetigi, non alia contineri nisi praedia regum actusque multorum: quod ego diu multumque delitescendo facere distuli, maxime cum parua forem scientia praeditus, nec elucubratione artis secularis sapientia fretus, & ut ita dicā, in edoctus eloquio, paruus ingenio, nec dicere poteram illud Psalmista: A mandatis tuis intellexi. Nec diuinus eram inquam, ut angelus carbone torrefere de altari spurca purgaret labella, ut ualidius Christi digne enucleare mysteria. Sed rursus his excusationibus reluctantem, coeperunt me suorum astaminibus imo obiurationibus compellere, ut aliquid iuxta frugalitatem sensus & ingenio mei capacitatem, secundum quod a didascalo inculcata fuerant, describere nullatenus abnuerem. Sed cum negare non ualerem, tandem assensum praebere decreui, & ad aliqua licet temere & formidolose, digerenda sum aggressus, eo uide licet iure, ut intra domesticos parietes secretius retinerent, nec alicui ad legendum traderent, & mea imperitia uerum & temeritas legentibus detecta manifesta foret, & oblocutionibus occasio panderetur reprehendentium. Nam stylum cum ad primum librum describendo appulsi, ut abdite abdite auctore deo congererem, exemplo mea impudentia est detecta, & factis auribus magnifici Dragonis egregij scilicet pontificis, quo nihil nobilius nihilque prudentius, est reuelata nugacitas. Quo comperto, coepit ingenua libera auctoritate imperare, ut darem operam, & coeptum opus non finire, sed sagaciter ad calcem tenuis perducerem. Cuius quoque praconijs nullatenus resistere ualui, uerum nec tanta auctoritati renuere praesumpti: non solum quidem quia filius erat praestantissimi Caroli Caesaris, imo frater mitissimi Ludouici principis, uerum etiam quia erat praecclarus Pontifex, & abbas meus egregius. His enim necessitatibus adactus, praconijsque multumodis compulsus, sed potius (ut ita dicam) Christi auxilijs fretus, qui praestat infirmis confidentiam, & mutis locutionem, tentatum opus enucleare praesumpsi. Sed sciendum est, quia quibusdam in locis totam sententiam, prout a doctoribus est exposita, digessi: quibusdam enim eorum sensum sequens, compendioso sermone multa inserui, & ex multis ad unum perduxi: quibusdam quoque quod in libris tractatorum non reperi, sic ut a magistro aure accomodante didici, proprijs intuli uerbis. Nonnulla quippe, licet pauca, quae legenti patet, sti pulata exemplis, propria inserere praesumpsi, & in libelli mo-

In eorum

dum Christo duce finire decreui. In quo non persona est attendenda scribentis, sed qualitas consideranda est dictionis. Imitatus inquam multos strenuos etiam doctorum moderatos, qui multa quoque posteris dereliquerunt, ex dictis colligendo monumenta sanctorum. Non ideo dico, ut eorum gressibus me coequare ualeam, praesertim cum illi rore caelestis neccaris campos maduere diuinarum scripturarum multimodos, & futuris seculis dimisere proficua legentibus: ego uix aegreque saltem possum ex eorum dictis decerpere permodica, & tandem intelligere uel minima: sed ne uiderer ingratus largitori, licet compulsus, contuli mediocriter quae potui praecipue tibi. Simul etiam notandum est illis, qui in hoc libro parum spiritale contineri contendunt, quod hic scriptura (sicut in multis diuinis uoluminibus) non solum tribus modis dinoscitur, iuxta illud Salomonis: Ecce descripsi eam tripliciter: uerum etiam multipliciter contineri, secundum quod in libro beati Iob inscribitur. Atque utinam, inquit, deus loqueretur tecum, & ostenderet tibi secreta sapientiae, & quod multiplex eius esset lex. Quod doctorum solertia attestante septemforme dinoscuntur. Ipsi sunt enim septem sigilli, quibus iste liber secundum Apocalypsim Iohannis signatus esse proclamatur, quem nemo potuit soluere, & aperire signacula eius, nisi Iuda de tribu Iuda, qui habet clauem Dauid, qui hunc & signacula eius aperuit. Sunt enim primus historialis, secundus allegorialis, tertius utriusque rei modus, quartus, de incommutabili diuinae trinitatis essentia; quando uidelicet proprie, quando tropice sacris insinuetur oraculis. Quintus parabolarius, uidelicet quando aliud dicitur, & aliud inuenitur scriptum. Sextus de gemino saluatoris aduentu, ne aut primus pro secundo, aut secundus pro primo, intelligatur. Septimus quoque sic diuinis praecipis instrui, ut certa uita agenda forma, alius uero uita significanda figura, regulariter innotescat. Sed iam exemplis ex hoc uolumine conuenit edocere, ut his primum edocti, sciant multa mysteria in eo contegi. Primus historicus ille est, ubi nihil spiritale continetur, sicut ait Samuel: melior est obedientia quam uictima, & mille talia. Secundus allegorialis, ubi ait, quod in omnibus finibus Israel puella speciosa regi Dauid requiritur, in cuius sinu dormiat, & calefiat: tam casta, ut calefactum ad libidinem non prouocet, quae sapientiam figurat, quae etiam in senibus non senescit, sed frigescentibus membris dilectores suos igne ampliore succendit. Tertius uterque modus sicut in Dauid ostendit, ubi Bethsabee uxor est Uriae incaute respexisse dicitur, & peccasse: ut demonstret, quod nullus debeat iuxta historiam mulierem incaute respicere. In quo facto allegorica etiam significatio continetur, sicut in suo loco abunde descripsimus. Quartus modus, ubi nobis aliquando proprie, alioquando tropice diuinitas sacris eloquijs intimatur: Proprie, sicut Elias ait: **Viuit dominus in cuius conspectu sto.** Et illud: **Tu es enim deus in caelo sursum, & in terra deorsum.** Et, **Ego sum deus Abraam, & deus Isaac, & deus Iacob.** Tropice, iuxta quod Micheas: **Vidi dominum sedentem, & omnem militiam caeli assistentem ei, & caetera talia, quae de deo translate non proprie accipi solent.** Quintus parabolarius, quo cum aliud dicitur, aliud in sacris paginis inuenitur. Hoc est quod in titulo psalmi XXXIII. dicitur, psalmus ipsi Dauid: quando commutauit uultum suum coram Abimelech & dimisit eum: cum in hoc libro coram Achis rege hoc fecisse narratur. Cum ergo pro Achis Abimelech posuit, legentem monuit, ex ipsius interpretatione nominis, latens altius penetrare mysterium, de quo inferius suo in loco digessimus. Cui etiam conuenit illud: **Carduus qui est in Libano misit ad cedrum quae est in Libano, ut daret ei filiam suam, & reliqua.** De sexto uero ubi geminus aduentus Christi continetur, cunctis patet qui sit primus, quis erit futurus, quod uterque hic praefiguratur, Septimus proinde modus, qui geminam praceptorum retinet qualitatem, ille est uita agenda, ut exempli gratia: **Diliges proximum tuum tanquam teipsum, qui enim diligit proximum, legem adimpleuit.** Quod Dauid non solum in Ionatha impleuit, uerum & in Saul, quem inimicum dilexit: de quo scriptura, ait: **Planxit autem Dauid super Saul & filium eius, & reliqua.** Ipse est & figuranda uita, carnalium uidelicet uictimarum & uasorum compositione. Victimae enim hoc praefigurabant, quod hortatur Apollolus, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem, Vasa uero,

similiter electos designabant, diuinis officijs occupatos. **Qui modus cum secundo similis uideatur, illa tamen ratione discernitur, quod hic ad mores tantum, ille etiam redigendus est ad fidem.** Verum licet isti modi multipliciter istis inueniantur, tamen iuxta iugitatem triplicis diuisionis, studiuimus primam historicam, quae gesta depromit, tanquam geres: deinde allegoricam significationem, quae fidem aedificat, pandere: ad extremum quoque moralitatem, quae uitam honestam componit, subnectere: pondere solius & unius intelligentiae pressus, aut historiae & allegoriae mole grauatus, desidiosus lector occasionem possit inuenire excusationis, sed potius cum hac paupertate discurrere ualeat prouocatus per cam pos ouans latifimos deos.

PROLOGVS EIVSDEM  
CARMINE CONTEXTVS.



I maus lector typicos dignoscere sensus,  
Quæ tener, ingrediere, floridus iste liber.  
Bis retinet bina en sacra uolumina regum,  
Quæ paruere prius ore tonante sopho.

Hunc studuit calamus noster coniungere fretus,

Et uoluit tandem texere nostra manus.

Scilicet ingrediens campos & prata piorum,

Carperet ut flores celsitonantis ope.

Ex quibus accipias diuini stirpis odores,

Et ualeas fructus tollere rite bonos.

Fercula fert animis nimium pulcherrima claris,

Vnde fames animæ pellitur acta procul.

Lilia cum uiolis redolent percandida rubris,

Et pariter fragrant cinnama, rosa, ruta.

Continet hic Christi nimium eharismata sacra,

Quæ latuere prius cortice tecta diu.

Hicq; prophetarum pangit sanctissima gesta,

Plurima multorum mystica uerba canit.

Quæ Dauid gessit, cecinit quoq; & inclyta proles,

Hoc typice lector iste libellus habet.

Hic euangelicam quadriga concrepat aulam,

Sic & apostolicum lumen habere probat.

Istic inuenies thesaurum recondita patrum,

Horum & multiplices hic retinentur opes.

Abdita nam referat, & tandem mystica pandit,

In medium profert intima quicquid habent.

Grandia cælestis promittit præmia uitæ,

Viuere cum domino regna tenendo poli.

Istius ergo celer calles discurre libenter,

Discute paginulas, mel tibi portat apis.

Has cape diuitias, mundi contemne caducas,

Quod canit iste liber semper in ore tene.

Lurida linque libens spurcæ contagia carnis,

In mentem ueniat quod moriturus eris.

Sis memor autoris uersus cum legeris istos,

ANGE deus LOMI dic miserere tui.

ANGELOMI LEXO

VIENSIS, IN LIBRI PRIMI REGVM  
STROMATA, PRAEFATIO.



IGINTI & DVAS esse literas apud Hebræos, in autoribus diuinarum scripturarum reperimus, quod nullus qui eos legerit, ignorat. Secundum quorum numerum, apud eos uiginti & duo uolumina supputant: inter quæ etiam hic liber regum, de quo tractaturi sumus, comprehenditur. Qui in supputationibus eorum post Iudicum in ordine tertius habetur. In quo quidem uolumine (quanquam nonnulli scientiæ spiritualis intelligentiæ ighari, aut humanæ solūmodo sapientiæ dediti aiunt, nihil aliud posse intelligi, nisi superficies historiæ & prælia regum, ac casus multorum) multa tamen sacramenta Christi & ecclesiæ, uarijs scilicet modis continere uidentur. Nam ab ipso exordium regum, commutatum sacerdotium in Samuelem, reprobato Heli; & commutatum regnum in Dauid, reprobato Saule: exclamauit prænuntiare nouum sacerdotium, nouumq; regnum, reprobato ueteri, quod umbra erat futuri, in domino Iesu Christo uenturum. Nonne ipse Dauid cum panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, in una persona utrunq; futurus, idem in uno Iesu Christo regnum & sacerdotium figurauit: Ipsa itaq; Samuelis sacerdotis successio, nouum (ut prædictum est) & sempiternum sacerdotium præfigurabat, qui est Iesus Christus, Heli sacerdote reprobato, id est, Iudaico sacerdotio abiecto. Mater quoq; ipsa Samuelis, quæ prius fuit sterilis, & posteriori fecunditate lætata, cuius etiam nomen, id est, Anna, quod gratia eius interpretatur, ipsam religionem Christianam, ipsam postremo dei gratiam significat, quia nobis Christus oritur: ipsam quoq; ecclesiam, quæ olim sterilis, nunc fecunda, in dei laudibus lætatur. Sunt enim huiusmodi innumerabilia, quibus comprobatur, quod liber iste spiritibus floribus redolet, & allegoricis significationibus pollet: De quibus (si dominus deiderit) describemus suis in locis per singula, quæ congruere rationi uidebimus in posterum. Hæc scientibus, pauca prælibata sufficiant: tandem, domino fauente, ad historiæ seriem uenire decreuimus. In qua quidem prius fundamenta ipsius historiæ, ubi libuerit, imò ubi congruerit, & postmodum culmen spiritualis intelligentiæ, uerumetiam quibusdam in locis, moralis suauitatis harmoniam inserere nitimur, ut lector, non solum contentus sit dictis historiæ, uerum allegoariarum ac moralium melos decerpere possit salubriter. Sed prius notandum est, quod bene post Iudicum (ut diximus) ponitur Regum, ut delectet quoniam nunc sunt præsules ecclesiæ, sed postmodum regnum: seu quia prius erit iudicium, deinde sequetur sempiternum imperium. Ait enim sacra descriptio:

CAPVT .I.

Uit uir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim: et nomen eius Elcana, filius Jeroham, filij Eliu, filij Thau, filij Suph, Ephraeus. Quia enim in prologomena, imò in isagoge polliciti sumus prius fundamenta historiæ ponere, & postmodum culmen allegoriæ, atq; ubi gratum fuerit, moralitatis harmoniam inserere, ideoq; primum dignum fore arbitramur de generatione sancti Samuelis propheta: historiæ prædicere, ut postmodum continuatim allegoriæ eius ualeamus, domino fauente, digerere. Elcana namq; pater ipse de stirpe Leui fuit, sed non de generatione Aaron sacerdotis: quod enim pater eius de tribu Leui fuerit, uerba dierum manifestissime comprobant, ubi series generationis usq; ad Leui perducitur. Dicitur enim filius fuisse Ieroham, filij Eliu, filij Thau, filij Sophonia, filij Elcana, filij Maath, filij Ama

Isai, filij Elcanæ, filij Joel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thaaht, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaar, filij Leui, & reliqui. Cuius generatio hic concordare comprobatur. Quam generationem in sequentibus spiritali intellectu concinere conabimur. Matrem quoque eius de tribu Iuda fuisse monstrat, in eo quod Ephrateus uocatur. Ephrateus ab Ephrata uxore Chaleb, quam constat fuisse de tribu Iuda, dictus est. Ephrateus ab Ephrata ciuitate, id est, Bethlehem, quia Bethlehem prius Ephrata uocata est. Et si quem mouet quod ab Ephraim non ab Ephrata, Ephrateus uocatur, unde in subsequentibus legitur, quod David filius Ephratei uocetur: cum liquido pateat eundem Isai patrem David, non de Ephraim, sed de tribu Iuda extitisse; & probet eundem Elcanam Ephrateum ab Ephrata, non ab Ephraim dici. Hic inter medios ciues Ephrem fortis existens, Ramathaim Sophim ciuitatem inhabitabat: unde scriptura de morte fuisse Ephraim commemorat. Intra cunctas namque tribus habitatione Leuitarum fuisse non dubium est. Ramathaim, ipsa est quæ in euangelijs Arimathia legitur, de qua fuisse Ioseph, eadem euangelia comprobant. Est enim ciuitas in regione Tamnitica, iuxta diospolim. De qua notandum est, quod iuxta Hebraicam ueritatē non Ramathaim, sed Armatha siue Aramathaim (sicut in libris Iocorum legimus) habetur. Similiter etiam interpretati omnibus Hebraicorum nominum Aramathaim reperitur, quod nos ita legendum non dubitamus, unde & Armathia nunc cupat, & interpretat excelsa duo uel eorum. Bene excelsa duo iuxta historiam, ut duæ intelligantur tribus, regalis uidelicet & sacerdotalis, id est, Iuda & Leui, ex quibus extitit pater eius & mater. Sophim, speculatores dicitur; speculatores hic fortassis prophetæ intelligunt, quorum filius Elcana fuerit. [Et habuit duas uxores: nomen unum Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij, Annæ autem non erant liberi.] Conuenienter igitur Annæ sterilitas commemoratur, cuius partus celebrior futurus erat instar priorum patrum, ut maius gaudium post longum moerorem de percepta fecunditate parētum insinuetur. Sicut enim Abraam patriarchæ legitima uxor, quam primus duxit, Sara uidelicet, primum sterilis fuit, Agar Aegyptia generante filium; & sicut Iacob seruiente focero suo pro Rachel uxore, ipsa Rachel sterilis fuit, sorore eius Lia haberos gignente: ita & Elcanæ melior uxor quæ propheta genuit, sterilis primum fuit, postea autem per domini gratiam fecunda, ut tali ortu magnus futurus propheta etiam monstraret. [Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus, ut adoraret, & sacrificia caret domino exercituum in Silo &c.] Silo ciuitas est in tribu Ephraim, in quo loco arca testamenti mansit & tabernaculum domini, a temporibus Iosue filij Nun. Postquam uicerat gentes quæ terram repromissionis possederant, usque ad tempora Samuelis. Narratur enim in libro Iesu Naue, quod prædictus dux forte ibi missa coram domino, terram repromissionis singulis tribubus distribuerit. Est autem Silo in nonagesimo miliario, Neapolis in regione Arabithena. Sed & Iudæ patriarchæ filium Sela appellatum legimus. Ad hanc ergo ascendit Elcana cum domo sua, statutis diebus secundum legem, ut adoraret, & sacrificaret domino exercituum. Quod autem dicit, statutis diebus, hoc est tribus festiuitatibus, pascha uidelicet & pentecoste, & solennitate tabernaculorum. Unde dominus in Exodo præcepit, dicens: Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Et item: Ter, inquit, in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo, in loco quem elegerit dominus deus tuus. Ergo in Silo cum esset eo tempore arca domini, ibi hic Elcana cum esset ipse Leuita, post oblatas uictimas, cum uxoribus & filiis atque filiabus pariter uescebat, [deditque Phenennæ uxori suæ & cunctis filiis eius & filiabus, partes. Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluderet uulnam eius. Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, intantum, ut exprobraret quod concludisset dominus uulnam eius & reliq.] Nam quod ait, deditque Phenennæ uxori suæ, & cunctis filiis & filiabus, partes. Hæ partes, partes sacrificiorum, quas de immolatis dedit, intelliguntur, secundum consuetudinem legis. Quamquam opinio Iudæorum, uestes intelligi uelit. Annæ autem dedit partem unam, inquit, tristis, Tristis uidelicet erat, quia dñs concluderat uulnam eius, In hoc uero quod subiun-

xit: Affligebat quoque eam æmula eius &c. Demonstratur, quod sicut Saram sterilem, Agar concipiens despexit: ita & Annam sterilem, Phenenna prole fecunda æmulabatur. Malorum enim est solarium, uitam bonorum carpere. Porro illa flebat, & non capiebat cibum læta corporeum, sed secundum Prophetam, fuerunt illi lachrymæ panes die ac nocte, & porum suum cum fetu temperabat. [Surrexit autem Anna postquam comederat in Silo et biberat. et Heli sacerdos sedente super sellam ante postes templi domini,] Heli iste summus sacerdos erat, & post Samson populum Israel regebat (ut in Hebræorum libro inuenit) annis. XL. secundum Septuaginta autem interpretes annis. XX. [cum esset amaro animo, orauit dominum fletu largiter, & uotum uouit, dicens: Domine exercituum, si respiciens uideris afflictionem famulæ tuæ, et recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisquæ seruæ tuæ serum uirile, dabo cum domino omnibus diebus uitæ eius, & reliq.] Recordabatur forsitan uerborum beati Iob, quibus dixit, Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit dominum & exaudiet eum, quia ipse laborem & dolorem suorum considerat. De quo scriptum est: Tibi domine derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Cui uota iustorum sunt placabilia, & oculi eius ad preces eorum. [Factum est ergo cum illa multiplicaret preces coram domino, ut Heli obseruaret eos eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & uox penitus non audiebatur. Estimauit igitur eam Heli temulentam, dicens ei: Quis quo ebria eris? Digere paulisper uinum quo mades. Respondens Anna, Nequaquam (inquit) domine mihi: Nam mulier infelix nimis ego sum, uinumque & omne quod inebriare potest non bibi, sed effudi animam meam in conspectu domini. Hæc repute ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial, quia ex multitudine doloris & moeroris mei locuta sum usque in præsens.] Belial interpretatur absque iugo. Nota quod hi qui ebrietatem sectantur, filij Belial uocentur: hoc loco implet illud quod scriptum est, Homo uidet in facie, deus autem intuetur cor: quia Heli tantum os deprecantem Annæ intuebatur, & uocem eius penitus non audiebat, sed motum labiorum cernebat, estimabat ebriam esse. Illa autem quia sursum eleuabat cor, & confitebatur domino in toto corde suo, respexit dominus ad orationem eius, & non spreuit preces illius. Nobisque optimus modus orandi ad exemplum datus est, (sicut in sequentibus plenius dicturi sumus) ut non in multiloquio formemus preces nostras ad dominum, sed in compunctione cordis & effusione lachrymarum, nos exaudiri ab eo credimus: quia sacrificium deo est, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Quod tunc digne fit, si oratione completa, nos in eodem tenore iustitiæ permanebimus. Unde & sequitur: [Et abiit mulier in uiam suam, & comedit, uultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna & peperit filium, uocauitque nomen eius Samuel, eo quod a domino postulasset eum.] Post circulum ergo dierum, id est, post anni reditum, peperit Anna puerum, uocauitque nomen eius Samuel. Samuel qui interpretatur postulatio dei, siue nomen eius deus, quia autor natiuitatis eius deus erat, qui ab sterili exoratus concessit habere filium, qui dignus haberetur in templo dei cunctis diebus assistere ad seruitium eius. Qui superius non solum uir, sed uir unus appellatur, quia uidelicet non in diuersa uagabundus, uel mobilis atque instabilis, sed firmus atque inconcussus persistens uir unus erat. Et non solum uir unus dicitur ille, qui firmus perseuerat, sed omnes competentes unus dicuntur, unam sapientiam omnes habentes, qui unum Christum Iesum confitentur, in uno spiritu dei replentur. Vnusquisque insipientium non est unus, sed multi. Unde scriptura: Stultus ut luna mutatur. Luna cum uidetur una esse per substantiam, per mutationem dierum semper ipsa alia est & diuersa. Sic & peccatores, qui mutantur a sapientia & scientia, & diuersa concupiscunt, instabiles efficiunt in omnibus uis suis. Ecce historiam prælibauimus, sed spiritualem intellectum necesse est ut breuiter tandem tangamus: Vir enim iste Elcana, qui interpretatur dei possessio, figuram gestauit unici filij dei, qui uera & specialis est dei patris possessio. De ipso namque per Salomonem dicitur: Dominus possedit me initio uiarum suarum. Et patet de ipso: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene coplacui. Et idem filius in euang-

Reg. 17.

Matth. 27.

Marci. 15.

Lucæ. 23.

Iohann. 19.

Genesis. 11.

Genesis. 16.

Gene. 29.

39

40

Iosua. 13. 14. 15.

Gene. 38.

Exod. 24.

Exod. 23.

77

78

79

80

81

Psal. 41.

42

43

44

45

46

47

Iob. 12.

Psal. 9.

48

49

50

51

52

53

Regum. 16.

Psal. 101.

Psal. 50.

54

55

56

Ecc. 27.

Proter. 2.

Matth. 3. et. 17

Iohan. 1.4. gellio: Pater in me manens, ipse facit opera; qui bene uir unus dicitur. Unus autem appellatur deus, non de numero, sed quia nunquam a semetipso alter efficitur, ideo nunquam mutatur. Vnde Psalmista: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiēt. Aramathaim. Sophim, quæ interpretat excelſa uel specula, cælestem significat Ierusalem. De qua ad nos ueniens, eandem speculationem & docuit, imò & ad eandem possidendam suam morte reparauit. In qua ipse sedēs ad dexteram patris, interpellat pro nobis, secundum quod Apostolus ait: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum &c. Qui bene filius dicit, filij Ieroham, filij Eliu, filij Suph Ephrateus. Ieroham quippe misericors interpretatur; Eliu uero, deus meus; Suph, effundens; quæ nomina (sicut nobis uidetur) iure ad eum patrem referunt. Ipse est misericordia nostra, quia sua miseratione actum est, ut unigenitus filius ad nos ueniens, suo cruore nos redimeret, iuxta quod apostolus ait: Sic enim dilexit deus mundum, ut unigenitum suum daret pro nobis. Qui in passione, pro nobis laborans, aiebat: Deus meus deus meus, ut qd me dereliquisti? Vnde Suph effundens dicit, quia ad nos sinus suæ pietatis eum de cælestibus effudit, ut semetipsum exinaniret, atq; quodammodo effunderet, & genus humanū liberaret. Vnde per Salomonem in Canticis canticorum dicitur: Vngentum effusum est nomen tuum. Nomen ergo dei unguentum effusum est, quando ab immensitate diuinitatis suæ, ad naturam nostram se exterius effudit, & ab eo qd erat inuisibilis, uisibilem se reddidit. Si enim se non effunderet, nequaquam nobis se innotesceret. De qua effusio Paulus ait: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit & reliq. Quod Paulus ait, exinaniuit, hoc Salomon dicit, effudit. Qui iure Ephrateus dicitur, Ephrateus frugifer interpretatur. Quod bene eidem unigenito dei filio cōuenit. Ipse enim omnibus donis spiritus sancti & uirtutibus abundans habetur. Hinc Isaias ait: Requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cōsiliij & fortitudinis, & reliq. Sequitur: [Habuitq; uxorē duas, nomen vni Phenenna, & nomē secundæ Zinna. Feceruntq; Phenennæ filij, Zinnæ autem non erant liberi, & reliq.] Ista duæ uxores Anna uidelicet quæ interpretatur gratia, & Phenenna quæ dicitur conuersio. Geminæ plebis, hoc est, ecclesiæ gentium, & synagogæ prætenderunt imaginē. Phenenna namq; synagogæ typum prælibabat, quæ secunda primū in filijs extitit, quos deo per prædicationem legis generare uidebatur. Sed quia conuersa est a fide patriarcharum & prophetarum ad infidelitatem, infœcunda permanet. Anna uero sterilis, quæ interpretatur gratia, ecclesiam significabat gentium, quæ gratia sancti saluatoris cognoscitur esse redempta. Iuxta quod Apostolus ait: Gratia enim dei salui facti estis per fidē, & nō ex uobis, donum dei est. Et iterum: Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consecutam, misericordiam &c. Quæ sterilis dicitur, iuxta quod scriptum est: Latere sterilis quæ nō parit, erumpe & clama quæ nō parturit, quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet uirum. De qua etiam Psalmista ait: Quæ habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum latentem. Quæ olim sterilis a fecunditate prolis spiritualis, nunc deo spirituales filios per fontem baptismatis, & gratiam spiritus sancti gignere non desistit. De qua in Canticis canticorum apostoli dicunt: Soror nostra paruula est, & hubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ, in die quando alloquēda est? Paruula, inquit, est, quia mysteriū prædicationis nondum sufficit subire, ut filios generans ab intimis mysterijs, uel ut ex huberibus nutrire possit. Quid ergo tibi uidetur o synagoga de sorore nostra faciendum, quando alloquenda est, id est, per uerbi mysteriū duceuda ad fidem, ut quæ modo sterilis uidetur, possit fecunda spiritaliter filios generare? Synagoga tacente, ipse sponsus siue apostoli quid fieri debeat, respondent: Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea, id est, scientiam diuinarum scripturarum, ut possit non solum protegere infirmos, sed etiam docere indoctos, ne semper sterilis permaneat. Ista enim quanquam tunc uxor esset in prædestinatione diuinæ gratiæ, iuxta quod sponsus loquitur de ea: Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea, Id est, tu adhuc in curribus Pharaonis subintus ser-

uiebas, subintus currebas in gentilitate, sed ego attendi quid de te per prædestinationem feci. Equitatu meo te assimilauit, id est, electis meis te similem attendi. Tamen quia nondum sponsus eam proprio sanguine redemerat, nec desponsauerat, sterilis habebat, quia ei per fidem coniuncta non erat, sed synagoga ei quodammodo filios per legem (ut diximus) parere uidebatur. Hæc enim breuiter tangendo, (ut diximus) sed in consequentibus post aliqua quæ interpolata uident, in historia plura plenius describere conabimur. [Erant autē ibi duo filij Heli, Hophni & Phinees sacerdotes domini.] Quia historia luce clarius patet, ad spiritalem intellectum transducimur. Hophni namq; interpretatur discalceatus, siue infania conuersionis; & Phinees quoq; qui dicitur os mutum, scribas & pharisæos significant Iudæorum. Qui bene filij Heli dicuntur, qui typum tenebat sacerdotij Iudæorum, propter sacrificia carnalia legis & sacerdotij ipsorum. Ipsi enim scribæ & pharisæi dum suam (iuxta Apostolum) uoluerunt statuere iustitiam, & iustitiæ dei contemptentes, noluerunt esse subiecti, nec ipsum recipere quem lex & propheta prædixerunt esse uenturum, degenerantes a fide patriarcharum & prophetarum, ad infaniam infidelitatis conuersi, os mutum meruerunt habere, a uero sacerdotio Christi & confessione ueri sacerdotis, de quo scriptum est: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Et quia ecclesiæ sibi, proprie quæ Christo debebatur, qui erat uerus sponsus, tanquam propriam uindicare uoluerit. Et noluerunt suscitare semen fidei in nomine defuncti fratris, id est, Christi, iuxta quod in lege scriptum erat, non meruerunt esse in sorte eorum. De quibus ait Apostolus: Et calcateati pedes in præparatiōe euangelij pacis. Et de quibus per prophetam dicitur: Quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona. Et ideo nudi & discalceati a uera fide & dignitate sacerdotij remanserunt. Quod pertimescebat agere Iohannes, quando dicebat eis, Non sum ego Christus: uenit enim fortior me post me, cuius non sum dignus ut soluam corrigiam calceamenti eius. Ac si diceret: Ego redemptoris uestigia denudare non ualeo, quia nomē sponsi mihi immeritus non usurpo. Quod quia scribæ & pharisæi indebite usurpare conati sunt, uidelicet nomen sponsi sibi & non Christo tribuere: & infuper e contrario contempserunt, imò in faciem conspuere non dubitarunt; iure nomen illorum dicitur domus discalceati, sicut in lege scriptum est. Ac per hoc nudi remanserunt ab omni dignitate, & discalceati ab exemplis patriarcharum & prophetarum. Vnde Silo quidem eis congruit, ubi sacerdotes fuisse leguntur. Silo namq; dimissio eius, uel petitio interpretatur: quia enim ipsi expetierit Pilatum, ut dimitteret Barabbam, & Iesum traderet eis. Vnde ad infaniam crudelitatis conuersi, clamabant dicentes: Si dimittis eum, non es amicus Cæsaris. Et item: Crucifige crucifige eum. Merito dimissi fuerunt, & derelicti a deo, exuti ab omni bonitate, traditi sunt gentibus, & amiserunt sacerdotiū & regnū, & torpore infidelitatis nudi, frigescent inter gentes. Sequit, [Dedit ergo Elcana Phenennæ & filijs eius & filiabus, partes. Zinnæ autē dedit partem unam tristis, quia Zinnam diligebat.] Iam enim superius inculcauimus, qd Phenenna typum tenuit synagogæ, quæ a deo quidem partes cum filijs & filiabus (quantum iuxta anagogen pertinet) percepit, uidelicet temporalia bona terræ repromissionis. Iuxta qd per Psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium & labores populorum possiderūt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. & quia primū credita sunt illis eloquia dei, & legislarium, & testamentum, & repromissio, & reliq. Quanquam ingrata fuisset, Annæ autem dedit partem unam tristis. Pars enim ista quam conditor rerum Annæ, hoc est, ecclesiæ gentium contulit, naturale ingenium possumus accipere, per qd deum agnoscere poterat. De quo prædicator egregius ad Romanos describens, ait: Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Semperpiterna quoq; eius uirtus ac diuinitas: unde de sapientibus huius mundi præmisit, dicēs: Quia quod notū est dei, manifestum est illis. Deus enim illis manifestauit, sed bene ait, tristis, quia dominus concluderat uulnam eius. Deniq; quia spiritaliter deo generare filios non poterat, anxie ferebat, scilicet quia nondum aduenerat tempus miserēdi eius, ut

Roma. 10.

Psalm. 109.

Ephesi. 6.

Isaie. 52.

Nauim. 1.

Roma. 10.

Iohan. 1.

Deute. 25.

Matth. 27.

Iohan. 19.

Luca. 23.

Psalm. 104.

Roma. 1.

Roma. 1.

à sua sterilitate aperiretur, & spiritali gratia fecundaretur. Cuius fecunditatem Ionas  
 ge considerans Isaias, clamabat: Lactare sterilis quae non parit, & reliq. Post hanc sterilita-  
 tem, tristis erat ecclesia, quia non solum non pariebat filios, uerum etiam à gratia domi-  
 nicæ incarnationis, & ab amissione legis sterilem se uidebat. Sed ut hoc perpendere po-  
 tuisset, per naturale ingenium intellexit. Quia ipsam dominus diligebat, scilicet nõ qua-  
 lis tunc erat, sed qualis in prædestinatione futura erat. Sed quia hanc prædestinationem  
 & futuram gratiam synagoga ignorabat, gentilitatem despiciebat, & insup etiam odio  
 insequabatur. Nam sequit, [Affligebat quoq; eam æmula eius, & uehementer angebat,  
 infantum, ut pprobar et quod concludisset dominus uulnam eius.] Nulli igitur legenti  
 dubium est, q; synagoga Iudæorum, ecclesiam gentium persecuta est, & propter idolo-  
 latriæ cultum, contemnebat & exprobrabat. Deniq; etiam ipsa primitiua ecclesia igno-  
 rans mysterium saluationis ipsius Petrum redarguere uolebat, quare ingressus esset ad  
 Cornelium & manducaret cum gentilibus. Sed Petrus cum diuinam gratiam eis retu-  
 lisset, glorificauerunt deum. De qua etiam despectione idololatriæ, ecclesia ex gentibus  
 synagogæ respondit, dicens: Noli me considerare q; fusca sim, quia decolorauit me sol.  
 Ac si aperte dixisset: Inde fusca sum, unde peccatrix, quia me sol decolorauit, id est, crea-  
 tor meus in errore positam me deseruit, & radios suæ distinctionis subtraxit. Ego in er-  
 rorem lapsa sum, unde & subiungit: Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Filij ma-  
 tris, immundi intelliguntur spiritus, quia ab una gratia benignitatis & potetia dei, nos  
 & angeli conditi sumus. Et ex eo q; rationales sumus, quasi quandam societatem frater-  
 nitatis habemus: quia tamē cadentes angeli, & ante aduentum saluatoris, & quotidie cõ-  
 tra ecclesiam gentiũ bellum gerunt, dicat: Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Ac  
 si dicat, quia creator meus in gentilitate me deseruit: filij matris meæ pugnaverunt con-  
 tra me. Noli me despiciere ò synagoga, quia si nigra sum per meritum, formosa sum per  
 diuinæ prædestinationis gratiam. Sed ideo synagoga contemnit ecclesiam, quia atten-  
 debat qualis erat, sed ignorabat (ut diximus) qualis futura erat. Verum postea confide-  
 rans ecclesiam per naturale ingenium ornata, diuina scilicet illustrata gratia uenire  
 ad Christum, ait: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut uirgula fumi, ex aromati-  
 bus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Nam admirat quomodo geni-  
 tium populus, nullo circūcisionis mysterio emundatus, nullis prophetarum admonitio-  
 nibus instructus, subito ab infimis uoluptatibus, per desertum gentilitatis & idololatriæ,  
 ad alta uirtutum culmina, & ad amplexus sponsi ascēdisset. Et bene ait: Sicut uir gula fue-  
 rit ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij, id est, igne amo-  
 ris accensa, uel omni nisu uirtutum ad cælestia tendit. Per myrrham, mortificationem carna-  
 lium uoluptatum. Per thus, puritas orationum: & in diuersis pulueribus pigmentarij,  
 omniũ uirtutũ odor accipitur. Vnde alibi stupens synagoga dicit, nesciui, anima mea  
 conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Ac si dixisset, Nesciui ò ecclesia gentium  
 dona gratiæ spiritualis in te esse, sed anima mea conturbauit me propter inductionē no-  
 ui testamenti, & euangelicæ quadrigæ. Aminadab quippe interpretatur populus meus  
 spontaneus, id est, Christus qui sponte gratiam suam cõtulit ecclesiæ, qui per totum iam  
 uehitur orbem. Sed quia eandem gratiam nondum adhuc perceperat ecclesia, sed steri-  
 lis per manebat & tristabatur, recte subinfert, [Porro illa stebat, & non capiebat cibum.  
 Dixit ergo ei Elcana uir suus: Anna, cur fies? & quare non comedis? & quamobrem affligi-  
 tur cor tuum? Nunquid non ego melior sum tibi q; decem filijs?] Ait enim, [Porro illa ste-  
 bat & nõ capiebat cibum, hoc est quod beatus Iob ex eadem ecclesia gentium, quæ ad-  
 uentum sui redemptoris desiderabat loquitur, dicens: Nunquid rugiet onager cum hæ-  
 buerit herbam? Quid nam per onagram, id est, agrestem asinum, nisi gentilis populus  
 designat? quem sicut natura extra stabula disciplinæ edidit: ita uagus in uoluptatum su-  
 arum campo permansit. Vita nanque beati Iob attestante, cognoscimus expectasse re-  
 demptoris aduentum multos etiam ex gentilibus. Herba ergo onagri est, hæc ipsa  
 mediatoris incarnatio, per quam ipsa gentilitas iam satiatur, Quia enim per prophetam

dicitur, Omnis caro fœnum, uniuersitatis conditor ex nostra substantia carnem sumens  
 fœnum fieri uoluit, ne nostra in ppetuum fœnum caro remaneret. Tunc ergo herbam  
 onager inuenit, cum gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit. Sed quia diu-  
 nota electorum gentilium dilata sunt, longo tempore redemptionem suam expectan-  
 do gemuerunt, & non meruerunt eandem gratiam percipere, qua fecundarentur & sa-  
 turarentur, illo cibo de quo dominus ait: Qui manducat carnem meam, & bibit sangui-  
 nem meum, in me manet, & ego in eo. Bene dictum est, [Porro Anna stebat, & non capiebat  
 cibum.] Et quia ecclesia perseverauit in prece pro eadem redemptoris gratia, tandē  
 ipse per mysterium suæ incarnationis consolationem adhibuit. Vnde & dicit, [Anna  
 cur fies? nõ quid non ego melior tibi q; decem filijs?] Verum est inquam, uerum quod lo-  
 quis sermo diuinæ consolationis: Mellior est ecclesiæ uir suus, dominus scilicet Christus,  
 quàm decem filij. Decem nanq; filij illi significantur, quos per legem synagoga deo ede-  
 re uidebat, sed multoties plus eum diligit, imò gratiam euangelicæ prædicationis, quæ  
 per ipsum data est, quàm illos quos carnaliter pariebat. Diligit ipse ecclesiam, & diligit.  
 Scriptum nanq; est: Dilectus meus mihi, & ego illi. Adeo diligit ecclesia Christum, ut  
 non solum omnia contemnat pro ipso, aduersa scilicet & prospera mundi, uerum etiam  
 mori non formidet p dilectione eius. De cuius dilectione (quanquam aliter intelligat)  
 in Canticis canticorum dicitur, Fortis est, ut mors, dilectio, sed quia ecclesia in eadē gra-  
 tia atq; dilectione quam percepit, perseverauit: recte quibusdam interpositis de ipsa di-  
 citur, uultusq; eius non sunt amplius in diuersa mutati. Nequaquam enim ecclesia à co-  
 gnitione fidei, & dilectione sui redemptoris immutata est, neq; euelli in diuersa declinan-  
 do potuit, ab ipsa deuotionis gratia quam percepit. Cæterum quantum ad historiciæ fi-  
 dem pertinet, bene ait, Uultusq; eius non sunt amplius in diuersa mutati. Videlicet  
 quia quod ad deum postulauit, ex fide credens, adipisci se non dubitauit: siue quia in ue-  
 ro affectu compunctionis permansit, usq; dum adepta esset quod postulauit. Hic em̄ da-  
 tur exemplum orandi, quia uidelicet quisquis exaudiri desiderat, talis debet persevera-  
 re, qualis in oratione inueniri se exoptat. Etsi semel compunctiõis gratiam percipit per  
 puritatem mentis, debet in eadem munditia mentis persistere, & à nullo deuiare per la-  
 sciuiam, donec ad affectum uoluntatis, quod petit, perueniat. Imò donec prolem diuinæ  
 contemplationis consequatur. Etsi hoc uoluerit non sufficit semel compungi, sed sedu-  
 ito per compunctionis gratiam emundari, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Consti-  
 tuite diem solennem in confrequentatione, usq; ad cornu altaris. Dies solennis est domi-  
 no, compunctio cordis nostri. Sed tunc in confrequentatione dies constituit, cum ad la-  
 chrymas pro amore domini assidue mens mouetur. Cui uelut si diceremus, quandiu  
 subiungit, dicit: usq; ad cornu altaris. Cornu altaris, est exaltatio sacrificij interioris: hoc  
 est, cõtemplatio diuinæ uisionis. Inde est q; anima quæ iam per amorem compungi de-  
 siderat, in Canticis canticorum, ait: Osculet me osculo oris sui. Toties enim anima oscula-  
 tur deum, quoties in eius amore compungitur. Ait enim, Osculetur me osculo oris sui,  
 Ac si aperte dicat: Tangat me gratia compunctionis suæ, uel certe, osculum oris eius est,  
 pfectio pacis intimæ, ad quam cum per uenerimus, nihil remanebit amplius quod quæ-  
 ramus. Et ideo debemus in eadem gratia compunctionis, tanquam Anna permanere, &  
 non uultum in diuersa mutare, donec perueniamus ad prolem diuinæ contemplationis.  
 Nos hactenus ista de Elcana, & duabus uxoribus eius, ac partibus ear, & cætera quæ  
 inseruimus, prout intelligere potuimus, & à traditore didicimus, describere conati su-  
 mus. Quæ si cui displicuerint, & melius inuenire potuerit: nos sequenda iudicauimus,  
 quia magis decreuimus alterius sensum sequi, quàm pertinaciæ deseriuire. Cæterum  
 his descriptis, ad ea quæ sequuntur (domino fauente) stylum uertere conabimur: sed pri-  
 us notandum, quia nonnulli iuxta ethicam disciplinam, id est, moralem, quam aliter tro-  
 pologian nominant, Elcanam (qui interpretat domini possessio) sanctum quẽlibet &  
 perfectum prædicatorem intelligi uolūt, cuius mentem dominus possidet. Per duas ue-  
 ro uxores, Phenennam uidelicet & Annam, actiuam & contemplatiuam uitam designant.

Isaie. 4.

Actum. 11.

Cantico. 1.

Cantico. 1.

Cantico. 3.

Cantico. 6.

Job. 6.

Iohan. 6.

Cantico. 2.

Cantico. 2.

Cantico. 8.

Psalm. 117.

Cantico. 1.

Phenenna namq; fecunda in filijs (quæ dicitur conuersio) actiuam, Anna uero sterilis (quæ interpretatur gratia eius) contemplatiuam designat uitam. Actiua enim uita est, panem esurienti tribuere, uerbo sapientiæ nesciẽtem docere, errantem corrigere, ad humilitatis uiam superbiẽtem proximum reuocare, infirmantis curam gerere. Quæ singulis quibusq; expediunt, dispensare. Quæ non immerito significat per Phenennam fecundam (quæ interpretatur conuersio) quia actiua multas habet actiones quibus subuenire potest proximis. Ad quas, necesse est, ut solcite conuertatur. Est enim fecunda in filijs & filiabus, quia fortia licet infirma uideantur, in comparatione contemplationis gignit opera pariter infirma, quæ significantur per filios & filias. Contemplatiua uita est uero, charitatem dei quidem & proximi, tota mente retinere, sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, ut nihil iam agere libeat, sed calcatis curis omnibus, ad uidendam faciem sui conditoris animus inardescat. Hæc enim significat per Annam, quæ interpretatur gratia, sed sterilem. Bene itaq; sterili dicitur, quia contemplatiua uita prout est, nullus penetrare ualet. Siue quia nullus eam perfecte prædicare sufficit quod sentit, ut eam prædicando plures filios gignere possit. Vnde non immerito per Annam, quæ interpretatur gratia, figuratur: quia nemo ad ipsam peruenire sufficit, nisi per diuinam gratiam. Sed bene duas uxores habuisse describitur, quia perfectus quilibet prædicator non est, nisi utraq; uitam exercere nouerit. Debet ex amplexibus Phenennæ, transire ad contemplatiuam. quia debet per prius exercere in actiua, ut dum multos filios generauerit, possit postmodum ad contemplatiuam uitam arctius accingi, & toto desiderio in eius contemplatione immorari, & perfecta opera gignere. Quibus uxoribus & filijs & filiabus pres tribuet: quia summus uir siue infirma, seu creauerit fortia opera, semper studet & in actiua & in contemplatiua uita, desudans amplius laborando, uirtutibus uirtutes subnectere, ut perfectus inueniatur quandoq; in contemplatione. Et ideo qui uult effici possessio dei, has duas ducat uxores: actiuam scilicet primum, ac deinceps transeat ad contemplatiuam. Seu ut aliter dicamus: Coniungat sibi eam quæ nobilior est Annam, hoc est, gratiam. Hæc enim prima coniungitur homini per fidem, ubi Apostolus ait: gratia enim dei salui facti estis per fidem. Secundo coniungatur Phenennæ, id est, conuersioni, quia post gratiam credulitatis, sequi debet emendatio mortis. Prima filios generat Phenenna, quia primi fructus proferuntur per conuersionem. Nisi enim conuertamur a malo, non poterimus effici patres de Anna, & generare Samuelem, qui hic interpretari potest, ubi ipse deus. Vbi enim spiritus gratiæ est, ibi dicitur deus. Vnde Paulus ait: Et cadens in faciem, adorabit deum, dicens: Vere, deus in uobis est. Et ideo nisi præcedant opera conuersionis, non possumus dona diuini spiritus generare. Et hoc orandum est, sed sciendum est, quia deus non uoce tantum inuenitur, sed corde. Vnde beatus Iob loquitur, dicens: Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum omnipotens audiatur? Non ait, preces, sed desiderium meum. Vere quippe postulatio non in uoce oris est, sed in cogitationibus cordis. Hinc est quod ad Moysen dicitur: Quid clamamas ad me? cum penitus nihil loquererur. Hinc est quod Anna superius ore quidem tacuit, & tamen tot sui desiderij uoces emisit, sicut scriptum est: [Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur.] Hinc dominus in euangelio dicit: Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Clauso quippe ostio petit in cubiculo, qui tacenti ore in conspectu supernæ pietatis fundit affectum mentis. Et uox auditur in abscondito, cum per sancta desideria silentio exauditur. Vnde dicitur: Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Et quia Anna ita dominum postulauit, exaudiri pro filio promeruit. [Quæ concepit et peperit filium, uocauitq; nomen eius Samuel, eo quod a domino postulasset eum.] Sic nimirum sancta ecclesia orans per naturalem intellectum, gratiam fidei & mysterium incarnationis, corde concepit, & ore confessiois gignere promeruit. Nam iuxta Apostolum: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hinc est quod ad Cornelium angelus ait: Corneli, exaudite sunt orationes tuæ, & elemosynæ tuæ in conspectu dei &c.

Ephesi. 2.

1. Corin. 14.

Iob. 31.

Exodi. 14.

Matth. 6.

Psal. 9.

Roma. 10.

Actuum. 10.

Quem filium uocauit (inquit) Samuelem, Samuel qui interpretatur nomen eius deus, Anna uidelicet primogenitus & prophetiæ gratia decoratus, quis alius intelligendus est, nisi dominicus homo, dominus scilicet ac redemptor noster? De ipso enim scriptum est: Omnipotens ipse ueniet & saluabit nos. Ipse etiam ppheta dicitur est, iuxta qd Moyses ait, Prophetam suscitabit dominus deus, tanquam meipsum audieris, & reliq. Deniq; ipse de semetipso dicit: Non est ppheta sine honore, nisi in patria sua. Cui itaq; Samueles ualde congruit interpretatio nominis, quia ipsum deum & hominem confitei omnis ecclesia. De qua & subnectitur, [Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in uittulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora uini, & adduxit eum in domum dñi in Silo.] Bene ait, postquam ablactauerat, quia uidelicet Anna, id est, sancta ecclesia ex nationibus. De quibus dominus ait: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc uittulo, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient. Prius lacte enutriuit filium, quem corde concepit per fidem, id est, simplici intellectu in suis auditoribus. De quo Paulus Apostolus ait, Lac uobis porum dedi, non escam, scilicet quia mysterij incarnationis & crucis, & præcepit & prædicauit. Vnde idem egregius prædicator iterum dicit: Nihil me iudicari scire inter uos, nisi Christum dominum Iesum, & hunc crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Et recte [in uittulis tribus] Tres enim uittuli, tria (ut nobis traditum est) tempora significant. Ante legem uidelicet, sub exemplis patriarcharum, & sub lege sub dictis prophetarum scilicet quibus præfiguratus est dominus, & cum expectabat ecclesia: & ideo tristabatur, quia gratiam incarnationis nondum habebat. In tertio tempore gratiæ, eo apparente, iam & fidem percepit credendo, & prædicatione quodammodo præsentauit, quia manifeste se credidit. Vnde & sequit, [et in tribus modijs farinæ.] Per tres modios farinæ, tres uirtutes in unitate fidei cõpactas accipere debemus, fidem uidelicet, & spem, & charitatem, quas perfectas obtulit ecclesia: seu tres modij farinæ, tres accipiuntur filij Noe, quos plures credens ecclesia perduxit ad fidem, atq; deo obtulit confitendo. Nonnulli etiam in farina modiorum, corpus domini accipiunt: & in amphora uini, sanguinis mysterium ipsius, quæ mysteria quotidie celebrat ecclesia offerendo, & sumit ore ad imitandum. Hæc sunt enim dona quæ pro puero offert ecclesia gentium, ut ostendat se puerum genuisse, id est, percepisse se ueraciter perfectam fidem Christi, & eam se operibus demonstrare uelle. [Et adduxit eum in Silo in domum domini.] Quia cum eadem perfecta fide mysterij incarnationis Christi, & crucis trophæi, iunxit se primitiua ecclesiæ, ex synagoga Iudæorū, quæ domus dei dicta fuerat. De qua dictum est, Domum tuam decet sanctitudo. Dicamus & aliter secundum opinioniones aliorum quorum. Nam quod ait, [adduxit eum secum postquam ablactauerat, in uittulis tribus, & tribus modijs farinæ.] In Hebræo (ut aiunt) non tribus modijs, sed modio farinæ haberi dicunt, & apud Latinos scriptorum uitio putant deprauatum, & non contra legis præceptum tres modios obtulisse: quia ibi præcipitur, ut mensis primo offerrent similes oleo conspersæ, tres decimas per singulos uittulos. Duas decimas per arietem, unam decimam per agnum. Hæc uero decima, decima pars erat ephi, unde datur intelligi, qd non potuerit tres modios farinæ cum tribus uittulis offerre, sed nouem decimas, quibus secundum Hebraicam mensuram unus efficitur ephi. Cæterum allegorice, qd noluit illum ducere ad domum domini antequam ablactaretur, significat matrem ecclesiam quæ libet filiorum suorum non ante ad sacerdotium prouehere, quam illum a lacte infantie & paruitate sensus educatum, effecerit capacem spiritalis doctrinæ. Omnis enim (ut ait Apostolus) qui lactis est particeps, expertus est iustitiæ sermonum. Offert eum in tribus uittulis, & modio farinæ, & amphora uini: hoc est in sacrificio piæ confessionis, in exercitio bonæ operationis, & gratiæ sacræ eruditionis, & fide sanctæ trinitatis pleniter instructum. Qui potest dicere cum propheta: Reddemus domino uittulos laborum nostrorū, & iugiter in domo dei permanens, offerat digne sacramentum corporis & sanguinis domini. Sequitur, [Quæ uocauit Anna, & ait;

Isaie. 55.  
Deute. 18.  
Actuum. 3. 7.  
Matth. 15.

Ioh. 1. 10.

1. Corin. 3.  
1. Corin. 2.

Psal. 9.

Hebræ. 8.

Osee. 14.



**E**xultauit cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in deo meo. ] Hinc em iam manifestissime Anna in cantico suo mutatione (sicut superius praediximus) ueteris testamenti, uel sacerdotij, in nouum testamentum uel sacerdotium, qui est Christus, prophetare uidetur; quanquam nonnulli non prophetaffe dicant, sed tantummodo propter filium imperatum, deum exultanti praedicatione laudasse. Quid ergo si bi uult quod ait, [ Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt fortitudine, & repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit septem, et quae multos habebat filios, infirmata est. ] Nunquid ipsa peperit septem? quamuis sterilis fuerit, unicum habebat quando ista dicebat, sed nec postea septem peperit, siue sex, quibus septimus esset Samuel, sed tres mares & duas foeminas. Deinde in illo populo cum adhuc nemo regnaret, quod extremo posuit, dat uirutem regibus, & exalabit cornu christi sui. Vnde dicebat, si non prophetabat? Conticescant ergo Iudaei, taceant multi, qui hoc iuxta historiam pro accepto filio dictum putant. Dicat Anna prophetando, prospiciens in se fecunditatem ecclesiae, dicat: Dicat etiam ecclesia Christi, ciuitas regis magni gratia plena, prole fecunda, dicat: Exultauit cor meum in domino. Cor enim sanctae ecclesiae non in rebus transitorijs exultat: quia potest quis gaudere in carnalibus, non gloriatur ex iocunditate terrenarum rerum, sed in domino, iuxta quod Paulus commonet dicens: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Hinc enim in Canticis canticorum, ex uoce electorum dicitur: Exultabimus & letabimur in te. Ac si aperte dicatur: Non in nobis, sed in te exultabimus & letabimur, quia dum fortiores ad contemplanda sublimia uenisse cognoscimus, spem nos infirmi in te, de uenia peccatorum, sumimus. Vnde recte sub inferitur, [ Et exaltatum est cornu meum in deo meo. ] Quid igitur per cornu ecclesiae, nisi regnum ipsius accipere debemus? Sicut enim cornu carnis excedit, ita regni sanctae ecclesiae aduersa huius mundi & desideria carnis transcedit. Sed hoc regnum in domino exaltatum dicitur, quo ab ipso ubique sublimatur. Quod regnum primitiua ecclesia intra fines Iudaeae angustatum habuit, sed iam dilatatum per gentes atque sublimatum habet. Vnde per prophetam ei dicitur: Dilata locum tentorii tui, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ad dexteram enim & ad sinistram penetrabis, & locum tuum gentes hereditabunt. Quod per apostolos dilatatum atque extensum est. Sed regnum synagoga ecclesia gentium percepit, quae de suis praedicatoribus gratulabunda in sequentibus loquitur, dicens: [ Dilatatum est os meum super inimicos eius. ] Itaque ecclesiae praedicatorum sancti intelliguntur, quorum praedicatorio uel fides dilatata est, super inimicos eius, quia uidelicet excessit scientiam scribarum & haereticorum, & maxime persecutorum, iuxta quod per prophetam ei repositum fuerat: & lingua resistentium tibi in iudicio superabis. Non enim in angustijs presurarum (iuxta Apostolum) sermo dei est alligatus, uidelicet, quia latata est ecclesia in salutare dei. Salutare dei, filium dei dicit, de quo Symeon, suscipiens in ulnas, uocabat: Nunc dimittis domine seruum tuum in pace, secundum uerbum tuum: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti, ante faciem omnium populorum. Et de quo patriarcha Iacob loquebatur, dicens: Salutare tuum expectabo domine. Cuius magnificentiam ac potestiam considerans, ait: [ Non est sanctus, ut est dominus, neque enim est alius extra te, & non est fortis, sicut deus noster, & reliq. ] Bene dictum est: Non est sanctus, ut est dominus: quia nullus eius sanctitati se comparare ualet. Distinctione utique, non dixit dominus, sed nullus est sicut dominus, sanctus & sanctificans, iustus & iustificans. Nam hoc considerabat Psalmista quando dicebat: Quis in nubibus aequabitur domino, aut quis similis deo inter filios dei? Vnde & merito subinferitur: Neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut deus noster. Quia nemo fit sanctus, nisi ab ipso sanctificatus fuerit. Et non solum sanctus, sed nec consistere ualet, nec aliquam fortitudinem habere, nisi ab ipso perciperit. Hinc Paulus Apostolus ait: Quonia in ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Hinc suis discipulis ipsa ueritas, ait: Sine me nihil potestis facere. Ersi sunt qui dicunt dei multi & domini multi, nullus tamen eorum est, naturaliter id quod deus est. Quid est enim

umbra ad comparationem corporis, & fumus ad comparationem ignis? hoc perpendens Abraam, quando cum domino loquebatur, dicit: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis? In comparatione tantae maiestatis, cum diues esset, nihil aliud nisi cinerem & puluerem se esse cognouit. Quod scribae & pharisaei, caeterique reproborum humana sapientes, considerare contemnunt. Vnde de eis subiungit: [ Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. Recedant uetera de ore uestro, &c. ] Redarguit sancta ecclesia Iudaeos & sapientes huius seculi, extollentes se contra scientiam dei, ne superbe sapiant, nec prae deo sentiant, sed humilia & sapiant & loquantur. Scriptum namque est: Dominus in caelo, & tu super terram. Ideo pauci sint sermones tui, Recedant (inquam) uetera legis de ore ipsorum, & caetera quae ad ueterem hominem pertinent, id est, ad carnalem conuersationem. Sed scientiam quae ex deo est, inquirere satagant, non sint in humana & carnali scientia legis gloriantes, & non exeat uaniloquium de ore ipsorum. Et sciunt, quia nemo potest habere, nisi ab ipso perciperit, scientiam ueritatis: [ quia ipse est scientiae dominus, & ipsi, necesse est, ut praeparantur bonae cogitationes. ] Quia scriptum est: Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu. Quonia in maleuolam animam, non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et spiritus scrutatur etiam profunda dei. Verum quia Iudaei gloriantes in lege, altiora se quaerentes, & nescientes, quia deus est scientiarum, & arbiter conscientiarum, & carnaliter sapientes, ita agere despexerunt, a fastu suae superbiae corruentes, humiliati sunt. Nam sequitur, [ Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. ] Arcus enim nomine, in sacro eloquio, aliquando dies iudicij, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Aliquando uero sacra eloquia designantur, sicut per eundem prophetam dicitur: Arcum suum tetendit & parauit illum, & in ipso parauit uasa mortis &c. Aliquando autem malorum insidiae, & intentiones figurantur peruersorum, sicut in Psalmo legimus: Intenderunt arcum suum, rem amaram. Vnde & in hoc loco dicitur: Arcus fortium superatus est. Denique quia Iudaei duritiam legis, uelut cornua arcus corda noui testamenti, flectere noluerunt, sed carnaliter sapere, & praedicationem saluatoris conati sunt suis peruersis intentionibus superare, & prae de ipso sentire, atque ecclesiam ipsius continere, & parare arcum suum rem amaram, & propterea deieci sunt atque humiliati. Bene dictum est: [ Arcus fortium superatus est, ] Id est, intentio Iudaeorum peruersa, qua prae ueteri testamento prolata, in nouo infirmata est. Quia ex hoc quod carnaliter in lege gloriati sunt, & ea quoddammodo defendere superbe uoluerunt, infirmati sunt, & malum quod de pharetra sui liuoris intendere uoluerunt, in ipsos conuersum est, iuxta quod alibi scriptum est: Conuersi sunt in arcum prauum. Arcus enim a quo intenditur, ad ipsum conuertitur: quia prauitas malignae intentionis, quam de pharetra sui liuoris, exerere Iudaica perfidia uoluerat, in eam conuersa est, quia sua malitia infidelitatis damnata extitit, & gratiam fortitudinis, qua gloriabatur posse sine adiutorio diuino, humana sufficientia legem implere, amiserat, & eandem gratiam ualitudinis credentes, ex gentibus qui prius infirmi uidebantur esse, domino largiente, perciperunt, sicut subnectitur: [ et infirmi accincti sunt robore. ] Videlicet populi gentium, qui de suis uirtutibus nihil praesumentes, in domini sunt iustitia roborati. Ex quorum uoce Psalmista loquitur dicens: Miserere mei domine quonia infirmus sum. Et iterum: Miserere mei deus miserere mei, quonia in te confidit anima mea. Infirmus erat populus gentilis, quando alienus a testamento dei fuerat. Hinc Salomon de eadem gentium infirmitate ait: Lepusculus plebs inualida, quae collocat in petra cubile suum. Plebs est inualida natio gentium fidelis, quae in suis uiribus nil fides, sed in auxilio sui redemptoris sperare didicit. Et hoc est illi in petra collocare cubile. Petra autem (inquit Apostolus) erat Christus. Cuius praesidio, ut auersos uitet incurfus, domino dicere nouit cum Psalmista: Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam ut salues me. Vnde bene de abiectioe Iudaeorum & salute gentium subinferitur,

I. Corin. 1.  
Cantico. 1.  
Ipsa. 54.  
Ipsa. 54.  
2. Timo. 2.  
Luc. 2.  
Genesis. 49.  
Psal. 88.  
Actum. 17.  
Iohan. 17.

Genesis. 18.  
2. Mach. 15.  
Sapient. 2.  
Ibidem.  
1. Corin. 2.  
Psal. 59.  
Psal. 7.  
Psal. 36.  
Psal. 77.  
Psal. 6.  
Psal. 65.  
Prouer. 50.  
1. Corin. 10.  
Psal. 70.

39 [Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt.] In Græco ita habet, Pleni panibus minorati sunt, & esuriētes transierunt terram. Repleti prius, seu pleni panibus, Iudæi intelliguntur, qui minorati sunt: quia uidelicet credita sunt illis eloquia dei, quæ per panes designantur, quibus satiari uidebantur prius. Sed quia spiritaliter intelligere, nec etiam ipsum, qui de semetipso ait: Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendit, recipere noluerunt, qui multa beneficia signorum atq; miraculorum eis contulit, & in gratas apparuit. Ideoq; dum hi superbirent, & terrena saperent, de maioribus minores effecti, pro eisdem panibus elocati, à proprijs sedibus sunt euulsi. Quia dum carnaliter legem uoluerunt defendere, & se subtraxerunt ne crederent in saluatorem, & in ipsi panibus, id est, diuini eloquijs, terrena tantum sapere uoluerunt, & locum, & gentem, & ipsa eloquia dei perdiderunt, iuxta quod dominus eis comminatus est, dicens: Auferet à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Hinc apostoli aiunt, Vobis quidem oportebat primum loqui uerbum dei, sed quia repulistis illud, & indignos uos iudicastis aeternæ uitæ, ex hoc ibimus ad gentes. De quibus subiungitur, [et famelici saturati sunt.] Famelici enim gentiles intelliguntur, qui prius esuriebant panem uerbi dei. Sed quia Iudæi à proprijs sedibus elocati sunt, & esuriam sustinere, iuxta quod per prophetam olim dictum fuerat: Mittam in uobis famem, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbum dei. Ex eodem cibo spiritaliter saturari ceperunt. Vnde & in Græco ita habet, Et esurientes transierunt terram; quia gentes, ad quas ipsa eloquia dei transierunt, multum esuriendo, non terrena (ut Iudæi) sed cælestia sapuerunt. Hinc in libro beati Iob scriptum est: Cuius messem famelicus comedit, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Iudaici enim populi messem, fuerant sacræ legis eloquia, ex quibus sapienter satiari debuerat, non comedit, quia legem quidem uerbotenus tenuit, sed per fatuitatis fastidium, ab eius intellectu, ieiunauit. Huius ergo messem famelicus comedit, quia nimis gentilis populus, uerba legis intelligendo edidit, à quibus Iudaica plebs sine intellectu laborauit. Hos famelicos fidei, dominus prauidit cum per euangelium dixit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sed quia Iudaicus populus messem perdidit, recte subiungitur qualiter ipse perijt, cum dicitur: Et ipsum rapiet armatus. Antiquus hostis Iudaicum populū armatus rapuit, quia in eum uitam fidei, fraudulenti suggestionis iaculis extinxit, ut unde se in hærere deo crederet, inde eius ordinationi repugnaret. De quo & dicit: & bibent sitientes diuitias eius. Huius enim sitientes diuitias bibunt, quia fluentis sacræ locutionis, quæ Iudaicus populus in supbia ostentatione possederat, conuersæ gentilium mentes irrigantur. De quibus bene dicit: [Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.] In Hebræo & Lxx. non plurimi, sed septem, leguntur; unde Iudæi deliramenta fingunt, uidelicet quod nato Samuele inquit mortuus sit filius primogenitus Phenennæ, & singulis Annæ filijs nascentibus, singuli filij Phenennæ mortui sint. Sed quia stare non potest, pratermittimus, & ad intellectum altiozem properabimus. Nam & in Græco (ut aiunt) ita legitur, [Sterilis peperit septem, & multa in filijs infirmata est.] Sterilis enim quæ plurimos, siue septem peperit, ecclesia ex gentibus intelligitur, quæ multos filios per fontem baptismatis, & donum spiritus sancti, qui septiformis dicitur, propter septenariam operationem sui. Id est, sapientiæ, & intellectus, consilij, & fortitudinis, scientiæ, & pietatis, & timoris dei, gignere non cessat. Quæ prius sterilis erat in gentibus, sed nunc fecunda gratulatur in domino, iuxta quod olim Isaias prædixerat: Lætabit deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Ista enim prius deserta ac solitudo peperit septem. Septenario quippe numero, unitas ac uniuersitas perfectionis solet demonstrari, eo quod primo impari, & primo pari, id est, ternario & quaternario numero tanquam ex diuerso, unitas tota conficitur. Et ideo per ipsum figurant uniuersi, quos in unitate fidei sancta ecclesia per quatuor partes mundi domino genuit. De ipsa iterum per eundem prophetam dicitur: Lætare sterilis quæ non parit, erumpe & clama quæ non parturit, quoniam multi filij deserta, magis quam eius quæ habet uirum, Deserta diu fuit à sancto

spiritu gentium mater ecclesia. Nec habuit filios ante gratiam regenerationis, quæ post ea gentes, & populos deo in se (ut diximus) operante generauit. Vnde subiungitur: Magis quam eius quæ habet uirum. Hoc est, synagoga quæ uelut iugo uiri, ita legis onere premebatur. Aut certe referendum est, quæ antequam eijceretur uirum se habere credebat, sed postquam abiecta est & uirum perdidit, ecclesia fecunda fuit. Hinc per Salomonem dicitur: Florebit amygdalum, impinguabitur locusta, dissipabitur capparitis. Amygdalum quippe flore priorum cunctis arboribus ostendit: Et quid in flore amygdali, nisi sanctæ ecclesiæ primordia designantur: quæ in prædicatoribus suis, primitiuos uirtutum flores aperuit, & ad inferenda poma bonorum operum uenturos sanctos, quasi arbusta sequentia præuenit, in qua mox est locusta impinguata, gratia cælesti infusa: sed statim capparitis dissipatur, quia dum gratia gentilitatem attingit, Iudæa in sua sterilitate remansit, bene uiuendi ordinem amisit. De qua adhuc subditur: [et quæ multos habebat filios, infirmata est.] Scilicet synagoga Iudæorum, & terrena Ierusalem, quæ multos filios carnaliter per legem edere uidebatur, quæ quia uiuificantem spiritum recipere noluit, in occidente litera infirmata est. de qua Paulus Apostolus ait: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et quia superficiem literæ sequi uoluit spiritalem intelligentiam, in incredulis amisit, & infirma permansit: quod in euangelio præfiguratum est, ubi Petrus auriculam serui principis sacerdotum amputauit. Quia uidelicet populus Iudæorum, principis sacerdotum indebito mancipatus obsequio, adeo, ut suauis illorum Barabbam dimitti, Iesum uero peterent crucifigi. In domini passione dexteram auriculam, id est, spiritalem legis intelligentiam perdidit, ut totam literæ intelligentiam audiat in sinistra. Hinc in Canticis canticorum sponsus ecclesiæ, quam mysterio crucis redemit, ex infidelitate synagoga loquitur, dicens: Sub arbore malo suscitauit te, & reliq. Ac si dixisset, sub arbore crucis à perpetua morte liberaui te. Sed ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua, id est, maior pars plebis me negando & Barabbam eligendo, à me reproba est, atq; infirmata. De qua recte subinfertur: [Dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit.] Mortificat multam in filij, synagoga scilicet, uiuificat sterile, ecclesiam gentium. Quamuis possit commodius intelligi, eosdem uiuificare, quos mortificauerit. Idem repetit dicendo: Leducit ad inferos & reducit. Hoc est quod Apostolus ait: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Et iterum: Si conresurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, & reliq. Sed nunquid eosdem deduxit ad inferos & reduxit? Sed hoc in capite ecclesiæ, id est Christo, cuius membra sunt fideles, absque ulla controuersia potest accipi, cum quo uitam nostram Apostolus dixit absconditam. Ipse descendit ad inferos, & non est anima eius in inferno derelicta, sed cito resurrexit à mortuis, & reduxit eum pater ad semetipsum. De quo in ferendo dicitur: [Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat.] Manifesta est historia cum hoc nobis certissimum est, uidelicet quia humiliat superbos, & exaltat humiles. Sed altiori intelligentia de domino potest accipi, qui propter nos pauper factus est uoluntate patris: quia sic deus dilexit mundum, ut ipsum unigenitum daret pro nobis. Sic ut Paulus ait: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Imo etiam & sua uoluntate, ut nos sua paupertate, & hic diuites faceret in fide, & illic hæretes regni, quod reppromisit deus diligentibus se. Ipse enim ditatus est magnificentia maiestatis, quia in ipso habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. De ipso etiam Isaias ait: Requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini. Ipse etiam humiliatus est propter nos atq; sublimatus, sicut Apostolus ait: Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ecce audiuimus eius humilitatem, audiamus & sublimitatem. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine IESU omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. De cuius etiam sublimitate subiungit: [Suscitans de puluere egnum, & de stercore erigens pauperem.] Pater uidelicet, de terra puluere filium

Ioh. 6.  
Matth. 21.  
Actuum. 13.  
Amos. 8.  
Iob. 5.  
Isai. 55.  
Isai. 40.

Eccles. 12.  
2. Corin. 3.  
Lucæ. 22.  
Matth. 27.  
Cantic. 8.  
Colof. 3.  
Ibidem.  
Psalm. 15.  
Lucæ. 1.  
Ioh. 3.  
Roma. 8.  
Colof. 2.  
Iste. 11.  
Phillip. 2.



*Psal. 40.* tam cito suscitauit, iuxta quod ipse per Psalmistam postulat, dicens: Resuscita me & retribuas eis, ut caro eius non uideret corruptionem. secundum quod per eundem Psalmistam dicitur: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Ipse etiam, sicut supra dictum est, cum pauper apparuisset, atque egenus in carne, ut sua paupertate atque humilitate superaret diabolus superbum, qui rex dicitur super omnes filios superbiam, tamen maiestas dei patris, de stercore eum sublimauit inestabilitate, & hoc quare? Queris quare? audi quare: [Ut sedeat (inquit) cum principibus & solium gloriae teneat.] Principes, sancti apostoli intelliguntur, qui sedebunt cum Christo super duodecim sedes. Sed dominus solium gloriae retinet, non solum uidelicet in aequalitate patris, sedendo ad dexteram maiestatis: Iuxta quod Apostolus, dicit: Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius praeter illis nomen haereditauit, uerumetiam solium gloriae tenebit, secundum quod ipse ait: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Ipse enim in gloria patris sui uenturus est ad iudicium, cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, & sedebit in sede gloriae maiestatis suae, iudicans orbem in aequitate. Sedebunt etiam & principes super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Hinc Isaias dicit: Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui. Hinc Salomon ait: Nobilis in portis uir eius, quoniam uidebat ignobilis, ante tribunal praesidis. Qui etiam nunc a multis contemendus putatur, quia ubi saeculi finis aduenerit, ubi patriae caelestis ingressum aperuerit electis, iam cunctis parebit sublimis. Et solium gloriae tenebit sine fine, quia regni eius non erit finis. Nam scripsit: Quia ipse dominabitur a mari usque ad mare &c. [Dominus enim sunt cardines terrae, et posuit super eos orbem.] Cardines terrae quatuor climata mundi intelligunt, uidelicet oriens, occidens, septentrio, atque meridies, super quae posuit orbem, quia uidelicet ubique dilatauit ecclesiam suam. Hinc Psalmista ait: Ab ortu solis usque ad occasum, laudabile nomen domini. Hinc iterum scriptum est: A finibus terrae audiuimus laudes iusti. Et iterum de sanctis praedicatoribus: In omnem terram extiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum, Quamquam cardines terrae (ut quibudam placet) ipsi praedicatores intelligantur, super quorum fidem stabilita est ecclesia. De quibus scriptum est: Sub quo curuantur, qui portant orbem. Ipsi quidem sunt qui alibi columna dicuntur, sicut scriptum est: Columnae caeli contremiscunt & pauent ad nutum eius, uidelicet, sancti ecclesiae praedicatores, super quos fabrica ecclesiae structura confurgit, sicut alia scriptura testatur, dicens: Qui uicerit, faciam illum columnam in templo dei mei. Nam quisquis in dei opere, recta intentione firmatur, columna in structura fabricae spiritalis erigitur, ut in hoc templo, quod est ecclesia positus, & utilitate proficit, & decore. Unde de sanctorum praedicatione subinfertur, [Pedes sanctorum suorum seruabit, & inopiam in tenebris contemescunt, quia non in fortitudine sua roborabitur uir.] Licet pedes ipsi doctores designentur. Sicut per Moysen dicitur, Qui appropinquant pedibus suis, accipiunt de doctrina illius, quos dominus inter scandala persecutorum seruauit: ueruntamen pedes sanctorum, incessus actionis & ipsum opus praedicationis, accipere possumus, quod dominus in uiam iustitiae dirigit. De quibus dominus ipsis praedicatoribus ait: In quamcumque domum uenturi intraueritis, & non receperint uos, exeuntes de ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris. Pulsus enim leuitas est terrenae cogitationis, a quo ipsi etiam summi praedicatores immunes esse nequeunt, cum pro auditoribus suis solliciti salubribus curis incessanter intendunt, & quasi per itinera mundi imo uix calcaneo terrae puluerem lingant, sed hunc puluerem leuitatis quotidie per effusionem doctores abluere festinant lachrymarum. Hinc est quod in Canticis canticorum, cum ecclesia ad officium praedicationis surgere praeciperetur, sponso respondit, dicens: Expoliasti me tunica mea, quomodo induar illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Ac si aperte dicat, deserui negotia secularia tui causa, quomodo repetam illa? etiam secreta conpunctionis fletibus ablui, quae quid in incessu praedicationis, & in cogitationibus terrenis deliqui, quomodo immunditia

ordibus iterum polluar? Sed licet hoc pertimescant electi, pedes eorum a deo seruantur, ut in nulla fece haeretica prauitatis foedentur, neque ad prauum aliquod opus dilabantur. unde sanctis animabus per Iezchielem dicitur: Pedes eorum pedes recti. Pedes sanctorum, pedes recti dicuntur, quia eorum opera ad sequendam iniquitatem non sunt reuera, quia inter fluctus huius saeculi seruantur a domino. Sed dum illi seruantur, impii est contrario qui eorum praedicationibus contrarij fuerunt, in tenebris contemescunt, scilicet Iudaei, qui tenebris infidelitatis & ignorantiae inuoluntur, & lumen ueritatis contempari non merentur, dum sine diuino adiutorio sibi posse sufficere crediderunt, unde & sequitur, [quia non in fortitudine sua roborabitur uir.] uidelicet propria, sed uirtute diuina: potes est uir, id est, gentilis populus, uel potest generaliter intelligi, quia nullus suis uiribus bona operari ualet, nec diabolo resistere, imo si se contra dominum erigere tentauerit, bonum si quod habere uideatur, amittit, quod in ipso primo angelo, & postea in homine demonstratum est. Scriptum namque est: Non gloriatur prudens in prudentia sua, nec sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitijs suis: Sed qui gloriatur, in domino gloriatur. Hinc iterum alibi dicitur, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Quod euidentissime ostensum est in Iudaeis, de quibus subdit: [Domini minimum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in caelis tonabit.] Domini namque aduersarij, idem Iudaei intelliguntur, qui dixerunt, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum cum de terra uenturum, & nomen eius non memoret amplius. Inde est quod postea clamauerunt, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Super hos enim (ut quibusdam uisum datur) aduersarios, de caelis dominus tonauit, quando per apostolos perfida eorum corda terruit. Caelorum igitur nomine, ipsi apostoli intelligunt, de quibus per Psalmistam dicitur: Caeli enarrant gloriam dei. Per tonitrua uero, comminationes miraculorum, & terrores signorum accipiuntur, quae expletae sunt quando apostoli cooperati (in die penitentes) uarijs linguis loqui magnalia dei, quando spiritu sanctus in ignis uisione super eos apparuit. Et Petro praedicante, Iudaei tanquam tonitruo percussi, compuncti dixerunt: Viri fratres, quid faciemus? Tunc Petrus apostolus ait: Poenitemini igitur, & baptizetur unusquisque uestrum, ut deleantur uestra peccata. Hinc in Apocalypsi scriptum est: Et de throno procedebant fulgura & uoces & tonitrua, hoc est quod Marcus ait. Illi autem profecti, praedicauerunt ubique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Quibus scilicet tonatibus, exterriti sunt inimici, ex quibus multi conuersi sunt ad fidem, iuxta quod Lucas ait: Et multa turba sacerdotum obediebat fidei, per hos etenim caelos, imo per nubes, quas spiritu sancto repleuit, cum ascendisset in caelum, super aduersarios intonauit: quamquam de futuro iudicio nonnulli uelint intelligi, ubi infideles Iudaei, qui suam hic uoluerunt statuere iustitiam, gloriantes de obseruantia legis, sine fide Christi, iustitiae eius noluerunt esse subiecti: iudicandi sunt, non solum a domino quem contempserunt, uerumetiam ab apostolis, qui caeli nomine intelligunt, damnandi sunt, sicut dominus ait. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hinc ad eosdem Iudaeos dominus dicit: Si ego in principe daemoniorum eicio demonia, filij uestri in quo eiciunt? ideo iudices uestri erunt. Hinc etiam per prophetam dicit: Vocabit dominus iudicium ad ignem, & deuorabit abyssum multam, & comedet partem domus. Iudicium quippe ad ignem uocabitur, cum in iudicio iustitiae, sententia ad poenam iam aeternae concremationis ostendit, & abyssum deuorabit, quia iniquas atque incomprehensibiles hominum mentes concremabit, quae nunc se hominibus etiam sub signis miraculis occultant, qui in iudicio dicturi sunt, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? & reliq. Sed tunc audient a domino: Discedite a me operarij iniquitatis, nescio qui estis. Cum his etiam pars domus comedetur, quia Iudaeos gloriantes de sua ceremonijs legis, atque de electorum numero se esse factantes. Unde & dixerunt, Nos patrem habemus Abraam. Qui osim domus dei dicti sunt, tunc gehennae stamma concremabit. Unde non immerito de utrisque sequitur, [Dominus iudicabit fines terrae.] Quod, quamuis iuxta historiam possit intelligi, quia ipse iudicabit omnes

Psalms 94.

2. Corin. 5.

Psalms 61.

Matth. 25.

Psalms 9.

Matth. 25.

Daniel. 7.

Phillip. 2.

Isaie. 9.

Luce. 1.

Michee. 4.

Luce. 1.

fines terrar. iuxta quod per Psalmistam dicitur: Quia in manu eius omnes fines terrar, uidelicet sua potestate cuncta decernens, tamen de futuro (ut diximus) accipitur iudicio, ubi iuxta retributio futura est a domino super filios Adæ: ubi iuxta Apostolum, Oēs oportet presentari ante tribunal ipsius, ut reddat unusquisq; rationem pro ut gessit. Unde & Psalmista: Reddes unicuiq; secundum opera sua: Tunc scilicet, quando congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit omnes ab inuicem, tanquam segregat pastor oves ab hœdis. Hinc per prophetam dicitur, Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia, Ipse utiq; dominus Christus qui aduersarios suos, ac eorum iniustitiam, hic patiendū pertulit, ibi impijs ueraciter dicitur demonstrare iustitiam. Orbem terræ, sanctos uiros debemus accipere, qui de uniuersali ecclesia, quasi de coronæ circulo congregantur. Isti in æquitate iudicandi sunt, quibus propter fidei & humilitatis suæ bonum, misericordia copiosa præstabitur, qui audiri sunt: Venite benedicti patris mei, possidete para. &c. Populi autem debens accipi peccatores, qui operibus diabolicis non uidentur exuti; isti cum iustitia iudicandi sunt, quia pro factorum suorum scelere damnabunt, quibus dicendum est, Ite maledicti in ignem æternum. Sic duobus nominibus, æquitatis & iustitiæ, qualitatem illam iudicij, mirabili breuitate descripsit. In quo iudicio (ut diximus) iniqui Iudæi acius damnabuntur, quia dominus iudicabit fines terræ. Cæterum quantum ad moralem pertinet intelligentiam, fines terræ extrema hominum atq; intentiones designantur, quæ dominus iudicare dicitur. Ipse quidem pius conditor noster, facturam suam non deserens, mala hominum & per suam patientiam tolerat, & per eorum quandoq; conuersionem relaxat. Cum duras atq; insensibiles mentes respicit, modo eas minis, modo uerberibus, modo reuelationibus terret, ut quæ pessima securitate duruerant, salubri timore mollescant. Scit enim dominus, quia extrema uitæ nostræ, plus iudicat: & idcirco electos suos in fine sollicitius purgat. Hinc est quod hic scriptum est: Dominus iudicabit fines terræ, quia tanto ultimis nostris inuigilat, quanto in ipsis initia sequentis pensat. Et quia nostra opera atq; intentiones diuersis modis (sicut dictum est) in extremitate examinat, bene dictum est, Dominus iudicabit fines terræ, id est, extrema hominis, quoniam nō in de iudicabuntur, quæ in melius uel in deterius medio tempore commutant, sed in quibus extremis inuentus fuerit qui iudicabitur. Sequitur, [Et dabit imperium regi suo.] Dominus dat imperium regi suo, quia deus pater ubique potestatem dedit unigenito filio suo: iuxta quod Daniel in uisione sua loquitur, dicens: Aspiciebam in uisione noctis, & ecce, cum nubibus cæli, quasi filius hominis uenit, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obrulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorē, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ, ipsi seruiunt. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius regnum sempiternum, quod nō corrumpetur. Hoc est quod Apostolus ait: Qui cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est, esse se æquale deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus est obediens usq; ad mortē, mortem autē crucis: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genu flectatur, & reliq. Hinc Isaïas ait: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: Super solium Dauid, & super regnū eius sedebit. Hinc angelus ad Mariam ait: Dabit illi dñs deus, sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. De quo etiam bene ait. & dabit imperium regi suo. Ipsi uidelicet Christo, cui tradidit pater omnia in manus: seu dabit regi suo imperiū, hoc est populo Christiano. Dat eis uirtutem, quia sup carnem, sicut reges, regnant: & in illo, qui propter eos fudit sanguinem suum, mundū uincunt. [Et sublimabit cornu christi sui.] Quid per cornu christi, nisi firmissimā ac celsam potentiam suam debemus intelligere, quæ cuncta supereminet? De ipso namq; Zachariæ loquitur, dicens: Exiit cornu salutis nobis, ossa siquidem omnia, carne inuoluta sunt: cornu excedit carnem, & ideo cornu salutis, regnum saluatoris Christi uocatur, quod

cuncta gaudia huius seculi superat: in cuius significatione, Dauid uel Salomon, cornu olei sunt in regni gloriam cōsecrati. Verum, ut quibusdam placet, imperiū quod a patre filius accepit, specialiter ecclesia tantūmodo designatur. De quo per Psalmistam patet loquit, dicens: Postula a me & dabo tibi gētes hereditatē tuam, & possessionē tuam terminos terræ. Cuius terminos indicat, sicut superius dictū est. [Dñs iudicabit fines terræ.] Pater nō iudicat quenquam, (inquit in euangelio) sed omne iudiciū dedit filio. Et ille iud. Potestatem dedit ei facere iudiciū, quia filius hominis est. De quo etiam alibi ipse filius dicit: Ego autē constitutus sum rex ab eo, super Sion montē sanctum eius. De quo etiam impio annectit, dicens: [ & sublimabit cornu christi sui.] Hoc ad corpus eius, qd est ecclesia, referri uolūt. Omnes quippe unctos eius chrismate, recte christos possumus dicere, quod tñ totum, cū suo capite, corpus, unus est Christus. Cuius Christi regnū, id est, corporis sui, ipse filius sublimauit, qñ ubiq; dilatauit, & in fide firmiter stabiliiuit, & regna mūdi cōfregit, & supari ea fecit. Iuxta qd per Psalmistam ait: Et omnia cornua peccatorū cōstringam, id est regna, & exultabunt cornua iusti. Cornua iusti, regnum est populi electi. His quāquam impolite, ut intelligere potuimus, & mihi tradita fuerant, in cuius cauius, qualiter Anna de Christo, atq; de ecclesia gentium, & repulsiōe synagogæ prophetauerat) expletis, dño fauēte, ad alia tandē stylum uertere conamur. [Inter ea] Quam uel erat ministrans in templo dñi accinctus ephod. ] hoc est superhumerali lineo, quod distat ab illo ephod, quo induebatur pontifex, ex quatuor coloribus, & concessum minoribus gradibus erat, ad utendū. [ Et tunica parua faciebat ei mater sua, & reliq. ] Tunica em̄ parua quam faciebat ei mater sua, significat doctrinam faciliē, qua induēdi sunt rudes animi credentiū: qualibus Paulus dicit: Lac uobis potum dedi, & reliq. Superhumeralis uero lineum, significat castitatē & continētiam cum bonis operibus. Quia quisquis diuino ministerio fungi appetit, necesse est, ut primum caste continenterq; uiuat, ac sic in bonis operibus semetipsum exerceat. [ Porro filij Israhel, & filij Belial, nescientes dñm, neq; officium sacerdotū ad populū, sed quicumq; immolasset uictimā, ueniebat puer sacerdotis dñi coquerētur carnes, & habebat fuscū in tridentē in manu sua, & mittebat eā in leberē, uel in caldaria, & reliq. usquequo ait, Erat ergo peccatū puerorū grāde nimis corā dño, quia detrahēbat oēs sacrificio dñi.] Hic em̄ nihil aliud iuxta anagogē dicere possumus, nisi secundū morale intelligētiam, quā solers sapientiū doctrina ethica uocat, q̄liter multi per appetitū gula, & mucrone cōcupiscētia perierūt. Quorū q̄litates ut liquidus lector cogno scere possit, qnq; modos diuinā scripturarū autoritate freti describere conabimur, sicut ut papa Gregorius etiā suis dicitis asseruit. Aliqñ namq; indigentia tpa præuenit, aliqñ uero ipsō nō præuenit, sed cibos lautiores quærit. Aliqñ quælibet, quæ sumēda sunt, præparari, accuratius expetit. Aliqñ autē qualitate ciborū, tēpori cōgruit, sed in ipsa quantitate sumēdi, mensurā refectiōis excedit. Nonnunq̄ uero abiectum est qd desiderat, & tñ ipso æstu immēsi desiderij deterius peccat. Mortis q̄ppe sentētiam, patris ore Ionathā meruit, q in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit. Ex Aegypto populus eductus in eremo occubuit, quia despecto māna, cibos carniū petijt, quos lautiores putauit. Et prima (sicut hic textus historici edocet) filiorū Heli culpa suborta est, qd ex eorū uoto sacerdotis puer, non antiquo more coctas, uellet de sacrificio & carnes accipere, sed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet. Et cū ad Ierusalē dicit: Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, supbia, saturitas panis, & abūdantia aquæ. Apte ostēdit, qd idcirco salūtem pdidit, quia cū supbiæ uitio, mēsuram moderatæ refectiōis excessit. Et primogenitorū gloriam Esau amisit, quia magno astu desiderij, uilem cibū, id est, lenticulam cōcupiuit. Quā cū uenditis etiā primogenitis prætulit, quo in illam appetitū anhelaret, indi cauit. Neq; em̄ cibis, sed appetitibus in uitio est. Unde & lautiores cibos plerūq; sine culpa sumimus, & abiectiores nō sine reatu cōscientiæ degustamus. Hic q̄ppe (quem diximus) Esau, primatū p lenticulā pdidit, & Elias in eremo uirtutē corpis carnes edēdo seruauit. Unde & antiquus hostis qa non cibū, sed cibi cōcupiscētia esse causam dānationis intellexit: & primū sibi hominē, non carne, sed pomo subdidit: & scdm nō carne, sed pane retinuit. Hinc est qd plerūq; Adæ culpa cōmittit, etiam cū abiecta & uilia sumunt,



1. Reg. 7. & puerterint iudiciū, nisi forte domus eius hoc loco plebem Israeliticam intelligamus, quæ punctis diebus sacerdotij eius dño seruerit: De qua scriptum est: Et regeuit omnis Israel post dñm. Et paulo post: Abstulerunt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruerunt dño soli. Qd uero subdit, [ Futurū est aut, vt quicūq; remanserit in domo tua, vt offeratur pro eo, & offerat nummū argenteū & totā panis, ] Non pprie de domo dicitur huius Heli, sed illius Aaron, de quo genere etiam hucusq; non desunt, q ueniant & conuertant. De qbus dicit: Reliquia secundū electionē gratiæ saluæ factæ sunt. De talibus em reliquijs bene intelligit quod dicit, [ qui remanserit in domo tua, ueniet ut ore p eo, ] profecto q credit in Christum, sicut & ipibus apostolorū, & in presenti tpe aliquantū solet impleri, & in fine mundi pfecte complebit. Nam & si pauci, tñ aliq quotidie ex Iudæorū, non tñ ex plebe, sed ex sacerdotali stirpe ad ecclesiam cōfugiunt. Et cum intrauerit plenitudo gentiū, tunc omnis Israel saluus fiet. Quicūq; aut ex his saluandus est, ipse enim qui remansurus esse dicit, in domo pereunte sacerdotis Heli, necesse est ad ecclesiam cōfugiā at: & offerat p se sacerdoti Christiano, nummū cōfessiōis dei deuote, quæ in simbolo cōtinet: breuem qdem uerbo, sed uirtute præcipuam. Constat argento claritatē uerbi calectis, sicut splendorē sapientiæ spūalis, auro sæpe designari. Offerat & panē sacrificij salutaris abiectis carnibus legalium uictimarū. [ dicatq;: Dimitte me obsecro ad vnā partē sacerdotale. ] Id est, ad ipsam plebē Christo sacerdotē præclaram. Cui Petrus ait: Vos em genus electum regale sacerdotiū. Qd aut addit, [ vt comedā bucellā panis, ] Etia ipsum sacrificij genus eleganti expressit. De quo dicit sacerdos ipse: Panis quem ego dabo, caro mea est p mūdū uitā. Quia em dixerat supius, dedisse cibos domui Aaron de uictimis ueteris testamēti, q fuerant sacrificia Iudæorū, ideo hic dixit postulandū ad comedendū bucellā panis, qd est in nouo testamento sacrificium Christianorū. Caput III.

**P**ter aut Samuel ministrabat dño corā Heli, & sermo dñi erat pretiosus. Bene aut, [ & sermo dñi erat pretiosus. ] Pretiosus nāq; dicit, quia prarus erat, & p prophetā raro fiebat. Omne em qd rarum est, pretiosum est, quia amplius desiderat. Vnde & subiungit, [ In diebus illis non erat uisio manifesta. ] Quia uidelicet prophetia non plebe manifestabat. Propter peccata em populi, & eorū q præfuerunt populo, iam non manifestabant uisiones, sicut patribus eorū. Ecce iuxta historiam. Cæterū iuxta spūalem intelligentiā bene dicit: [ Pter aut Samuel ministrabat dño corā Heli, ] Quia unigenitus filius dei p̄ris, quē p Samuelē significari diximus, q inter p̄taf nomē eius deus, in omnibus uoluntatē patris apparēs, in carne, exhibuit. Sicut ipse ait: Non ueni facere uoluntatē meam, sed eius q misit me. Vnde bñ agit, [ coram Heli, ] quia sacerdotiū Iudæorū mox noluit destruere, antequā uerū sacerdotiū appareret, unde & subiungit: [ & sermo eius erat pretiosus ] qā prædicatio eius fidelibus amabilis atq; pretiosa erat, infidelibus uero despecta. De qbus p significationē subiungit: [ Factum est ergo in die quadā, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat uidere lucernā dei anteq; extingueretur. ] Præ nimia senectute oculi eius caligauerāt, nec poterat uidere lucernā dei anteq; arderet in tabernaculo, antequā lux diurna fieret, qñ eadē extingueda erat lucerna, sicut p Moysen præcipit, ut eadem lucerna luceret usq; mane; lege lib. Exo. Siue hoc significat q in cæcitate sua ipse Heli pmaneret, donec funditus cum ple sua extingueret, hoc est, uita caret corpali. Mystice aut cæcitas Heli, significat cæcitatē cordis Iudæorū. Lucerna quippe dei, dñs n̄ intelligendus est. Scimus em quia in lucerna testa exterius, & lucerna interioris est. Ipse nāq; p prophetā dicit: Exaruit uelut testa uirtus mea. Quid p testam, nisi corpus ipsius accipit? in qua testa, lumē diuinitatis extitit, & flāma uirtutū atq; miraculorū effulsit. Cuius utiq; uirtutes atq; miracula, principes seu sacerdotes Iudæorū, dū credere contēperūt, ueritatis lumē in eis extinctum est. Et bñ ait, [ Antequā extingueret. ] qā nec fulgorē miraculorū, quæ ab eo fulgebāt, intelligere, nec doctrinā eius corde intēto capere potuerunt, donec ipsum sacerdotiū simul cum tēplo & populo funditus euerteret. De quibus etiam adhuc in psona Heli dicitur: [ Idcirco iurauit domui Heli, quod nō expectetur iniquitas domus eius, uictimis & muneribus usq; in æternum. ] Quia peccatum sacerdotum Iudæorū quod in Christo admiserunt, uidelicet, quia non solū contēpererūt,

sed etiam crucifixerūt, uictimis atq; sacrificijs legalibus, usq; in sempiternū expiari non potest. [ Samuel aut dormiebat in tēplo dñi, ubi erat arca dei. Et uocauit dñs Samuel. Qui ruidens, ait: Ecce ego. & reliqua usq; quo ait, Porro Samuel necdum sciebat dñm, neq; reuelatus fuerat ei sermo dñi. ] Quod ter dñs Samuelem uocauit, præfigurabat q ipse puer futurus erat propheta, dux, & sacerdos. Nescire dñm dicit Samuel, quia prophetia mysteriū necdū ei, uel sermo dñi reuelatus fuerat. Nam cōmunis ut cæteri sciēbat. [ Dixitq; dñs ad Samuel: Ecce ego facio uerbum in Israel: quod quicūq; audierit, tinniet ambæ aures eius. ] Hoc in loco comminatio dei est super Heli, & super domū eius: eo q in peccato filiorū Heli arca dei caperet, & Israel rueret, & eius filij interirent, & domus Heli sacerdotio domus domini priuaret. Et ob id factum, audientū aures tinnirent stupore uehemēti. [ Creuit aut Samuel, & dñs erat cum eo, & non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. ] Quod dictum est de Samuele, postquam uerba diuini oraculi, quæ nocte acceperat, mane Heli retulit. [ & non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram, ] significat, quia nihil ex his quæ locutus est, irritū fuit, sed omnia sunt rebus cōpleta quæ dixit. Cadunt namq; in terram uerba superuacua, quæ pro nihilo habenda, & uniuersorum sunt calcanda despectu. Sic & beatus Iob dixit: Et lux uultus mei non cecidit in terram. Quia nimis in tanta grauitate uultum tenere consueuerat, ut nunq; contemptibili lætitiā solueret. Sed quotiescūq; hilariorem se præsentibus exhiberet, certa semp hoc causa utilitatis eorū faceret. De quo & annectit, [ Et cognouit uniuersus Israel, a Dan usq; Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset dñi. ] Per terminos terræ Iudææ descriptos, uniuersitatem plebis pariter comprehendit. Dan uiculus est, in quo miliario à Panea de euntibus Tyrum, q usq; hodie terminus est Iudææ, prouincia contra septentrionem. De quo & Iordanis flumen erumpens, à loco fortitus est terminus. Bersabee similiter uiculus est in tribu Iudæ, in tricesimo ab Hebron miliario, uergens ad austrum. [ Et uenit sermo Samuelis uniuerso Israel. ] Sermo enim eius fuit ad uniuersum Israel, quod percutiēdi essent à Philistæis, propter peccata filiorū Heli. Et hoc ex diuina reuelatione clarescebat sibi fuisse reuelatum, sicut rei probauit euentus, & ideo uerus propheta prædicabat. Caput III.

**E**ressus est namq; Israel obuiam Philistin in prælium, & castrametatus est iuxta lapidem adiutorij. Porro Philistin uenerunt in Aphec, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito aut certamine, terga uertit Israel Philistæis, & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor milia uirorum. Patet iuxta literā sensus, quia ista propter peccata filiorū Heli, perpesti sunt filij Israel. Vnde bene Aphec furor nouus, siue apprehendens interpretat, quod merito conuenit rebus gestis. Qui em iram dñi meruerunt, ab hostibus apprehensi sunt. Verum iuxta anagogen quid significet, breuif enucleandum est. Porro Israel (qui interpretat uir uidens deum, siue fortis cum deo) significat credentes in deum. Philistin uero (qui interpretat cadentes poculo) immunus dos significant spiritus, qui poculo superbiæ inebriati, & ipsi de cælestibus ceciderūt, & multos quotidie hominū peruerrere festinant, poculo suæ malitiæ. Contra quos Israel, fideles scilicet, ne uicti immundis spiritibus cedant, sed ut superare possint, iuxta lapidē adiutorij castrametant. Lapis em adiutorij, legem significat Christi, ubi lapis uerus Christus inuenit. de quo scriptū est: Lapidem quē reprobauerunt ædificantes &c. Iuxta quē morantur fideles, ut Christum inuenire possint, ac dicere, Esto nobis in lapidem adiutorij, & in petram refugij. Et illud: Aditorium nostrum in nomine dñi. Sed dum ipsi iuxta lapidem uersantur, id est, meditantur in lege dñi die ac nocte, ut saluatore amplius inuenire ualeant adiutorem. Philistin in Aphec ueniunt, & aciem cōtra Israel instrunt. Aphe c quippe furor nouus interpretatur. Et bñ furor nouus interpretat, quia quo amplius fideles immūdi spūs diuinis legibus insistere conspiciūt, & spem suā in Chrm collocare, eo acriora ac noua certamina felle suæ malitiæ abacti construere non cessant. Vnde multos q in suis uirtutibus confidunt, & in humana sapientiā gloriant, aut legem (prout Iudæi sentiunt) carnaliter accipere cupiunt, & gratiam euangelij contemnerent nō

Iob. 23  
1. Petri. 2.  
Iob. 11. 6  
Iob. 11. 4  
Exod. 17  
Psalm. 21  
Matth. 7.  
Psalm. 117.  
Psalm. 123.

metuunt, immundi spūs facile prosternūt. Nam sequit̄. [Inito autē certamine, terga ver-  
 tit̄ Israel Philistinis, & caesa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor millia vi-  
 rorum.] Quatuor em̄ ista millia uiroꝝ in certamine Philistinorū, quo congressi sunt filij  
 Israel, uidelicet credētes ex primitiua ecclesia, perierunt, illi intelligunt̄ q̄ quatuor euā-  
 gelia recipere noluerunt. [Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fcederis  
 dñi exercituum, sedentis super Cherubim. Et cognouerunt Philistim quod arca dñi uenit  
 set in castra. Timueruntq̄ dicentes: Venit deus in castris.] Arca em̄ quam filij Israel de  
 Silo in praeliū tulerunt, duo testamēta significat, quā fideles ex Iudaico populo ad gen-  
 tes transtulerunt. Quā bñ dicit̄, [dñi exercituum sedentis super Cherubim.] Cherubim  
 namq̄ plenitudo scientiā interpretat̄, quā in duobus testamētis inuenit̄. Quāquam ad  
 Christum referri possit, in quo sunt oēs thesauri sapientiā & scientiā recōdit̄. Quā Phi-  
 listim audientes, uidelicet sapientes istius seculi, seu ipsi immundi spūs (de quibus superius  
 us diximus) extremuerūt, scilicet, quia cōeperunt a apostoli uerbis pluerē, ex sciētia utri-  
 usq̄ testamenti, miraculis coruscare, & quasi tonitrua intonare clamore grandi, & perso-  
 nare terrā a uoce prae-dicationis, & crediderunt se superandos. [Ingenueruntq̄ dicen-  
 tes: Ne nobis, Nō enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius. Ne nobis, Quis nos ser-  
 uabit de manu deorum sublimium istorum? Bugnauerunt ergo Philistim, & caesus est Is-  
 rael, & fugit vnusquisq̄ in tabernaculū suum.] Et hic em̄ in hoc qd̄ ab alienigenis arca ca-  
 pta dicit̄, praefigurabat̄ a gentibus duo testamēta accipiēda esse, quā p̄ arcam signifi-  
 cari diximus. [Duo quoq̄ filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.] Per Ophni em̄ qui  
 discalceatus, & p̄ Phinees q̄ dicit̄ os mutum, p̄ quos significari diximus, longe superius  
 sacerdotium Iudaorū, q̄ modo mortui referunt̄, ipsius sacerdotij finis intelligit̄. Qui be-  
 ne postq̄ arca capta est, mortui referunt̄: quia postq̄ duo testamēta ad sapientes istius  
 seculi & gentiles puenierunt, sacerdotium Iudaorū funditus finem accepit, & exigentis  
 bus peccatis exterminatū est, & ipsi sacerdotes a gentibus interfecti sunt. Hinc ad Ieze-  
 chielem dñs ait: Et tu fili hominis, sume tibi gladiū acutū radentē pilos, & assumas eum  
 & duces p̄ caput tuum, & barbā tuā &c. Quid p̄ gladiū acutū, nisi uastationē signifi-  
 ficat Iudaorū, quā sub Vespasiano & Tito facta est: Quid uero p̄ caesariem capitis & bar-  
 bā, nisi oēm pulchritudinē & uirilitem eiusdem populi demonstrat̄: quā omnia Iu-  
 daei amittētes, q̄ ex ipsis fame ac pestilentia & gladio remanserūt, sub figura capilloꝝ  
 in cunctis gentibus quasi in oēm uentum dispersi sunt. Et ut manifestius iuxta superiorum  
 rem intelligentiā intelligat̄, Dicamus aliter. At̄ em̄: Et tu fili hominis, sume tibi gla-  
 diū acutū radentē pilos &c. In hoc namq̄ facto, iudicium redemptoris exprimit̄. Qui  
 in carne apparens caput rasit, quia Iudaico sacerdotio praecceptorū suorū sacramēta abstu-  
 lit. Vnde p̄ decisos capillos, sacramentorū subtilitas: p̄ caput uero summa sacerdotij desi-  
 gnat̄. Barbam rasit, quia regnū Israeliticū deferens, decorē uirtutis amputauit. [Curs-  
 rens autē uir de Benjamin, ait ad Heli: Fugit Israel coram Philistim, & ruina magna facta  
 est in populo. Insuper & duo filij tui mortui sunt Ophni et Phinees, et arca dei capta est.  
 Cūq̄ ille nominasset arcam dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis cervicibus,  
 mortuus est.] Sicut supius mors filioꝝ, finē significat sacerdotij Iudaorū, ita in hoc lo-  
 co mors patris designat̄ pontificatū Iudaorū irreparabiliter prostratū, sedemq̄ habere ua-  
 cuam, & gloriā sacerdotij regniq̄ extinctā, sicut supius paulo plenius exēplo incul-  
 cauimus. Et hoc ē de sella retrorsum cecidisse & mortuū esse. Deniq̄ post extinctum sa-  
 cerdotiū ac sedē uacua pontificatus Iudaorū, carnalis etiā synagoga, carnalit̄ illi adhaerēs,  
 mox interijt. De cuius significatiōe subiungit̄, [Furnus autē eius uxor Phinees pregnās  
 erat, ycināq̄ partui. Et audito nūtio quod capta esset arca dei, & mortuus esset socer suus  
 & uir suus, incurruuit se & peperit. Irruerāt enim in eā dolores subiti. In ipso autē momēto  
 mortis eius, dixerūt ei qui stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti &c.] Omnia  
 em̄ ad supiora tendūt. Nam (sicut diximus) nurus Heli, uxor Phinees, carnalē plebē Iu-  
 daicā designabat, quā carnali sacerdotio copulata, cum ipso finem accepit, atq̄ diuini  
 sus interijt. Sed notandum est, quia non antea interijt antequam uiuum parturiret. Ita &

synagoga Iudaorū ex toto non interijt, antequam uiuū ex ipsa nascerentur, id est, ipsa  
 primitiua ecclesia, quā ex ipsa plebe credidit. Vnde & merito consolationem non reci-  
 piens ab his quā consolabatur, id est, synagoga desperans ab humilibus credentibus, ait  
 [Translata est gloria de Israel, quia capta est arca dei.] Hoc est quod dominus ait: Aue-  
 retur a uobis regnum dei, & dabit̄ genti facienti fructus eius. Vnde notandum est, quia  
 fuerunt uocauit Ichabod. Ichabod enim gloria, Ichabod uero, cecidit gloria. Ad illos re-  
 ferunt qui ex synagoga non credentes prodierūt, qui decorem & gloriā esse poterant  
 ipsi synagoga, si credere in deum, & eorum praedicationibus uoluissent. Et quia hoc age-  
 re contempsit, gloriā eandem amisit: quia praedicatorēs sancti, eis contemptis, ad gen-  
 tes peruenerunt. Vnde & idem apostoli dicunt: Vobis quidem oportebat primum lo-  
 qui uerbum dei. Sed quia repulistis illud, & indignos uos iudicatis aeternā uitā. Ex hoc  
 ibimus ad gentes.

## Caput V.

Philistim autem tulerunt arcam dei, & asportauerunt eam a lapide adiutorij in Ezo-  
 tum. Tuleruntq̄ Philistim arcam dei, & intulerūt eā in templū Dagon, et statuerūt  
 eam iuxta Dagon. Lapis adiutorij dicitur locus ille, in quo posuit Samuel la-  
 pidem unum inter Masphat & inter Sem. Azorusq̄ & Azor dicitur, est una de quinque  
 ciuitatibus Allophylorum, interpretatur autem incendium patris. Et bene incendij pa-  
 tris dicitur, ubi idolum Dagon consistebat, quia aduentus arcae dei in Azorum, incendij  
 um erat diaboli, patris omnium inimicorum. Dagon interpretatur piscis tristitia, signifi-  
 ficat hostem antiquum, qui in mari istius mundi positus, deuoret peccatores. [Cumq̄  
 surrexissent diluculo Azori altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam do-  
 mini, & reliq̄.] Iam superius diximus, q̄ arca duo significat testamēta. Philistim uero  
 in hoc loco gentiles praefigurat̄. Sed dum arcam ad templum suum deferunt, Dagon  
 illoꝝ deus, corruit, atq̄ duae palmæ & caput absciduntur. Quid est enim hoc, quod dum  
 arca iuxta Dagon constituitur, mox in terram prosternitur, nisi statim ut testamēta dei  
 ad gentes puenierunt, cōfestim idola, quā deceptum possidebant orbem, destructa sunt,  
 omnisq̄ error simulacrorum corruit, praesentiam dei ferre non sustinens: Sed notandū  
 est, quia hi qui arcam constituunt iuxta Dagon, ut arca dei subdita illi fuisset, figuram  
 gesserunt sapientium huius mundi, qui testamēta dei subdere uoluerunt sub suoꝝ scia-  
 entia. Illi uero qui Dagon restituerūt in locum suum, figuram gesserunt eorum, qui de  
 sententia fuerunt idololatriæ cultus. Nam in manibus Dagon praecisis, opus idololatriæ  
 amputatum, in capite uero eius, superbia diaboli abscisa significabatur, a quo initij pec-  
 cati fuit. Quod uero in limine inueniuntur, gestum est, ut scilicet praefinitum suā idolo-  
 latriæ finem agnoscerent. Limen em̄ finem itineris significat, id est, consummationē ido-  
 li. Seu limen significat fidem, per quam idololatriæ cultus destructus est. Etiam illud pa-  
 tinet ad magnam significationem, in ipsa ruina Dagon sui, atq̄ fractura illius, solum in-  
 uenerūt fractis eius om̄ibus mēbris dorsum. Dorsum q̄pe fugam significat, id est, abo-  
 litionem idolorum. Quicunq̄ enim fugiūt, p̄sequentibus dorsum dant. Vnde & de ho-  
 stibus scriptum est: Qui ponēs eos dorsum. Vbi em̄ sunt idola perierunt, & si aliqua sunt  
 remanentia ab aliquibus abscondunt, fugiunt. Nam sequit̄, [Aggravata est autem ma-  
 nus domini super Azotos, & demolitus est eos, & percussit in secretiori parte natium Ezo-  
 tum & fines eius,] & quatuor reliquas ciuitates. Hic etiam figura praetendit̄. Quod autē  
 percussit sunt in posteriora, hi qui arcam dei captiuauerunt, hac p̄na significari uide-  
 tur, quia si qui susceperint testamentum dei, & posteriorem uitam dilexerint, ex ipsis & pro-  
 ipsis, iustissime iusto iudicio dei in posteriora cruciabunt, quā sicut ait Apostolus, Exi-  
 stimari debent sicut stercorea. Qui enim sic assumunt testamētū dñi, ut in posteri-  
 ora respicientes ueteri se uanitate non exuant, similes sunt hostibus illis qui arcam testa-  
 menti captiuam iuxta idola sua posuerunt. Et illa quidē uetera etiam nolentibus cadunt:  
 quia omnis caro foenum, & claritas hominis, ut flos foeni. Aruit foenum, flos decidit. Ar-  
 ca autem domini manet in aeternum, Secretum scilicet testamētū regnūq̄ caelorum  
 ubi est aeternum dei uerbum.

Caput VI.

**F**uit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus. Hoc enim tempus propter uniuersitatem temporum, quæ septenario numero discurrit, significat testamentum domini, usque ad consummationem seculi in gentibus permanurum. Deinde sequitur: [Qualiter inito consilio, quinq; anos aureos, iuxta numerum ciuitatum suarum, obtulerunt arca.] Patet enim literæ sensus, sed tamen aliquid significationis habet: quia quosdam significat, qui post idola penitentiam gerunt. Illi enim aureos anos atque mures aureos, ad arcam domini offerunt, qui per flagella agnita uirtute eius, pro transactis peccatis, & idolorum cultura, penitentiam gerentes, per ueram confessionem deo gloriam reddunt. Et licet coacti, studium uitæ suæ ad meliora conuertunt, cognoscentes se flagella domini atque plagas iuste perpeti à domino. Vnde quinq; ciuitates Philistinorum, quinq; corporis sensus, id est, uisum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, figuram habuisse non dubium est. Per hos enim homo, aut bene operando præcepta dei adimpler, aut prauè uiuendo diabolo satisfacit. Sequitur: [Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum & duas uaccas fortes, quibus non est impositum iugum, iungite plaustrum & recludite uitulos earum domini. Colletisq; arca domini & ponetis in plaustrum.] & reliq;. Hæc igitur, quanquam historia seriem prætermitamus enucleandam, quia luce clarius patet, tamen ne alicui ludus esse uideatur, quid significationis gerebat moraliter, ex sanctorum dictis, non nostra ponentes, pandamus. Quid igitur uaccæ Allophylorum arcam dei gestantes, nisi figura sanctorum ac fidelium renuntiantium seculo præfigurantes qui nullum delicti iugum traxerunt, neq; ullo parentelæ studio à proposito religionis præpediunt, neq; opere, sicut per Moysen de talibus dicit: Qui dicunt patri suo & matri, nescio uos & nescierunt. Qd ab eisdem uaccis uehebatur, sacræ scripturæ prætextu debet sacramentum, cui omnes sancti obediētes, dum obtemperant, quasi superimpositam arcam domini portant. Plaustrum uero illud in quo arca gestabatur, crucis Christi innuebat mysterium. Vnde & ueritas ait: Siquis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Sed notandum est, quod eadem uaccæ fortæ fuisse memorant, quia sunt quæ pleriq; in uia dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur, sed non declinant à recto itinere, quia arcam dei portant in mente. Ecce enim uaccæ Bethsamis pergunt. Bethsamis quippe dicitur domus solis. & propheta ait, Uobis autem qui timetis deum, orientur sol iustitiæ. Si igitur ad æterni solis habitationem tendimus, dignum profecto est, ut de dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Tota enim uirtute pensandum est, quæ uaccæ dei plaustrum suppositæ pergunt & gemunt, dant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non deflectunt gressus. Sic nimirum prædicatores sancti, sic fideles quique intra sanctam ecclesiam debent, ut compatiantur proximis per charitatem, & tamen de uia dei non exorbitent per confessionem. [Sed et sapientia Philistinorum sequebatur usque ad terminos Bethsamis. Porro Bethsamitæ metebant triticum in ualle. Et eleuantes oculos suos, uiderunt arcam, et gauisi sunt cum uiderent. Et plaustrum uenit in agrum Josue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus. Et coniderunt ligna plaustrum, & reliq;.] Iam enim superius dictum est, quæ Bethsamis, domus solis interpretaretur. Sed nunc quæ alia potest in hoc loco esse domus solis, nisi sancta ecclesia, à sole iustitiæ illustrata? Et quid est Bethsamitas in ualle frumeta metere, nisi doctores ecclesiæ annonam uerbi dei in humilitate tractare? Quis est lapis in agro Josue, nisi Christus dominus in ecclesia sua? Ligna uero illa plaustrum, ipse Christi præfigurasse crucis mysterium non dubium est. Vaccas uero super lapidem immolare, est, conuersos sanctos à seculo in Christi imitatione mortificare. [Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philistinum pro delicto domino. Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Beth uuum, Accaron unum.] Azotus enim interpretatur ignis, Gaza uero fortitudo eius siue diuitiæ. Ascalon quippe pondera uel ignis, homicida, Geth torcular, Accaron uero sterilitas uel eradicatio dicitur. Quinq; enim ciuitates Palæstinorum, quinq; corporis sensus à quibusdam intelliguntur, Ex quibus bene Azotus interpretatur

Deute. 33.

Matth. 16. Marci. 8.

Malach. 4.

22  
22  
22

22  
22  
22  
22

ignis, illum scilicet significans, quo corda miserorum succendunt. De quibus scriptum est, Omnes adulterantes, uelut clubanus corda eorum. Et Gaza quæ dicitur fortitudo eius, Omnes fortes sunt adulterantes in malum: Siue diuitiæ, de quibus dominus dicit, Sollicitudines diuitiarum suffocant uerbum: accipiuntur in quibus confidunt iniqui. Et Ascalon quæ ponderata sonat, uel ignis homicida, malitiæ pondus, quo deprimunt reprobi, De qua dicitur: Iniquitas in talento plumbi sedet, quia iniquitate succensit, ut diuitijs abundare possint, homicidia perpetrant. Vnde Geth iure sequitur, quæ torcular interpretatur. Significat autem tribulationes præsentis uitæ, ubi torquentur electi ac reprobi. Et Accaron uero, quæ sterilitas uel eradicatio dicitur, reproborum significat sterilitatem, qui his uitijs infunt: Et si in his perseuerauerint, eradicabuntur a terra uiuentium. Sed hæc quinq; ciuitates munera aurea offerunt, quando auro spiritalis intelligentia instruiti, ab his uitijs per penitentiam declinantes, quæ in quinq; sensibus corporis admittuntur, diuinis testamentis se subdunt. Vnde necesse est, ut attendant ad mortem, ubi est tristitia uera, & sterilitas perpetua, & sic se cohibebunt ab iniquitatibus. Sed quid ait iuxta historiam [ab urbe murata usque ad uillam, quæ erat absque muro, & usque ad Beth magnum, super quem posuerunt arcam domini.] Abel magnus ciuitas est in termino Israel. Abel magnum idcirco uocatur, cum antea Bethsamis uocata sit, siue propter luctum suum per uirum Bethsamitis ibi factum, siue propter distinctionem ciuitatis Abel Bethmacha, de qua exclamauit uxor sapientis ad Ioab, dicens: Qui interrogant, interrogent in Abela. Sic itaq; intelligendum est, quod ab urbe murata usque ad uillam, quæ est absque muro, & usque ad Abel magnum dederunt mures. [Super quem], id est, super luctum [posuerunt arcam domini, quæ erat usque in illam diem in agro Josue Bethsamitis, & fuit ibi donec in Cariathiarim ducta est. Et percussit de populo septuaginta uiros, & quinquaginta millia plebis, & reliq;.] usquequo ait,

Osce. 7. Matth. 13.

22  
22

2.Regum. 20

22  
22  
22  
22  
22

Caput VII.

**E**rat quippe annus uicesimus, & requieuit omnis Israel domus post dominum. Quod enim dictum est, quia percussit de populo qui non erant de stirpe Leuitica, septuaginta uiros, & quinquaginta millia plebis, pro una eademque re indifferenter accipiuntur: Nam & ex uno græco quod est *καθε*, solet uerumque transferri. Sed in hoc uideatur esse distantia, quia in priore comate uersiculi, additum est uiros. LXX. sunt percussi, de ipsa autem turba uulgaris homines. L. millia, quod ne pateretur (in Exodo) populus à longe staret & orabat, solus Moyses ascendit ad dominum. Vnde in Hebræo ita habetur, Et percussit de populo. LXX. uiros, & L. millia uiros, hos. LXX. uiros iudices, LXX. Hebræi intelliguntur, quorum merita & gloria quinquaginta millia uiri comparantur: Sicut & de Dauid dicit, Quia tu unus pro decem millibus computaris, quod dictum est. [Quia quæ qua die mansit arca domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe annus uicesimus, & reliq;.] Iam ad octauum usque annum regni Dauid, quando eam congregata populi frequentia, in Ierusalem adduxit, sint computandi. Inuenitur namque in sequentibus, quia temporibus Saulis fuerat ablata de hac ciuitate, & allata in castra pugnante eo aduersum Philistæos. Sic etiam scriptum est, Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam dei. (Erat enim ibi arca dei in die illa, cum filijs Israel.) Et quia constat, quod Dauid eam in Ierusalem adduxerit cultam de domo Aminadab, in quam non illata esse perhibetur, restat intelligi, quia in diebus Saulis relata de castris, & in præfata remansit illata ciuitate. Vnde denuo regnante Dauid, affereretur in Ierusalem. Est ergo sensus memoratæ sententiæ, quia ex qua die mansit arca in Cariathiarim, erat annus uicesimus cum eam inde transferri temporibus Saul causâ belli contingeret. Denique uicesimo pacto anno, translata est à Samuel in Masphat. Et de Masphat transtulerunt eam, Samuel & Saul in Gulgala. Inde translata est à Saul in Nobee, de Nobee in Gabaa, de Gabaa ad Aiud in domum Obededom. Inde transtulit in Sion, De Sion transtulit eam Salomon in sancta sanctorum, uel certe uicesimus erat annus, cum adhuc omnis domus Israel genuisset post dominum, abiectis idolis uel delictis, illi soli seruiens, Quod in sequentibus dicit, [Abstulerunt filij Israel Baalim &

2.Regum. 20

1.Reg. 14. 2.Reg. 6.

22



22 Astaroth, & seruiunt dño soli. Quod ea facta sint toto tempore præfulatus Samuelis, qui (Iosepho teste) duodecim annis cõpletus est, & primo tempore regni Saul, qui (eodem historico affirmate) uiginti annis tenuit, nullus sanctæ historiæ curiosus ignorat. Namq; postmodum cum recessisset spiritus domini à Saule, & agitaret eum spiritus nequam, maxime ad persequendum Dauid innoxium & iustum, necesse erat partem militiae uel plebis eius nullam, malitiæ illius extitisse complicitem. His iuxta historiam prælatam, quid mystice significet, quod arca uenit in Cariathiarim, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa, & ex qua die mansit ibi multiplicati sunt dies, enucleare conabimur. Aminadab enim in cuius domum uenit arca, pater meus spontaneus interpretatur. Significat populum gentium, cui dominus pater gratiam testamenti contulit. Quæ cum Psalmista dicere potest: Voluntarie sacrificabo tibi & cõfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est, Gabaa uero collis dicitur, animas significat humilium. De quibus dicit: Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Montes enim (Augustino teste) maiores animæ sunt: colles uero minores. Seu etiam Gabaa, ubi Eleazar filius Aminadab sacerdos constituit, ut custodiat arcam domini, interpretatur collis, uel sublimitas. Eleazar adiutorium dicitur: & bene qui custodit arcam domini, adiutorium interpretatur, quia sancti uiri quicquid boni habent, non ad se, sed ad dominum referunt. Vnde de Apostolus: Fiduciam talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, & reliq;. Vtrum Cariathiarim, quæ interpretat uilla syluarum, significat sanctam ecclesiam, ex multitudine gentium collectam. In qua postquam testamentum mansit, multiplicati sunt iusti, qui ab ipso uelut dies illuminati sunt. Baalim, habentes, siue ascendentes, aut superiores interpretatur, quem filij Israel proiecerunt pariter cum Astaroth, idola gentium significat, quæ proiecerunt credentes ex gentibus, post susceptiõem arcæ testamenti. Seu qui uerus Israel est, id est, uir uidens deum, aufert à se omnem facturam malignorum spirituum, hoc enim interpretatur Astaroth. Aufert factaniam atq; superbiam, & sic seruit deo soli, quia nulla societas est lucis, ad tenebras, nec ulla cõuentio Christi ad Belial. Dicit autem Samuel: Congregate uniuersum Israel in Masphat, ut orem pro uobis dominum. Et conuenerunt in Masphat, hauseruntq; aquam, & effuderunt in conspectu domini, & reliq;. Hic enim si præsumptio nõ uideatur (quia non plenius intelligimus) quid est, quod aquam hauserunt & effuderunt in conspectu domini, quid Hebræorum traditio sentiat, sicut in quibusdam codicibus legimus, inferere nisi sumus. Tradunt em̄ quod coram domino in eadem aqua, maledicta congesta sint, & sicut in lege mulier zelotypa, hausta aqua probabatur, ita & hic idololatræ, hac aqua probati sunt. Hi uidelicet, quæ se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam, quod quicumq; idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhereret, ut nequaquam ea ab inuicem separare posset. Hoc indicio idololatra deprehendebatur, & interficiebatur. Quod & sequentia demonstrant, in eo quod ait: Iudicauitq; Samuel filios Israel in Masphat. Iudicare hoc in loco, idololatræ secundum legem morti tradere dicit. Dicunt etiam qd hoc modo Moyses idololatræ, qui uitulum fecerant, probauerit: quando arripuit uitulum & cõbussit, contriuitq; usq; ad puluerem, & sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. Nos iam illorum deliramenta omittentes: (quia utrum uerum sit ignoramus) simpliciter intelligimus, quod tam sancto uiro conueniebat, ut plebem sibi commissam, in iustitia & ueritate iudicaret, & summa prudentia gubernaret. Caterum quid figura significet, intinmare breuiter aggredimur. Masphat enim quo congregatus est Israel, ubi & aquam haustit, in conspectu domini: interpretatur intentio, sanctam significans ecclesiam, ubi uera est intentio, quæ melius pot per ipsam Masphat intelligi, in unitate fidei, sub nouo sacerdotio, collectam: aquas lachrymarum hauriēs, & p̄ satisfactionē penitentiæ, eas in cõspectu domini effundēs. Quod autem Samuel propheta in eodem loco, hoc est in Masphat, populum Israeliticum iudicabat, hoc indicasse uideretur, quod omnis prædicator spiritalis, eos fideles maxime docere studet, quos in intentionem contemplatiõis

atq; ad amorē patriæ cælestis, intentos esse sp̄pexerit. Et ascenderunt satrapæ Philistinorum ad Israel: Quod cum audissent filij Israel, tinnerunt a facie Philistinorum: Dixeruntque ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum, ut saluet nos de manu Philistinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illi holocaustum integrum domino. Agnus hic in typo oblatu, populo dei uictoria præstitit, quia uidelicet per passionem Christi, immundis spiritibus superatis, pax reddita est fidelibus. Vnde & in sacra historia subiungitur, Factum est ergo cum Samuel offerret holocaustum domino, Philistinum inire prælium contra Israel. Intonuuit autem dominus fragore magno in die illa super Philistinum, & exterruit eos & reliq;. Tunc enim dominus fragore magno intonuuit, quando per sanctos apostolos, sonum prædicatiõis emisit. Iuxta quod scriptum est, Intonuuit de cælis dominus, & altissimus dedit uocem suam. Sed dum ista intonuuit dominus, exterruit Philistinum, & cæsi sunt à filiis Israel. Quia uidelicet immundi spiritus, prædicationibus sanctorum cedentes, à facie eorū discesserunt, quod plenius in ecclesiastica historia declaratur. Vnde Bethchar ubi cæsi sunt, interpretat domus agnitionis, siue domus agni, (ecclesiam præfigurauit) illius de quo Iohannes ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. In qua, & à qua ecclesia, domino fauente, immundi spiritus, superati sunt. Et bene ait, Persecuti sunt eos usq; ad locum qui erat super Bethchar, quæ interpretatur domus agnitionis, quia tandiu prædicatores persecuti sunt, quousq; omnis error expurgaretur, & uere deus agnosceretur. Sequitur: Tulit autem Samuel lapidem unum, & posuit eum inter Masphat & inter Sen, & uocauit nomen eius, Lapis adiutorij, & reliq;. Lapis enim iste, (quæ Samuel inter Masphat, quæ interpretatur intentio: & Sen, quod dicitur dentium, ob signum uictoriæ posuit) quem alium nisi dominum nostrum Iesum Christum præfigurauit? qui secundum dicta prophetarū, inter inuentionem ueteris testamenti, & euangelij prædicationem, positus, fidelibus suis, contra aduersarias potestates, dimicantibus, auxilium præstat. Ipse enim præfigurabatur in lapide, propter firmitatem: ipse significabatur in agno, propter innocentiam: siue, quia pro nobis est immolatus. Quod autem ait, Hucusq; auxiliatus est nobis dominus. Ostendit, quia quicumq; hos terminos transcendunt, (sicut hæretici) auxilium dei non merentur. Quod autem ait, Erat pax inter Israel & Amorraeum, Hoc in futuro intelligere dabatur, quia postquam p passionem domini aeræ potestates uictæ cesserunt, usque populus ex circuncisione uidelicet & præputio credens, in ciuitate fidei sibi concordauit. Amorraeus interpretatur amarus, uel loquens. Et Apostolus ait: Vos qui eratis longe, facti estis prop̄ in sanguine CHRISTI. Ipse enim pax nostra, qui fecit utraq; unum, & reliqua. Iste est Samuel qui inuocauit deum, sicut in sequenti bus legitur, exaudiuit eum deus, & in tempore messis, pluuiam impetrauit. Pluuia em̄ in sanctis scripturis, uerba sunt euangelij, siue legis. Sicut & Moyses dicit: Expectet sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros uerba mea. Hanc igitur pluuiam dedit mundo Christus in tempore messis, id est, quando gentes colligi oportebat, ut sicut frumentum horreis, sic intra ecclesiæ sinum congregarentur. Iudicauit Samuel Israel cunctis diebus uitæ suæ, & ibat per singulos annos circūiens Bethel, & Galgal, & Masphat, & iudicabat Israel in supradictis locis. Non em̄ uacat à mysterio, quod Samuel in supradictis locis conueniens iudicabat Israel: In hoc enim typum tenuit doctor in sancta ecclesia, & ut hoc manifestius pateat, manifestemus clarius: Bethel em̄ quæ interpretatur domus dei, sanctam significat ecclesiam, quæ domus dei dicit, in qua dominus sua gratia uidelicet, in mētibus electorum habitare dignatus est. Iuxta quod ait: Et in uulnere meo, & in habitabo in eis. Vnde & Galgal, quæ interpretatur reuelatio, eandem significat ecclesiam, de qua dominus dicit, Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, uidelicet per gratiam suæ reuelatiõis, ac præsentia suæ diuinitatis. Et Masphat, quæ interpretatur intentio, bene sequitur: quia uidelicet in supradicta ecclesia sancta dei, est pura in mentibus electorum intentio, qua semper esurit, & anhelat ad deum. In qua Samuel propheta iudicat filios Israel, uidelicet & doctor fidei

lis, fideles in ecclesia decernit. Vnde bene dicitur, quod reuertens habitat in Rama Samuel, ubi erat domus eius, quia uidelicet hoc indicasse uidetur, quod omnis ecclesiasticus doctor, uir spiritalis in ecclesia, licet semper in altitudine contemplationis, (hoc enim significat Rama, quae interpretatur excelsa mente,) habitare delectetur, per actiones tamen compassionum, ad infirma membra ecclesiae condescendere, non renuit, & quasi populum Israel iudicat, dum creditam sibi plebem, ad tenendam unitatem fidei, & ceteras uirtutes operandas, sua exhortatione instituit & docet: seu qui iudex alieni delicti efficitur, & iudicium exercet in domo dei: non proterua & maleuola mente, sed secundum quod sacra scriptura reuelat, agere debet: & ad domum proprii pectoris & conscientiae tandem redire, & hostias bonae uoluntatis deo immolare.

Caput VIII.

**C**ongregati ergo uniuersi maiores natu Israel, uenerunt ad Samuelum in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in uis tuis, constitue nobis regem, ut iudicet nos, & car. Quid enim significabat quod seniores Israel reprobo Samuele propheta, regem sibi petierunt: nisi hoc, quod in aduentu saluatoris impletum esse cognoscimus: quando scribae & pharisaei, repulso domino Iesu Christo uero sacerdote, peccati regem sibi elegerunt, clamantes: non habemus regem nisi Caesarem. Vnde Samuel, qui interpretatur nomen eius deus, reprobus a senioribus Israel, dominum ac redemptorem significat. Saul uero (qui dicitur petitus seu petitio, eo quod a populo postulatus legitur) Barabbas intelligitur, quem dimitti sibi petierunt: qui Saul filius Cis, filius Abiel fuisse legitur, Cis enim interpretatur durus uel uomens. Abiel uero pater meus dicitur, quorum nomina interpretatiões, ad duritiem, & ad uomem malitiae Iudaeorum pertinent: qui deum patrem confitentem, filium in passione negauerunt: Dicentes, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam: non intelligentes, quia qui negat filium, negat & patrem, qui misit illum.

Caput X.

**T**ulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce unxit te dominus super haereditatem suam in principem. Scendum est, quod Saul non unius semper personae gestauit figuram: sed aliquando Iudaeorum typum, ob superbiam, & aduersus deum inuidetiam, sicut superius tetigimus, & in futuro demonstrabimus. Aliquando domini nostri Iesu Christi, propter unctiōem regni, atque altitudinem staturae, & propter principatum. De quo Ilias ait: Factus est principatus eius super humerum eius. Aliquando uero principem seculi huius, propter elationem cordis & humilium oppressionem: sicut in sequentibus declarabitur. Sed in hoc loco, ubi a Samuele unctus legitur, ipsum Christum dominum scilicet saluatorem designat. Sicut enim Saul cum asinas patris sui, quae deerant quaereret, in regno assumptus est: simili quoque modo dominus & saluator noster, postquam a patre suo missus, ad oues quae perierant domus Israel, uentre dignatus est: super cunctum populum suum, ab eo in regem tantum constitutus est. Sic ipse ait: Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius: hoc enim praefigurabatur per asinas propter simplicitatem, quod & per oues, propter innocetiam. Armus quem Saul accepit, (sicut superius legitur) principatum significat domini nostri quem accepit. Qui a Samuele unctus dicitur, quia a deo patre unigenitus filius spiritali unctiōe, delibutus legitur: De quo Psalmista: Propterea unxit te deus, deus tuus. & reliq. Omnes enim retro olim reges Israel, ob unctiōis sacramentum, in typo saluatoris, Christi sunt appellati. Vnde & Dauid ait ad eum qui se finxerat Saul occidisse: Quomodo non timuisti manum tuam mittere in christum domini? Sed bene ait, quod ab humero sursum, Saul supereminet omnibus, iuxta spiritalē intelligentiam: quia caput nostrum sursum est supra nos, quod est Christus. Et bene dicitur [non erat melior illo], et Psalmista: Quis in nubibus aqua bitur, aut quis similis erit deo inter filios dei? Hic enim non feriem historiae secuti, sed spiritalis intelligentiae sensum continuatim describere conati sumus.

Ceterum quia parum historiam praetermisimus, ad eam insinuandam apostrophem facere decreuimus, ait enim sacra historia, [Dixitque Saul ad puerum suum, Ecce ibimus, Quid feremus ad uirum dei? & reliqua.] Non enim putabat Saul sibi asinas a Samuele aliter indicari, nisi pretio diuinatiōis, de quo puer ait: (cum a Saule audisset, panis de fecit in starchyis nostris.) [Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, de mus homini dei.] Ideo ait, quid feremus ad uirum dei? Quod autem Sauli inquirenti de Vidente, responderunt, dicentes: [Festina nunc, hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificiū est hodie populi in excelso.] Sacrificiū in hoc loco, putat aliqui intelligi uolunt, prandii intelligitur, quod praeparauerat Samuel populo in Calendis, quia sequitur: [Haec enim comesturus est populus, donec ille ueniat, quia ipse benedictet hostiae, & deinceps comedet qui uocati sunt.] Ceterum si quis simpliciter de hostijs immolatis, ac sacrificijs intelligere uoluerit, nos non in hibemus. Dixitque Samuel ad Saul, [Ascende ante me in excelsum, ut comedas mecum hodie, & dimittā te mane, & omnia quae sunt in corde tuo, indicabo tibi.] Hic enim si non displicuerit (sicut scriptum inuenimus) traditionem Iudaeorum inserere praesumimus. Erat enim in corde Saul (sicut ipsi tradunt) quod rex futurus esset, quia uiderat per uisum se in uertice arboris collocari, quae uisio signum regale erat. De nique non tantummodo de asinis quas perdiderat, in corde tractabat, quia cum dictum sit, [& omnia quae sunt in corde tuo indicabo tibi.] Statim per partem coniunctionis copulatiuam, & distinguendo copulauit, dicens: [Et de asinis quas perdidisti nudius tertius ne sollicitus sis, quia inuētae sunt.] Et illud: [Et cuius erūt optima quaeque Israel nonne tibi? & omni domui patris tui?] Tales enim & huiusmodi traditiones Iudaeorum, de apocryphis libris eorum prolatae sunt, quos secum reconditos habent, quae in nostris non habentur. Et ideo a quibusdam recipiuntur, non propterea ut illos approbent, sed ea quae necessaria sunt, ad confirmandum recipiunt: Quod & Paulus Apostolus in epistolis suis non solum de Hebraeorum libris apocryphis, uerum etiam ex poetarum ac comicorum gentilitium, ubi oportuim uidit, exempla protulit. Non ut omnia eorum commenta approbare, sed oportuna ubi necessarium uidit, inseruit. Hinc est quod Iudas apostolus in epistola sua ex hisdem libris, exemplum intulit, dicens: Prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce uenit dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes. Quod ex praedictis libris sumptum est, sed quia uerū est, non est reiiciendum. Non tamen omnia approbanda sunt, sed necessaria accipienda. Sic etiam traditiones nonnullae oportune assumendae sunt. [Cumque abieris inde, & ultra transieris: & reliqua usque] quo ait: inuenient tetres uiri ascendentes ad deum in Bethel. Hi uiri causa orationis ibant in Bethel, ubi Iacob lapidē crexerat. [Post haec uenies ad collē dei, ubi est statio Philistinorum.] Collis dei locus erat, ubi prophetae habitabant. [Et cum ingressus fueris in urbem, obuiam habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, ipsosque prophetates, & insiliet in te spūs domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in uirum alium. Quando ergo euenerint signa haec omnia tibi, fac quae cūque inuenerit manus tua, quia dñs tecum est: & insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis.] Prophetasse eum ibi Iudaei dicunt: de futuro seculo, & de Gog & Magog, & de praemiis iustorum, & poena impiorum. Nam quia spiritu domini impulsus prophetauit, de aduentu Christi, & salute hominum, prophetaisse non dubiū est. [Quando ergo uenerint signa haec omnia tibi, fac quaecūque inuenerit manus tua, quia deus tecum est.] Ac si diceret, his signis nosse poteris, quia deus te regem fieri uoluit, & idcirco ad omnia quae tibi agenda sunt, regaliter age, quia deus tecum est. [Uidentes autem omnes qui nouerant eum heri & nudius tertius, quod esset cum prophetis & prophetaret, dixerunt ad inuicem, Quanam res accidit filio Lise? Num & Saul inter prophetas? Responditque alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? & reliq.] Bene ait Saule prophetante cum ceteris, [Et quis pater eorum?] Ac si diceret, & quis maior illo in dignitate & sapientia? optime enim potest inter prophetas uersari, & pater eorum, id est, magister uocari, qui tam doctus & sapiens est. Pater, magister uocat, sicut Eliscus Eliam patrem, id est, magistrum uocat, Pater mi, pater mi,

Tit. I. I. Corin. 13.

Iudaei.

Tit. I. I.

22

Iob. 41. 19.

22

Isaie. 9.

Matth. 15. Psal. 2.

Psal. 44.

2. Reg. 1.

Psal. 88.

Iob. 34.

currus Israel & auriga eius. Et in libro Iob: Heliu, Eliphaz patrem, id est magistru uocat, hoc modo, Pater mi, probetur Iob usq; ad finem. Quod autem Saul ita inuenit, sicut Videns praedixerat: significat, quia omnia ita euenerunt Christo, sicut libri legis & prophetarum olim praedixerunt, licet de Iudaeis uelint intelligi, quibus prospera seu aduersa ita euenerunt, sicut praedixerat.

## Caput XI.

**A**scendit autem Haas Ammonites, et pugnare cepit aduersum Iabes Galaad. Dixeruntq; omnes uiri Iabes ad Haas: Habeto nos foederatos, et seruiemus tibi. Et respondit ad eos Haas Ammonites: In hoc seriam uobiscum foedus, ut etiam omnium uestrum oculos dextros. Verum quia historia manifesta est, spiritalem intelligentiam breuissima insinuatione enucleare aggredimur. Naas enim qui interpretatur serpens, significat diabolus: non solum quia lubricus & tortuosus est, sed quia praemum hominem per serpentem decepit. Ipse ascendit ad praeliandum contra Iabes, qui interpretatur sensus, quia diabolus semper sensum diuinae cognitionis & bonitatis auferre ab hominibus conatur. Galaad uero, qui dicitur aceruus testimonij, illos significat: quod eruditi sunt in ecclesia testimonijs diuinarum scripturarum. Quorum oculos dexteros erare cupit, uidelicet illuminationem fidei, & praedicationis auferre satagit. Sed hos Saul, uidelicet dominus ac redemptor noster liberat cum exercitu suo: id est, auxilio angelorum seu praedicatorum suorum, qui in Bezece populum enumerat, Bezece enim egestas interpretatur, quia in egestate praesentis uitae, nouit dominus qui sunt eius. Et apud ipsum est certus numerus electorum, quos ad praelium contra diabolus excitat. Nam postumus ad haereticos referre, qui populus est mceroris, quam gaudium spiritus sancti non habent. Disponit eorum peruersitas in hoc foedus cum populo ecclesiae, ut eruat oculos dextros, id est, sensum uel uisum sanae orthodoxae fidei auferat. Et uult ut sinistru habeant, id est, peruersum sensum, & praua sentiant. Sed populus fidelis acruum testimoniorum diuinarum scripturarum congerit, unde suis hostibus resistat, emittit in uniuersos terminos Israel, hoc est, ad doctores ecclesiae: quatenus sibi opem ferant, & scutum fidei contra hostes ex aduerso opponant.

## Caput XII.

**D**ixit autem Samuel ad populum: Venite et caemus in Balgala, et inuocemus ibi regnum. Et reliq; usq; quo ait: Visit dominus Ierobaal et Bedan et Barac et Sephte et Samuel, et eruit uos de manu inimicorum uestrorum. Prius enim antequam superiora pandamus, dicendum est, quis fuerit iste Ierobaal, & Bedan. Ierobaal ipse est Gedeon, qui cum trecentis uiris superauit Madianitas. Bedan uero (ut quibusdam placet) ipse est Samson. Caeteru iuxta altiore intelligentiam, Galgala ubi Samuel innouauit regnum, ac redarguit filios Israel, quae interpretatur reuelatio: significat reuelationem & illuminationem fidei in nouo testamento, ubi uetus regnum in nouu commutatum est. De qua mutatione superius iam diximus, ubi de Heli & filijs eius reprobatu, & electione Samuelis descripsimus. De abiectione Saul & constitutione Dauid, domino fauente, in posterum dicturi sumus. Verum in hoc quod Samuel filios redarguit, iuxta moralem intelligentiam typum tenuit spiritualium doctorum: qui in semetipsis delicta graua non habent, quae redarguant: sed aliorum peccata abq; detractione ferunt. De his enim talibus per Salomonem dicitur: Verba sapientium quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi. Bene ait, uerba sapientium sicut stimuli & quasi clauis in altum defixi: quia peccata hominum nesciunt palpare, nec molli manu atrectare lasciuia: sed asperae inuectionis increpatione, corrigere: & errantes poenitentiae dolorem & uulnus infingere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationi est audientium, iste non est sermo sapientis. Hinc est quod Iohannes Iudaeos gloriantes redarguit dura inuectione, dicens: Genimina uiperarum, quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira? Deniq; possumus & aliter hanc sententiam breui indagatione innuere, quo ait dicens: Verba sapientum sicut stimuli &c. Quia & ad conuersionem prouocant, & firma sunt, & in nullo ober-

Eccles. 12.

Matth. 3.

rant: quia sancto spiritu prophetis & apostolis inspirata, ad eos usq; peruenerunt, & ideo solida radice fundata sunt. Vnde & in eodem uersu subiungit: Quae per magistrorum consiliu data sunt a pastore uno: uidelicet a prophetis per quorum consiliu sunt plata, & a pastore uno, id est spiritu sancto inspirata. Quisquis enim his est instructus, & spiritu diuino illuuetur, potest corrigere (si, in quantum humana fragilitas non obstat, se a peccatis continuerit) aliorum peccata. Quia ille iuste redarguit, in caeteris malum eorum, qui spiritualiter uiuens, de proprio delicto reprehendi a quoquam non potest. Scriptum namq; est: Spiritalis omnia iudicat & ipse a nemine iudicatur. Innocens enim esse debet ab omni delicto, qui caeteros iudicat per scelere ipsorum, sicut & Samuel fecisse legit: qui etiam tales pluuia de caelis, id est, scientiam praedicationis ex libris prophetarum, de quibus scriptum est: Iudicium positum est & libri aperti sunt: proferunt & corda hominum (ut fructus fidei, ac bonorum operum gignere possint) diffundunt: ut eos, quia malum se egisse cognoscunt, terreat. Deinde sequitur, quali Samuel dum quereret de principatu, & populus deprecaret, dicens: Ne cesses orare pro nobis. Respondens autem, Absit a me hoc peccatum in domino, ut cessem orare pro uobis. Hic namq; perfecta benignitas sanctorum, olim in Samuele demonstrata est: Illa uidelicet de qua dominus ait: Diligite ini, uestros, & orate pro persequ. & calumniantibus uos.

## Caput XIII.

**F**ilius unius anni erat Saul, cum regnare cepisset, duobus autem annis regnauit super Israel. Non de Isboeth filio Saul tantum, sed de eodem Saule hoc dictum est. Sic enim erat innocens Saul quam regnare coeperat, sicut filius unius anni est, & in innocentia pleuerat. Et quia in eadem innocentia duobus annis regnauit & humilitate bene dicitur tanquam filius unius anni fuisse. Caeteri uero quibus regnauit indigne, calufo non hic comprehendunt. Sed si uoluerit quis intelligere per anticipationem de Isboeth, (eo quod in sequentibus legatur, quadraginta annorum erat Isboeth cum regnare cepisset, & duobus annis regnauit, & a morte Heli usq; ad Saul omne tempus. XL. annorum est) non prohibemus, quia & intelligi ualet. Et percussit Ionathas stationem Philistinorum quae erat in Babaa, quod cum audissent Philistini, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebraei et uniuersus Israel, et reliq;. Quod enim ait, Quod cum audissent Philistini, Saul cecinit buccina &c. Sic intelligendum est: Quod cum audissent Philistini, subaudit, conturbati sunt, Saul cecinit buccina. Haec buccina signum uictoriae, & exhortationis fuit, ut audirent, & noscent Hebraei conturbati, superatos esse Philistinos. Propterea sequitur: Et uniuersus Israel audiuit huiusmodi famam, percussit Saul stationem Philistinorum. His rebus compertis, confortatus est Israel: propter hoc & sequitur: Et erexit se Israel aduersus Philistinos. Id est, uiriliter cepit agere contra eos. Quod cum uidissent uiri Israel se in arto positos (afflictus est enim populus) absconderunt se in speluncis, et in abditijs, in petris quoq; et in antris, et in cisternis. Et reliq;. Si enim se abscondit Israel in praefatis locis, animum pulsatur, quid est quod historia subiungit. Hebraei autem transierunt Jordanem. Quod nos aliter intelligere non possumus, nisi illos sentiamus, qui se subtraxerant a Saule timore perterriti, & ad Philistini transierant. Sed postea audientes quod Philistini fugissent, sociauerunt se cum suis in praelio. Quid enim hoc significet quod reuersi fugitiui sociauerunt se cum suis in praelio, dicemus in posterum. Cumq; adhaec esset Saul in Balgala, uniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, et non uenit Samuel in Balgala. Dilapsusq; est populus ab eo. At ergo Saul: Afferte mihi holocaustum et pacifica. Et reliq; usq; quo ait: Dixitq; Samuel ad Saul: Sulte egisti, nec custodisti mandata domini dei tui, quae praecipit tibi &c. Verum iam superius dixerat, Et descendes ante me in Balgala. Ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem, et immoles uictimas pacificas. Septem diebus expectabis donec ueniam ad te, et ostendam tibi quae facias. Videtur quibusdam, inculpabiliter Saul obtulisse holocaustum, cum Samuel ab eo expectatus, iuxta placitum septem dierum non uenerit. Quod qui hunc locum bene distinxerit, inueniet eum non immerito culpatum fuisse, & inobedientem redargutum,

I. Corin. 2.

Daniel. 7.

Matth. 5.

Locus autem hic apud quosdam ita distinguitur: [Et descendes ante me in Balgaia. Ego quippe descendam ad te. Et postea subinfertur, Ad offerendas oblationes, et immolandas victimas pacificas, septem diebus expectabis donec veniam ad te, et ostendam tibi quae facias.] Non ergo Samuel suum praestolari aduentum Sauli septem dierum tempore praecipit, sed ad offerendas oblationes & immolandas uictimas pacificas, se ab eo eisdem septem diebus uoluit expectari; quod ille nequaquam fecit, & ideo merito culpatur, & stultitiae elogio denotatur, indiscreta Saulis oblatio: ob hoc quod obedientiae praecipitum praeruaricatus est, a deo accepta non est. Quia enim prophetae praecipitum parum perpendit, deum qui loquebatur in propheta, contempsit, dicente domino: Qui uos audit, me audit; & qui uos spernit, me spernit. Unde audiuit: [Sed nequaquam regnum tuum ultra conserget. Quia sicut dominus sibi uirum iuxta eorum suum, et praecipit ei dominus ut esset dur super populum suum: eo quod non seruaueris quae praecipit dominus.] Reprobatio Saulis, futuram praefigurauit ablationem regni Iudaeorum. Quod autem David superstes ei factus est, hoc indicat, quod dominus Iesus Christus per nouum testamentum in ecclesia regnaturus populo Iudaeorum successurus erat. [Sed rofaber testarius non inueniebatur in omni terra Israel. Curauerant enim Philistim, ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistim, ut acueret uniusquisque vomerem suum et ligonem et securim et sarculum. Retuse itaque erant acies vomerum et ligonum et tridentium et securium. Et reliqua.] Philistim qui & Allophyl (licet plurimis in locis sanctarum scripturarum, aliud atque aliud, multis modis allegorice significant), hoc in loco omnium haereticorum praefigurant cateruasque pari consensu impietatis, aduersus ecclesiam dei conspirantes, propter multitudinem populi sibi consentientis, & mundi huius potestatibus fidentes, eandem ecclesiam dei, a suis fidelibus depopulari conantur: quorum multitudinem infirma membra ecclesiae pertimescentes, plerique ex ipsis abiurata fide ab ecclesiae unitate discedentes, eisdem haereticis sociantur. Alij uero sub silentio sese occultantes, dum fidem suam palam confiteri metuant, quasi in speluncis & cauernis terrae latitant. Philistim quorum ingens numerus esse perhibetur, omnium haereticorum magistris figurasse non dubium est. Qui propter uarias sectas, quasi discolors equi, uno impietatis uinculo colligati, in huius mundi campo dissolutis habenis, ad decipiendos seu opprimendos quos possunt, discurrunt. Sex milia equites, elatos expriment mundi: qui de carnali potentia tumidi, haereticorum adiutores existunt. Reliqua uulgi multitudo, ingentem innuit uulgi plebem, quam haeretici callidis persuasionibus deceptam sibi aggregant. Sexcenti uiri, qui cum Saul remansisse narrantur, catholicorum uirorum formam praetendisse possunt, qui per unitatem fidei Christo domino, uelut Saul, adhaerentes, nullis malorum persuasionibus, seu terroribus, ab eo recedunt. Fabri ferrarii, allegorice, uiros significant spirituales in ecclesia: qui tempore pacis (cum desint qui inquietent) per securitatem mentis, seu incuriam, ab spiritali inquisitione torpentes, quasi non sint, dum in exercitatu ad respondendum hostibus fidei parati nequaquam sunt. Vomeris uero atque ligones, seu cetera ferramenta, spiritaliter testimonia, seu sententias indicant sacrae legis, quibus testimonijs sacerdotes ecclesiae, in pace eiusdem ecclesiae, ad eruditionem tantummodo populi fidelis, quasi ad agriculturam, iuxta historiae simplicitatem, utuntur. Quae testimonia, ac si ferramenta sint (si quando, permittente deo, haereticorum bella aduersus ecclesiam consuruerint) ad exercendos uidelicet atque probandos fideles suos, uiri ecclesiastici, subtili inquisitione ea perferutando, & spiritali acumine acuendo, uelut in gladios uertunt: per quos & hostes fidei prosternunt, & tam se quam ceteros fideles, ab eorum persecutione, siue persuasione defendunt. Praecepta quippe diuinae legis atque testimonia, & ferramenta sunt in pace ecclesiae, & arma in tempore belli. Et ut manifestius fiat quod profertur: In pace ecclesiae praefules eius seu sacerdotes, simplici praedicatione, populum sibi creditum, fide informentes, non alta de deo, neque incapabilia illis proponit, sed ut simpliciter credant, in patrem & filium & spiritum sanctum, essentialiter unum & uerum deum, trinum uero per

sonaliter. Si autem quicumque haereticus Sabellianae partis assertor dicat, quia in deum sic ut una deitas, ita & una persona credenda est, non tres: id est, ut ipse credatur pater, qui & filius; & ipse filius, qui & pater: sicut Sabellius impie praedicabat, quid tunc agendum erit uiris ecclesiasticis, nisi ut & ipsa sacra scriptura contra huiusmodi assertorem probare queant, quomodo deus omnipotens unus sit in natura, trinus uero in personis. Rursum tempore quieto, nil amplius doctoribus ecclesiae catholicae plebibus, qui praesunt, praedicare conuenit: quam ut credant patrem & filium & spiritum sanctum, unius substantiae atque deitatis. Filium uero non aliunde, quam de patris substantia genitum, sine initio, ac per omnia patri similem & coaequalem. Spiritum uero sanctum, ex patre & filio procedentem, unius substantiae cum his a quibus procedit. Si uero contra huiusmodi ueridicam praedicationem, prouenerit, ut quispiam Arianae partis assertor dicat: non ita est ut praedicatis, sed sicut tres personas in deum confitemini, ita & tres substantias in eum uobis credere oportet. Filium quoque non de substantia patris substituisse, sed ex nihilo creatum: similiter & spiritum sanctum non deum, sed creaturam credere oportet. Quid contra huiusmodi impium praedicatorem, uir ecclesiasticus, facturus erit nisi ut ex utroque testamento proferat documenta, atque uelut ferramenta acuat diuina testimonia, per quae & illa quae praedicat, defendere ualeat, & contra dicentes refutare. Rursum tempore tranquillo, nil amplius de dei filio sacerdotibus ecclesiae praedicare conuenit: quam ut credatur uerus deus ex substantia patris sine tempore ineffabiliter natus, & uerus homo (pro nostra redemptione) de substantia matris temporaliter creatus & natus, gemina substantia, singulari uero persona. Consubstantiali patri secundum diuinitatem, consubstantiali matri iuxta humanitatem. Vnum eundemque in singularitate personae. Contra quam fidei si e contrario diuersa occurrat: unus uidelicet quod ita duas naturas in filio dei confundat atque permisceat, ut inter deum & hominem nullam esse differentiam asseruat: sed hoc esse deitatem, quod & humanitatem in eo: sicut & Euthitiani, & eorum similes haeretici impie defendere contendunt. Rursum alius ex aduerso profiliat, qui sicut duas in eo naturas, ita & duas personas affirmare uelit: sicut Nestoriani. Iterum tertius uel quartus occurrat, unus uidelicet qui eundem filium dei dicat in ueritate deum esse, hominem uero in phantasia fuisse, quemadmodum Manichaei & Priscillianistae dicere ausi sunt. Alius autem qui illum purum hominem fuisse, absque deo, contendat: sicut Fotiniani. Rursum alij atque alij existant, qui cum, hoc est, filium dei, nihil de matre assumptisse, nec eiusdem naturae fuisse, ex qua & nos sumus: sed nescio quam imaginariam carnem in mundo gestasse: & ceteri plurimi, quos omnes memorare, nimis prolixum est, & non necessarium: contra quos omnes hostes fidei, quid ecclesiasticis uiris agendum est nisi ut ex utroque testamento diuersas sententias atque testimonia, quasi uaria ferramenta hument, exacuunt, atque elucidant, per quae & ea quae credunt ac praedicant, defendere queant, & aduersarios suos, aut confodiendo sibi subternere, aut certe terrendo in fugam conuertere. Hoc quippe modo, & contra diuersas quaestiones, quae in ecclesia, per contentiosis uitijs oriuntur, dei sacerdotibus omni circumspectione agendum est. Et aduersus uarias haereticorum nouitates, omnistudio uigilandum, ne fides ecclesiae, uelut aedificij fundamentum, per eorum haereticorum, impetum, quasi impulsu uentorum labatur atque subruatur. Quod autem ait scriptura de Israeliticis uiris, [Descendebat ergo omnis Israel ad Philistim, ut acueret uniusquisque vomerem suum et ligonem et securim, &c.] Hoc non absurde intelligi datur, quia controuersia haereticorum, exercitia sunt catholicorum: & malorum contentio, bonorum acuit sensum: & aduersitas impiorum, sinistra sunt arma iustorum. Quod tamen haeretici, uelut Philistim, omnibus modis cauent, ne pro eorum occasione, uiri catholici arma possint habere spiritalia.

## Caput XIII.

ET accidit quadam die, ut diceret Ionathas filius Saul ad adolecentem armigerum suum: Veni, et transcamus ad stationem Philistim, quae est trans locum illum &c. Pendet enim haec sententia ex superioribus. Ionathas uero cuius nomen sonat colubae donum, sancto; uirorum spiritalium, qui in ecclesia dono spiritus sancti repleti sunt, gestauit figuram

Sabelliani haeretici.

Euthitiani Nestoriani Manichaei Priscillianistae Fotiniani

per quos dominus hæreticorum conuentus disturbat, dissipat, atq; in fugam uertit. Armiger autem eius, eorum sanctorum uirorum præfigurauit discipulos, qui illorum exempla atq; doctrinam sectantes, & indiuidue illis adhærentes, quasi eorum arma portant. Quod autem idem Ionathas & armiger eius aduersus Philistim, non per planiora leuataq; loca, sed per saxosa & ardua iter arripiunt, illud allegorice signat, quod non illi sacerdotibus (q; intra ecclesiam, latam & spatiosam uiam, p. dissolutam uitam, ambulant) hostibus fidei contraire queunt, neq; cum illis spiritaliter dimicare, sed illi potius qui per ardua & angustam uiam gradientes, inter utrunq; testamentum, atq; inter prospera & aduersa, quasi inter duos scopulos dextra laeuatq; incedunt: qui armis sanctarum scripturarum muniti, non procliuius ad ima, sed mentis alacritate, ad altitudinem contemplationis toto adnisi conscendere nituntur. Illud uero iter quod Ionathas armigero suo proposuit, ut nisi ipsi prius ab hostibus prouocati forent, nequaquam ad eos transirent, sed quieti subsisterent. Hoc nobis per huiusmodi iter, signum, sacra scriptura typice innuit: ut ne quis ex catholicis aduersus hæreticos prior contentione arma commoueat, nisi ab ipsis prius ad certamen prouocatus fuerit: quia non per catholicos, sed potius per hæreticos, contentione bella in ecclesia exordium sumunt. Quod autem Ionathas & armiger eius prima congressione aduersus Philistim, non alio in loco, quam in agro culturae dedito, configentes, uiginti numero prima fronte ex hostibus prosternunt. Illud figuratim significare uidetur, quod his doctoribus hæretici cedunt atq; succumbunt, qui intra limites ecclesiae positi, a meditatione legis, uelut ab agri cultura non recedunt. Sequitur: [Sed et Debzai, qui fuerant cum Philistim heri et nudius tertius, ascenderantq; cum eis in castris, reuersi sunt ut essent cum Israel, & reliq; usq; quo ait: Huiusmodi erunt autem Sauli, dicentes quod populus peccasset domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Præuocati estis, uoluite ad me iam nunc saxum grande.] Nam antequam spiritalem figuram aggrediamur enucleandam, manifestandum est, qd est quod scriptura dicit de Ionathas, Illuminati sunt oculi eius, & quid significet iuxta historiam, quod dicit, comedisse populum cum sanguine. Quid est quod sacra scriptura ait, Illuminati sunt oculi Ionathas, propter gustum mellis? nunquid ante cæcus erat? Minime. Sed illuminati sunt utiq; non ad uidentium, quia ante uidebat: sed ad discernendum, quia uetita tetigerat. Sicut de primis hominibus legitur, qui mox ut prohibita gustauerunt, apertos habuisse oculos referuntur, ad discernendum uidelicet inter bonum quod amiserant, & malum ad quod ceciderant. Cæterum aliqui aliter intelligi uolunt. Aiunt enim quod ex nimio calore oculi, & exercitio prælii ac itineris, reuerberati erant, & nimio ieiunio fatigati, non solum corpore, sed & mente fortassis defecerat, ubi sunt oculi interioris hominis: Et ideo cum gustasset gustum mellis, illuminatus dicitur: quia non solum oculi ex refectione corporis (inquiunt) clarius uidere cœperant, sed & interior mens clarior confortata dulcedine mellis, ac promptior resumptis uiribus ad persequendum aduersarios exiit. Vnde & ipse ait: [Turbauit pater meus terram. Audistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum quam ceperat?] Nam quod ait, [Turbauit pater meus terram,] de patris victoria intumuit, & ideo de indicto ieiunio patrem suum reprehendit. Deniq; quod sequitur, [Et uersus ad prædam defatigatus populus, tulit oues et boues et vitulos, et manerunt in terra. Comeditq; populus cum sanguine.] non fecit populus irritum iuramentum. Quod enim Saul adiurauerat, dicens: [Maledictus vir qui comederit panem usq; ad uesperam, donec uiscer de inimicis meis.] ideo dixit, quia uictoria iam potius erant: sed peccasse domino, & cum sanguine comedisse dicitur, quia contra legis præceptum antequam sacrificium uespertinum perageret, comederunt. Sic itaq; usus erat, ut quando homicidium ab eis, aut in suis, aut in exteris fiebat, non comederent anteq; sacrificium uespertinum pro eis fieret. Aliter, peccasse dño & comedisse cū sanguine dicunt, quia mactatis uictimis, non obtulerunt ad sanctuarium sacerdotibus, iuxta legis præceptum, adipem & sanguinem, cū uidelicet sanctuarium secū haberent, Quia locus sanctuarium pcul erat, iubeat

sanguis uictimarum in terram fundi, de his uidelicet uictimis, quas ad suos esus præparabant, quando uero sanctuarium præsens erat, sanguis hostiarum sup altare domini iubeat fundi. Sicut uero illud in lib. Deuteron. Sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari, carnibus aut ipse uesceris. Quod quia præfatus populus non fecit, peccasse dicit dño, & id circo dicit cum sanguine comedisse. Siue quia retro olim p. legem mystice præceptum fuerat, ut ne q; de filiis Israel ouem uel bouem aut capram, uel quodlibet animal, qd dño offerre batur, in castris immolarent, sed ad ostium tabernaculi uniuersa ducerent, & ibi omnia occiderent. Quod quia non fecerant, comedisse passim occidendo referuntur cum sanguine. Licet iste sensus posterior quibusdam placere uideatur: superiores uero, quos posuimus, magis (ut nobis uidetur) historia congruunt. Non ideo dicimus, ut istum refragemus, aut inhibeamus sensum, cum maxime spiritali sensui (de quo in sequentibus, domino duce, dicturi sumus) conuenit: sed prudenti lectori derelinquimus sensum nostrum insinuando, ut si placuerit, mihi consentiendo faueat: quia hic, ut annui, ad radicem historiae pertinet. Ecce fundamentum historiae innuimus, nunc spiritalem significationem pandamus. Sed prius quid significat quod Ionathas filius Saul pergens ad prælium, & ieiunium indicens, uidens super faciem agri mel, extenditq; summitatem uirga, & intinxit in fauum mellis, & gustauit, & illuminati sunt oculi eius, propalabimus: ut postmodum cætera coniunctim insinuare ualeamus. Verum quod ad gustum mellis oculi Ionathas illuminati sunt, (sicut diximus) non ad uidendum, quia antea uidebat, sed ad discernendum, quia uetita tetigerat. Tunc enim casus ille, (sicut Adam) fecit illum attentum, reddiditq; confusum: quid aliud exprimitur, nisi hoc facto admonetur, omnes illecebras uoluptatum in seculo debere contemere, is qui deo nititur militare? Non enim potest contra Allophylos spirituales, id est, aduersus principes tenebrarum, uiribus animi concurrere, qui adhuc huiusmodi negligit dulcedinem declinare. Mel enim distillans (inqt Prover. 5. scriptura) labia meretricis, quod est delectatio uoluptatis carnalis. De quo purat iuxta mysticos intellectus, hunc gustasse Ionathan, & forte deprehensum, uix precibus populi liberatum. Illud uero quod superius descripsimus, quia postquam domini optulante auxilio, Philistim conturbati dispersiq; & in fugam uersi sunt, quicumq; de filiis Israel adhæserant, rursus ad suos Israeliticis reuersi sunt &c. Hanc intelligentiam mystice habere dinoscitur, quod postquam hæreticorum conuentus, domino cooperante, per ecclesiasticos uiros uictus atq; dispersus & in fugam uersus, catholicis cesserit: eos uero qui de ecclesia ab ipsis hæreticis ui uel persione subtracti fuerant, rursus ad ecclesiam, a qua discesserant, redeunt: pleriq; sacerdotes, adhuc diuersa sentientes, & in uarijs sectis seducti, aut illos quos de ipsis hæreticis, quasi oues aut boues, ad ecclesiam reducere potuerint, baptizandos denuo decernunt: sicut quibusdam sacerdotibus olim usum fuerat, ut de hæresi ad ecclesiam conuersi, iterum baptizarentur, sicut faciunt Donatistæ hæretici: quod utiq; illicitum est, eos qui semel abluti sunt, denuo baptizare, aut certe conuersis ex gentilitate, nequaquam secundum ecclesiasticam regulam, rectum baptismum tradere. Quos tamen Christus dominus uelut Saul per ecclesiasticos uiros, ad unitatem fidei, reuocans in fide sua, cuius figuram lapis ille grandis prætendebat, qui omnes credentes, baptizari præcepit. Nam quod præceptum erat, ut ouem uel bouem uel quodlibet animal, quod domino offerre batur, non in castris immolarent, sed ad ostium tabernaculi uniuersa adducerent: prout superior ostendimus, & ibi omnia occiderent, typos adumbrabat futururos. Quod enim in lege ostium, hoc hic ingens saxum, hoc unitas fidei in Christo significat. Nam sicut per oues & boues & uitulos & arietes, diuersos homines ad fidem uenientes significat: ita per occisionem animalium, lauacrum regenerationis insinuat. In quo baptismo, uelut quodlibet animal, uetus homo moritur, & nouus resurgit. Illi enim eosdē credentes quasi diuersa animalia (ut dictum est) occident, sup terram cū sanguine comedunt, qui in uarijs sectas diuisi, in unitate fidei, sicut oportet, nequaquam baptizant. Quos utiq; quasi cū sanguine comedunt, dum illos absq; perfecta purificatione peccatorum sibi aggregant, Quos uelut comedunt, dum se cum illis unum corpus efficiunt, Sequitur:

Deut. 12.

Prover. 5.

Donatistæ hæretici.

22  
22  
22  
22

Genes. 3.

22  
22  
22  
22  
22  
22

» [Ædificauit autem Saul altare domino. Tuncq; primum cepit ædificare altare dño.]  
 » Hebræus non habet, primum, sicut in quibusdam codicibus legimus. Vnde quærendum  
 » (cum antè legatur ædificasse altare, quando à Samuele increpatus est,) cur hic dicitur,  
 » Tunc cepit ædificare primum altare domino? Sed sciendum est ædificasse illum altare,  
 » sed quia inobedienter illud ædificauit, non domino ædificasse intelligitur. Hic autè quia  
 » obedienter & recte illud ædificauit, domino ædificasse perhibetur. [Dixitq; Saul ad  
 » populum; Applicatè huc uniuersos angulos populi.] Angulos populi, principes popu-  
 » li uocat, quibus idem populus, tanquam lapidibus hincinde parietes inhererent, adhare-  
 » bat. Deinde sequitur: Qualiter sortem mittendo deprehensus est Ionathas. Vnde & ait  
 » Saul: [Hæc faciat mihi deus & hæc addat, quia morte morieris Ionathas. Dixitq; popu-  
 » lus ad Saul; Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israele? Hoc  
 » nefas est. Liberauit ergo populus Ionatham ut non moreretur.] Nota quantum profint  
 » transacta bona, contra quælibet minima offensa. Nisi enim Ionatham præterita adiuuif-  
 » sent, imminencia mala nequaquam euadere potuisset. Non enim iniustus est deus, ut ob  
 » liuifcatur bonorum cuiuspiam operum. Caput XV.

» **D**ixitq; Samuel ad Saul: De misit dominus utINGEREM te in regem super popu-  
 » lum eius Israel. Nunc autem audi uocem domini, hæc dicit dominus exercitu-  
 » um: Recensui quæcunq; fecit Amalec Israel &c, usq; quo ait, Non parcas ei  
 » & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice a viro usque ad mulierè, & paruulū  
 » atq; lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum.] Recensere dicitur deus mala Ama-  
 » leitarum, sicut p Moysen olim in lege prænuntiatum fuerat. Vnde ideo iumenta Ama-  
 » lec Israel dominus demoliri iubet, ut nec in iumētis memoria fieret. Dominus enim di-  
 » xerat se deleuerat memoriam Amalec de sub cælo, idcirco præcipitur Sauli, ut eam pe-  
 » nitus ab homine usq; ad iumenta deleteret. Et quia eius memoria penitus deleta non fuit,  
 » Saulis peccatum & inobediencia in causa extitit, sicut sequens historia ostendit. De quo  
 » Amalec ita in libro Deuteronomij dicitur: Memeto quod fecerit tibi Amalec in uia qm  
 » egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit & extremos agminis tui, qui lassī reside-  
 » bant, cæciderit. Lassos hic Hebræi immundos secundum legem, extra castra manentes in-  
 » telligūt. Quos cæcidisse Amalecitas dicuntur, quia sicut ipsi tradunt, eorum circūcisio-  
 » nem amputauerunt, & in subsannationem dei in cælum profecerunt. [Dixitq; Saul Ci-  
 » næus: Abite, recedite, atque discedite ab Amalec, ne forte inuoluam te cum eo, & reliq;.] Ci-  
 » næus ipse est Iethro cognatus Moysi, de cuius genere erant Cinæi, qui descenderant ad  
 » Amalec, & habitabant cum eo, qui utiq; eorum sanguineus erat, & hæreditatem in  
 » eius terra habebant. Misericordiam uero Cinæus cū filijs Israel fecisse dicitur, siue quia  
 » Moysen fouit in terra Madian, siue quia consilium dedit Moysi, qualiter multitudinē po-  
 » puli gubernaret. [Fluuiatum est Samueli eo quod uenisset Saul in Carmelum, & cretisi-  
 » set sibi fornicem triumphalem.] Consuetudo erat regum, ut quando uictoria potiebantur,  
 » facerent arcum, hoc est, fornicem de myrtetis & palmis & oliuis, ob signū uictoriæ,  
 » prout quibusdam uidetur. Cæterum si quis arcum ex lapidibus intelligere uoluerit, in  
 » quo uictoriam suam more regum depinxerat; non inhibemus, sed potissimum consenti-  
 » mus, quia in Salomone legimus: Dissipabit impios rex sapiens, & curuabit super eos for-  
 » nicem. Quod alia translatio, rotam molarè, dicit. In quo ad æternam memoriam laudes  
 » ac uictorias suas reges describebant. [Ait autem Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo  
 » tibi quæ locutus sit dominus ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere. Et ait Samuel: Nonne cū  
 » paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Quid per increpatio-  
 » nem hanc, nisi superbia elati regis obijcitur? Quod ad correctionem suam poterit quisq;  
 » qui prælatens est conuerrere. Paruulum se Saul in suis prius oculis uiderat, sed fultus tē-  
 » porali potentia, iam se paruulum non uidebat. Cæterorum nang; comparationi se præ-  
 » ferens: quia plus cunctis poterat, magnum se præ omnibus æstimabat. Miro autem mo-  
 » do, cum apud se paruulus, apud dominum magnus; cum uero apud se magnus apparū-  
 » it, apud deum paruulus fuit. Plerunq; ergo dum ex subiectorum affluentia animus infla-

Deute. 25.

Nume. 31

Exod. 2. 5.

Prover. 20

» tur, in luxum superbia ipso potentia fastigio lenocinante corrumpit. Quod Sauli consi-  
 » gisse dicitur. Cui & dicitur, [Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribu-  
 » bus Israel factus es?] Acti diceretur, Cum tu te paruulum conspiceres, ego te præ cæ-  
 » teris magnum feci. Quia uero tu te magnum conspicias, à me paruulus æstimaris. Vnde  
 » cum à Samuele increparetur, quare uocem domini non audierit, ex ipso factu superbia  
 » respondit, dicens: Imò audiui uocem domini, & ambulauit in uia per quam misit me do-  
 » minus. Malum enim supra malum adiecit, quia culpam suam non solum agnoscere dis-  
 » dignatus est, sed etiam superbiendo defendere studuit, ac per hoc defendendo accumulauit.  
 » uit. Deniq; in hoc quod subiungit, [Tulit autem populus de præda, oues & boues primum  
 » tias corum quæ cæsa sunt, ut immolet domino deo suo in Balgalis.] Primitiæ hic ea quæ  
 » potiora & meliora erant, intelligendæ sunt. Sequitur: [Et ait Samuel: Nunquid uult do-  
 » minus holocausta & uictimas, et non potius ut obediatur uoci dñi? Melior est enim obe-  
 » diencia, q̄ uictimæ: & auscultare magis, quam offerre adipem arietum. Quoniã quasi pecca-  
 » tum ariolandi, est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.] Hic em̄ nō  
 » aliud dicere possumus, nisi sententiam summi tractatoris papæ Gregorij, quam in libris  
 » moralium moraliter exponēs, dum de bono obedientiæ tractaretur inseruit. Ait enim:  
 » Obedientia uictimis iure præponitur, quia per uictimas aliena caro, per obedientiam  
 » uero, uoluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque citius deum placat, quanto ana-  
 » te eius oculos repressā arbitrij sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo contrario,  
 » ariolandi peccatum inobediencia dicit, ut quanta sit uirtus obedientiæ demonstret. Ex  
 » aduerso ergo melius ostenditur, quid de eius laude sentiat. Si em̄ quasi peccatum ario-  
 » landi, est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere; sola est obediencia quæ  
 » fidei meritum possidet, qua sine quisq; infidelis uideat. Hinc per Salomonem in ostensi-  
 » one obedientiæ dicitur. Vir obediens loquitur uictorias. Vir quippe obediens uictoria-  
 » as loquit; quia dum alienæ uoci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus.  
 » Quid enim prodest indiscrete deo aliquid offerre uelle, & eius cōtraire præceptis? quia  
 » nequaquam quis ualet de oblati muneribus, dominum sibi placare, qui negligit obtem-  
 » perare iussis. Quia enim bonorum nostrorum non indiget, nostra datone minime pa-  
 » scit: Et ob hoc melior est obedientia quàm uictimæ. De qua plenius in libris moralium  
 » legere quis poterit. [Dixitq; Saul ad Samuel. Peccaui quia præuaricatus sum sermo-  
 » nem domini, & reliq; usq; quo ait, et proiecit te dominus ne sis rex super Israel.] Cor-  
 » ripti propheta regem pro inobediencia, quia mandatum explere non curauit, prædixit  
 » q; ei regnum dimissurum, quia rectitudinem mandatorum dei, sequi noluit. Et merito  
 » ille de potestatis culmine abijcitur, qui rite regimen tenere nescit. Ipse enim regimen ri-  
 » te tenet, qui se superiori per humilitatem, ad obediendum subijcit, & inferiori per auto-  
 » ritatem ad docendum anteponit. Si enim Saul dei mandatis obediret, rite populo præ-  
 » esset. [Et conuersus est Samuel ut abiret. Ille autè apprehēdit summitatē pallij eius, quæ  
 » & scissa est, & ait ad eum Samuel, Scidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit il-  
 » lud proximo tuo, meliorite.] Nota mysterium, quod sicut in passione domini, ponti-  
 » fex uestimentum suum scidit, ita rex Saul uestem propheta nunc scindere describitur.  
 » Per utranq; enim potestatem, & regalem uidelicet & sacerdotalem, scissio uestimento-  
 » rum facta est, ut demonstraretur stabilitatem regni & sacerdotij in populo Iudæorum fie-  
 » ri non posse, qui uerum regem & sacerdotem ad se uenientem, dominū uidelicet Chris-  
 » tum recipere noluerunt. [Porro triumphator in Israel, nō parceret & pœnitentia non fle-  
 » ctetur, neq; enim hō est, ut agat pœnitentiam.] In hebræo legitur: Porro triumphator Is-  
 » rael non menties. Triumphator iste deus est, cui omnis uictoria recte ascribit. Non men-  
 » tietur, quia ea quæ promittit sibi famulantibus, largitur. Pœnitentia non fleuitur, quia  
 » non pœnitit eum de bonis quæ largitus est, quia mutabilis non est, sed secundum iustiti-  
 » am & ueritatē, uniuersa djudicat. [Dixitq; Saul, Peccaui. Sed nunc honoro me cor-  
 » ram senioribus populi mei, & coram Israel.] Acti dixisset, Honora me sicut regē, ut ego  
 » præcedam sicut rex, & tu sequaris, ut adorem dominum: deum tuum. Senes autem po-

90

90

90

Prover. 23

90

90

90

90

Matth. 20

90

90

90

puli sui, suam tribu: & coram Israel, ceteras tribus Israel dicit. Sed in hoc quod ait; [bonora me coram senioribus populi mei,] uerecundiam passus, ac superbia detentus locus est, quia timebat honores amittere, & ideo non obtinuit quod petijt, dicens; Peccauit & reliq. Quisquis enim sub specie confessionis humanos adhuc honores amittere timet, iste indulgentiam quam ficta humilitate postulat, a deo adipisci non ualet. Neque enim potest in confessione poenitentiae assequi ueniam, ubi praeter elatio metis. Nam quid aliud est, de reatu facinoris in conspectu hominum reprehendi refugere, nisi superbia cordis, per quam peccator dum displicere hominibus refugit, ueniam quam a deo accipere poterat a semetipso excludit? Ficta enim humilitas, ueniam a deo consequi non ualet. Sed notandum quod alia editio habet, [Non reuertar tecum (inquit) Samuel, quia spreuisti uerbum domini, et spernit te dominus rex super Israel. Et conuerit Samuel faciem suam ut abiret. Et tenuit Saul penulam diplomatis, et dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel; Dirupit dominus regnum Israel de manu tua hodie, et dabit proximo tuo bono super te, et diuiderur Israel in duo, et non auertetur neque poenitebit eum, quoniam non est sicut bos ut poeniteat eum. Ipse enim natus et non permanet.] Iste cui dicit, [spernit te dominus rex super Israel,] quadraginta regnauit annis super Israel, tanto scilicet temporis spatio, quanto & ipse Dauid, & audiuit hoc primo tempore regni sui. Intelligamus ideo dictum, quia nullus de eius stirpe fuerat regnurus, & respiciamus ad stirpem Dauid, unde exortus est secundum carnem dominus, mediator dei & hominum, homo Christus Iesus; prout beatus Augustinus ait, Et in Graecis exemplaribus legitur. Dirupit dominus regnum Israel de manu tua, ut hoc intelligatur de manu tua. Quod est ab Israel. Ipsi namque populi gerebat personam, si gurate homo iste, quod populus regnum fuerat amissurus, Christo domino nostro spiritaliter regnuro. De quo cum dicit, [et dabitur illud proximo tuo,] ad carnis agnationem id refertur. Ex Israel Christus secundum carnem, unde & Saul. Quod uero additum est, [bono super te,] potest quidem intelligi [meliori te.] Acti dicat, ut quia ille bonus, est ideo sit super te, iuxta illud aliud propheticum: Donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. In quibus est & Israel, cui suo persecutori regnum abstulit Christus. Unde & dicit, [et diuiderur Israel in duo,] In Israel scilicet inimicum Christo, & Israel adhaerentem Christo. In Israel ad ancillam, & Israel ad liberam pertinendum. Nam ista duo genera primum simul erant, donec sterilis per gratiam Christi fecunda, eijceret ancillam & filium eius. Propter peccatum quidem Salomonis, regnante filio eius Roboam, sciamus Israel in duo fuisse diuisum, & ita perseverasse donec a Chaldaeis captiuaretur. Sed hoc quid ad Saulem? cum si tale aliquid cominandum esset, ipsi Dauid fuerit potius cominandum, cui erat filius Salomon. Postremo inter se Hebraea diuisa non est, sed indifferenter in eiusdem erroris societate dispersa per terras. Diuisio uero illa, quam deus sub persona Saulis illius regni, & populi figuram gerentis, eidem regno populoque minatus est, quoniam non est sicut homo ut poeniteat eum. Ipse minatur & non permanet. Id est, homo minatur & non permanet. Non est autem deus, quem poenitet sicut hominem. Vbi enim legitur quod poeniteat eum, mutatio rerum intelligitur, immutabili praesentia manente diuina. Vbi ergo non poenitere dicitur, non mutare intelligitur. Proxius insolubilem uideamus per haec uerba prolata diuinitus fuisse sententiam, de ista diuisione populi Israelici & omnino perpetua quaecumque transierit, aut transibunt ad Christum, nunquam erunt cum Israeliticis, qui eius inimici usque in finem uitae huius esse persistunt. Sed in diuisione, quae hic praenuntiata est, perpetuo permanebunt. [Dicitque Samuel. Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatas est ei. Et in frustra concidit Samuel Agag coram domino in Balgallis.] Quando legitur quidem in scripturis, quod sancti nulli hostium parcunt, efficiunt, ut humanum sanguinem sitientes dicuntur, quia & iusti ita percusserunt hostes, ut non relinqueretur ab his qui saluus fieret. Et non intelligunt sub his uerbis adumbrata mysteria, & hoc magis nobis indicari, quam impugnantes aduersus uitia, nulli penitus relinquere debeamus, sed omnia interimere, ne si pepercerimus, reputetur nobis in culpam. Sicut scriptum est de Saul, qui uiuum seruauerat regem Amalec, Quomodo enim quisque

iustus manebit, si adhuc aliquid peccati in semetipso seruauerit sicut Saul? At uero sancti, in figura Samuelis, ita seruiunt super hostes suos, id est, super uitia peccatorum, ut non permittant relinqui aliquid peccati impunitum. [Ueritamen iugebat Samuel Saul. Quoniam dominum poenitebat, quod constituerat regem Saul super Israel.] Hic enim benignitas perfecta sanctorum in Samuele propheta erga Saul praestensa est, qui dum sciret Saul peccasse, ex affectu benignitatis iugebat eum. Sic etiam Paulus iugebat illos, quod post fornicationem & immunditiam, non egerunt poenitentiam.

**D**icitque dominus ad Samuel: Imple cornu tuum oleo, et ueni ut mittam te ad Isai Bethlehemitem, prouidi enim in filiis eius regem mihi. Fecit Samuel prout dominus imperauit, et uenit Dauid pascens oves patris sui in medio fratrum suorum, qui erat rufus et pulcher aspectu, decoraque facie. Sed uideamus eundem Dauid, quomodo Christum propheticè significauerit. Dauid enim interpretatur manu fortis, siue desiderabilis. Et quid fortius leone illo de tribu Iuda, qui uicit mundum? Et quid desiderabilius illo? de quo dicitur: Veniet desideratus sanctis gentibus. Vngit iste Dauid in regem futurum, denuntians per unctioem illam Christum. Christus enim a chrismate appellatur. Reprobatis septem filiis Isai maioribus, minimus aetate electus est ad regnum; Quia spreto Iudaico sacerdotio, & regno prioris populi, qui sabbatissimum secundum legem seruabant, Christus dominus noster, caput minoris populi, qui sacerdotio perpetuo functus est: & in regem unctus, cuius regnum non habet finem, & cui omnes gentes, tribus & linguas, seruiunt. Quod autem in medio fratrum suorum unctus esse dicitur, hoc est quod Propheta de domino ait, Vnxit te deus deus tuus, oleo laetitiae praefortibus tuis. Dauid ab officio pastoralis pecorum, ad hominum regnum transfertur; noster autem Dauid ipse Iesus, ab ouibus Iudaicae plebis ablati, in regnum gentium translatus est. In iudaea enim plebe non est modo Christus, ablati sunt inde, nunc gentium greges pascit. [Surgenque Samuel, abijt in Ramatha. Spiritus autem domini recessit a Saule, et exagitabat eum spiritus nequam a domino.] Quaritur de hoc spiritu nequam, si domini, cur malus? Si malus, cur domini? Sed duobus uerbis comprehensa est haec sententia. Et in domino potestas iusta, & in diabolo potestas iniusta. Nam idem spiritus, malus, per nequissimam uoluntatem, & idem spiritus, domini, per acceptam iustissimam potestatem. Unde ergo spiritus domini appellatus est diabolus, propter ministerium, quia omnibus etiam spiritalibus malis, bene uti dicitur; uel ad damnationem quorundam, uel emendationem, uel ad probationem. Et licet afflictionem semper appetat, tamen si ab autore nostro potestatem non accipit, idem malignus spiritus ad tentationis articulum nullatenus conualescit. Unde & omnis uoluntas diaboli iniusta est, & tamen, per mittente deo, omnis potestas iusta. Bene ergo dicit, spiritus domini malus exagitabat eum. Domini, uidelicet per licentiam potestatis iustae, malus autem, per desiderium uoluntatis iniustae. Et quamuis malignitas a domino non sit, potestas nisi a deo non est. Sic & alibi dictum est etiam, sopor domini, qui occupauerat milites eiusdem Saul, cum Dauid haestam & scyphum abstulisset, a capite dormientis. Non quia sopor tunc in domino erat, ut ipse dormiret, sed quia ille sopor, qui tunc homines apprehenderat, nutu dei iratus; ne Dauid a seruis eius in eo loco praesentia sentiretur. Dicitur ergo spiritus malus, domini, hoc est minister dei, ad faciendum in Saul quod eum pati debere omnipotentissimus iudicabat. Quoniam spiritus ille (ut dictum est) uoluntate qua malus erat, non erat dei creatura uero qua conditus erat, & potestate qua non suam, sed domini omnem aequitate accepterat, domini erat. Hoc secundum historiam dictum est. Tropologice uero per Saul, populus praefigurabatur Iudaeorum, qui in aduentu saluatoris, ob impietatem suam a deo derelictus est. Spiritus sanctum, quem olim acceperat, amisit atque ab spiritu nequam, hoc est, diaboli mendacio, usque nunc agitur. [Igitur quando cumque spiritus domini arriperebat Saul, tollebat Dauid citaram et percutiebat manu sua, et resocillabatur Saul, et lectus habebat, Recedebat enim ab eo spiritus malus.] Pendet enim ex superioribus. Hic etiam prout supra, Typum tenuit saluatoris; Dauid in canticis musicis eruditus erat, &

1. Timo. 2. Augustinus.  
Psal. 109  
1. Corint. 15  
Gene. 21.

2. Corin. 2.  
Apoca. 5.  
Haggei. 2.  
Daniel. 7.  
Psal. 44.  
1. Reg. 16.  
d ij

dominus IESVS CHRISTVS in ecclesiae unitate varijs concentibus in expositione sanctarum scripturarum quotidie resonat, & suauitate mystica modulatur. David in cithara canens malignum spiritum fugabat, & Christus per uirtutem crucis suae demones oppressit, atque de corde credentium fugauit. Non enim in cithara illius tanta uirtus erat, sed mysterium crucis Christi, per lignum extensione neruorum, mystice gerebatur: in qua etiam passio Christi cantabatur. David octauus & minimus frater in regno eligitur, & dominus Iesus Christus semetipsum exinanit, formamque serui accipiens, per gloriam resurrectionis suae, & euangelicam praedicationem (hoc enim facti octaui niteri obtinet arcanum) regnum in gentibus adeptus est. David pulchra facie esse describitur, quia & dominus Iesus Christus speciosus forma est, praeter filijs hominum. David rufus esse narratur, & de saluatore nostro propheta canit: Quis est iste qui uenit de Edom? & reliqua, quod interpretatur rubeus, siue sanguineus. Caeterum moraliter nos instruit, quod cum Saulem spiritus immundus inuaderet, apprehensa David cithara eius, uesania sedabat. Plerumque superbus, diues, exhortationis blandimento placandus est, quia & plerumque dura uulnera, per lenia fomenta mollescunt, & furor insanorum saepe ad salutem, medico blandiente, reducitur. Quae ab eis in dulcedinem condescenditur, languor insaniae mitigatur. Neque enim negligenter intuendum est, quod cum Saulem spiritus aduersus inuaderet, apprehensa David cithara, eius uesania sedabat. Quid enim per Saulem nisi elatio potentium? Et quid per David inuicitur, nisi humilis uita sanctorum? Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, David canente, eius uesania temperat, quia cum sensus potentium per elationem in furorem uertitur, dignum est ut ad salutem mentis, quae si dulcedine citharae, locutionis nostrae tranquillitate reuocetur,

## Caput XVII.

**C**ongregantes uero Philistinim agmina sua in praedium conuenerunt in Sochoth, & reliqua. Sochoth est oppidum in tribu Iuda, ut in libris locorum legitur. Sunt autem usque hodie uiculi duo pergentibus Aeliam de Eleuteropoli in nono miliario uiae publicae, unus in monte, & alter in campo, postea qui Sochoth nuncupatur. Interpretatur uero ramus uel humilitas, Azeca ciuitas Chananaeorum in parte tribus Iudae, ad quam usque persecutus est Iesus quinque reges. Sed & hodie uocatur uilla Azeca, inter Eleuteropolim & Aeliam, & interpretatur fortitudo, siue decipula. Domus siue domus in tribu Iuda uicus grandis est, in Daromam, hoc est, ad australem plagam in finibus Eleuteropoleos, decem & septem ab ea miliaribus distans, & interpretatur filium suum gaudium. Porro Saul & uiri Israel, congregati sunt in ualle Therebinthi. Therebinthus est in Sichimis, sub qua abscondit Iacob idola iuxta Neapolim. Hinc refert Iosephus, quod Palaestini castrametati sunt in Sochoth & Azeca. Contra quos denuo Saul perduxit exercitum, & super quendam montem castra ponens, coegit Palaestinos priora quidem castra relinquere, & ex aduerso montis, quem Saul apprehenderat, aduenire. Diuisitque eorum exercitus medius mons, qui erat positus inter eos. Et egressus est uir spiritus de castris Philistinorum nomine Goliath, & reliqua. Igitur quemadmodum in exordio polliciti sumus, paulatim historiam tangere cupimus, ut postmodum culmen spiritualis intelligentiae deponamus. Spurius dicitur, quia ex patre gigante, matre uero Getha, natus erat. David autem erat filius uiri Ephraemae de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios. Quae res, cur hic octo filios habere dicatur, cum in Paralipomenon non amplius quam septem leguntur? Quod ita soluit, Nathan itaque prophetam, filium Samae filij sui, quem in loco filij educauerat & nutrierat, inter filios numerat. Nam & coram Samuele septem eius filij leguntur adducti, & octauus esse in pascuis. In quos Nathan adductum fuisse manifestum est, qui & Ionathan uocatur. De quo in extrema parte Samuelis dicitur. Percussit autem eum Ionathan filius Samae fratris David. Et notandum, quod ubicumque propheta uocatur, Nathan scribitur, non Ionathan. Dicitur ad David pater tuus, Uade ad fratres tuos uisitabis si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disce. In Hebraeo ita habet, Et fratres tuos uisitabis si recte agant, & pignora

ra eorum tolles. Pignora in hoc loco, Hebraei libellum repudij intelligunt. Secundum usum gentis illius fecerunt, ut quando ibatur ab eis in pugnam, libellos repudij ciuibus suis darent, ut si contigisset uirum in praedio capi, & in captiuitatem duci, mulier eius expectatis tribus annis, si uir eius non redisset, alium duxisset uirum. Eligat prudens lector quid sibi placuerit, nos simplicitate historiae nostrae tenere decreuimus. Dicitur eis frater tuus: Quare uenisti & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, Et reliqua. Nolle se dicit illius superbiam & nequitiam cordis, quia putabat eum tumore cordis eleuari, eo quod Samuel illum unxisset in regem. Assumens autem David caput Philistaei, acutit illud in Ierusalem. Arma uero posuit in tabernaculo. Quod dicitur attulisse David caput Philistaei in Ierusalem, anticipatio est, quod postea fecit. Arma uero eius, id est Philistaei, non est intelligendum quod in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernaculo domini, de quo tabernaculo postea ab Ahimelech sacerdote accipit, ideoque superfluo additum est, suo. Dicitur Abner, uiuit anima tua rex si noui. Secundum illud locutionis genus hoc dictum est, quod alibi legitur, benedixit Nabath deo & regi. Ac si diceret, Non uiuat anima tua rex si noui. Aliter: Videam mortem tuam, si noui. Seu etiam ut quidam uolunt, si, positum est pro, non, aduerbio, ut est illud Psalmista: Si introibunt in requiem meam. Id est, non introibunt. Si noui dicit, ac si diceret, non noui. Vritur enim modo iurandi per uitam regis, & affirmat se non nosse unde sit David. Hoc etiam modo usus est Ioseph, quando ait fratribus suis: Per salutem Pharaonis, non regrediemini hinc, donec ueniat frater uester minimus.

Ecce historiam (sicut spondimus) summam tetigimus, nunc figuras spiritualium rerum subiungamus. Ait enim sacra descriptio, Congregantes uero Philistinim agmina sua, & reliqua. Quid per Philistaeos, nisi aduersarias potestates? Et quid per Goliath Gethaem, nisi caput omnium malorum diabolus praefiguratus est? qui aduersus populum dei, cum satellitibus suis ab origine mundi dimicauit, sed ante aduentum ueri David, hoc est humani generis redemptoris, a nullo superari poterat. Geth uero ciuitas eiusdem Goliath, quae interpretatur torcular, praesentis mundi seu inferni praetendebat similitudinem, in quo mundo atque inferno, diabolus humanum genus peccatis obnoxium, uelut in torculari conculcabat. Enormitas, siue altitudo ipsius Goliath, diaboli designabat superbiam. Septenarius namque numerus, supernae quietis obtinet sacramentum, ex qua idem Zabulus ob superbiam suae meritum exclusus, in hunc mundum, qui sex diebus factus esse narratur, lapsus est. Et quia super delinquentem creaturam, propter peccati meritum, in hoc mundo principatum obtinuit, quasi palmam super ipsius mundi creaturam superbiendo extulit. Arma uero Goliath, & operimentum eius, torius diaboli impietatem atque nequitiam demonstrabant, per quae humanum genus debellando graui pondere peccatorum depresserat: quae arma impietatis, deus Iesus Christus igne spiritus sui sancti, sicut Psalmographus canit, combussit & ad nihilum usque redegit. Procebat uero Philistaeus mane & uespere per quadraginta dies, & reliqua. Quadraginta dies quibus Goliath aduersus populum Israel stetit narratur, omne tempus uiae praesentis, propter denarii numeri perfectionem, atque mundi quatuor partes, siue quatuor elementa, & quibus uisibilis creatura constat, figuram habuisse non dubium est. David a patre suo ad uisitandum fratres missus est: similiter & Christus dominus, a deo patre ad oues quae perierant domus Israel, se destinatum dicit. David ephi polentae, hoc est trium modiorum mensuram, fratribus suis derulit, & Christus per nouam doctrinam quam ecclesiae suae tradidit, mysterium sanctae trinitatis cunctis credentibus commendauit. David decem formellas casei tribuno derulit, & dominus IESVS CHRISTVS decalogi legis, populo Iudaeorum tradidit, Goliath Gethaem, personam diaboli gestabat, qui de altitudine superbiae suae se iactans, per omne tempus quod ante aduentum saluatoris decursum est, aduersus populum dei dimicans, in imo huius mundi, uelut in ualle, a nullo poterat superari. Eliab frater David maior, qui interpretatur, deus meus pater, typum gestasse Iudaeorum non dubium est, qui licet falsa opinione, se domini patrem habere mentiuntur, per



hoc uero quod dominum IESVM CHRISTVM filium eius æmulati sunt, ab hæreditate filiorum dei degenerauerunt, & primogenita quæ illis iure debebantur, ob culpæ meritum, perdidierunt. Dauid leonem pariter & ursum necauit, & dominus Iesus Christus diabolum hominibus latenter insidiantem, & ante Christum in posterum manifestissime seuiuentem, in iudicio puniturus est. Dauid arma Saulis deposuit, quia & Christus corporalia sacramenta legis, atque carnalia bella, quæ non sunt imposita gentibus, repulit. Onera nanque legis legimus, sed carnaliter non obseruamus. Quinque lympidissimos lapides de torrente elegit, & in peram pastorem misit, & Christus dominus quinque libros Mosæ legis, de fluuio seculi huius assumpsit. Labitur enim mortale seculum, & præterfluit quicquid uenit in mundum. Erat enim in flumine tanquam in populo illo. [Et in peram pastorem misit. Nam ipse est deus uerus pastor animarum. Vas quoque pastorale, quo lac (ut nonnulli dicunt) mulgere cõsueuerat, diuinam significat gratiam, quæ legi coniungitur, quæ intelligitur in quinque lapidibus, sine qua non impletur. Dauid rufus & pulcher fuisse narrat, quia de domino Iesu Christo in Canticis canticorum ecclesia dicit, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. De cuius pulchritudine superius prælibauimus, Goliath Dauid ad pugnam prouocauit, similiter & elatio diaboli Christi humilitatem paruipendens, ab ipso prostratus est. Baculus Dauid à diabolo despectus, mysterium gestauit dominicæ crucis. Dauid ex quinque lapidibus unum iecit, quia & Christus qui ex lege nuntiabatur, singulari potentia, per unitatem fidei & grām suam, diaboli supbiam prostrauit. Funda uero ecclesiam præfigurauit, quæ per uolumina temporum, uelut in circuitu uoluit. Dauid Goliath in fronte percussum prostrauit, similiter & Christus deuictio diabolo, qui ei hæserant se infigens, ab eius societate fecerens, fidei suæ subdidit: hoc enim indicabat, quod idem Goliath percussus in faciem ruit. Dauid Goliath percussio, gladium eius tulit, hoc fecit noster Dauid, qui eundem diabolum de suis, quando credunt magnitudinem eius, quos ille in potestate habebat, & de quibus tetras animas trucidabat, conuertunt linguas suas contra diabolum, & sic Goliath de gladio suo caput inciditur. Dauid gladium Goliath in Ierusalem detulit, similiter & Christus eos quos de potestate diaboli rapuit, ad defensionem altaris fidei in ecclesiam suā transtulit. Saul de Dauid Abner, uelut p̄ incognitum requirit, de qua stirpe descendit, uel cuius esset filius, cum iam dudum ipse Dauid ei ministrasset, atque in conspectu eius ad repellendum nequam spiritum assisteret. Sic nimis cæcitas Iudæorum dominum Iesum Christum per legem & prophetas, uenturum esse nouerunt: & quem in præsentia corporali per administrationem uirtutum, filium dei esse approbare poterant, tanquam ignorantes, dicunt ei: Tu quis es? & ubi est pater tuus? Moraliter uero Dauid typum tenuit domini, quia uidelicet manu fortis interpretatur. Goliath quidem hæreticorum superbiam signans, qui cum gladio ratione dominicæ fidei superati sunt. Dauid uero cum pera pastorali uenit ad prælium, sed eundem Goliath Dauid superans, suo gladio occidit: quod sancti quoque agunt, qui præmissi Dauid membra, ex eius fieri diagnatione meruerunt. nam cum superbientes hæreticos & sacræ scripturæ sententias deferentes, eisdem uerbis atque sententijs quas proferunt, uincunt, quasi elatum Goliath, gladio suo detruncant.

Caput XVIII.

**E**t factum est cum compleret loqui ad Saul, anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam, & reliq. Ionathas filius Saul, cuius anima Dauid colligata est, illos sanctos significasse uidetur, qui domino IESU CHRISTO ex populo Iudæorum per fidem adhæserunt, qui accepta spiritualem & gratia, pro Christi amore relicti omnibus, ipsum secuti sunt, sicut fuerunt apostoli. & illi qui in actibus apostolorum uidebant omnia, & pretia afferebant ad pedes apostolorum. Quod autem idem Ionathas uestimentis suis, atque armis se nudauit, & Dauid uestiuit, hoc indicasse uidetur: quod cuncta sacramenta spoliata, hoc est sacerdotum atque prædicatio, quæ populo Iudæorum olim collata fuerat, ad Christi ecclesiam transfereretur.

da essent. Siue secundum superiorem sensum, bene à tunica usq; ad baltheum omnia dedit: quia credentes quicq; quicquid habere poterant in hoc mundo, omnia in lucrum Christi conferre satagebant. [Porro cum reuenteretur, percusso Philistæo, Dauid, egressæ sunt mulieres de uineris urbibus Israel cantantes, chorosq; ducentes in occursum regis Saul in tympanis lætitiæ & in sistris, & præcinebant mulieres ludentes atq; dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Frater est autem Saul nimis, & displicuit oculis eius iste sermo. Dixitq; Dederunt Dauid decem millia, et mihi mille dederit. Quid ei superest, nisi solum regnum. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid ex die illa & deinceps.] Sic enim accipitur: Saul aduersus Dauid inuidia exaruit, similiter & populus Iudæorum aduersus Christum dominum emulationes suo malo pariter cõspirati sunt. Et dum audiebant Christum prædicari in ecclesijs, quem ipsi neci tradiderunt: & de uis Gloria eius qui hostem antiquum triumphauit, credentes in laudibus ipsius congratulantes: grauius inde offensi sunt. [Post diem autem alteram inuasit spiritus dei malus Saul, & prophetauit in medio domus suæ. Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies. & reliq.] Quod autem dicit Linuasit spiritus dei malus Saul, more arripitiorum agebat, & prophetauit. [Prophetauit enim in hoc loco non est aliud intelligendū, nisi aliter na retulisse. Quod uero sequitur de Dauid, [Et egrediebatur & ingrediebatur in conspectu populi.] Sic accipiendum est: Quando egrediebantur in pugnam, ipse primus, morte regio, egrediebatur in conspectu eorum, & regrediebatur. [Dilexit autem Michol filia Saul altera Dauid. Et nuntiatus est Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul: Dabo eam illi, ut sit ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum. & reliqua.] Deniq; his duobus periculis, Saul Dauid putabat interim posse, scilicet aut insidijs filiarum suarum, à qua se uidebat multum amari, aut causa præputiorum Philistinorum, propter quæ adipiscenda Philistæos bello erat aggressurus. Vnde & ait: [In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad Dauid clam me, dicentes: Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te &c.] In duabus ergo rebus generum suum sibi futurum dicit, quia iam attulerat præputia Philistinorum pro Merob, quam Saul dedit Hadrielæ Molathite, & postea pro Michol ducenta. Et quauis non aperte dicat pro Merob Saul si præputia Philistinorum Dauid dedisse, tamen qui præcedentia & subsequente perlegerit & scrutatus fuerit, inueniet eum bis Sauli præputia Philistinorum dedisse. Nam superior dixerat Saul, [Non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philistinorum.] In sequentibus uero ait: [Non habet necesse re sponsalia, nisi tantum centum præputia Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis regis.] Et subiungit scriptura, [Porro Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorum. Quibus renuntiauerunt serui eius Dauid uerba quæ dixerat Saul, & reliqua.] Ecce hanc sententiam, ita digestimus, prout opinio aliquorum commentatur: quam si quis recipere noluerit, non contradicimus, sed si melius intellexerit, sequi gaudenter gratulabundū decreuimus. Ceterum dicamus prout nobis uidet. Bene ait: [In duabus rebus gener meus eris hodie.] Videlicet quia tā ingentē gigantē prostrauerit, & in hoc dignus erat tantæ uirtutis, ut gener regis efficeretur: Et hæc est una res. Altera uero quam ei proposuit, scilicet si centum præputia Allophyorum deferret, qui non solum centum, uerum etiam ducenta attulit. Et unde creditur regio perire uoto, inde actus est gloriosiori trophæo. Ecce historia.

Ceterum tropice, quod Saul callide simulat Dauid offerre discrimini, & unde creditus est regio perire uoto, inde actus gloriosiori trophæo: intelligit, quod Iudæi dum contra uoluntatem dei, Christum interficere nisi sunt, per id salurem gentium egerunt, per quod crediderunt extinguere. Quod enim Dauid alienigenarum præputia attulit, & sic denuo filiarum Saul nuptijs hæsit, significabat quod CHRISTVS non prius synagogam connubio suo sponderet, nisi gloriosus ingentibus fieret. Prius enim in nationibus resecauit carnis pollutionem in utroque sexu, & postea copulatus est synagoga. Postquam enim (sicut scriptum est) introierit plenitudo, tunc omnis Israel saluus fiet, Dupla aut, id est ducenta præputia attulit, siue pro Iudæis & gentibus acquisitis, Romæ

siue quia maior est numerus acquisitionis populi gentium, quam credentium Iudaeorum. Deinde odium Saul aduersus Dauid intantum auxit, ut rex ob medelam sui spiritus, Dauid more psallentem, iaculo conaretur configere. Quid est quod dum Saulem spiritus aduersus inuaderet, apprehensa Dauid cithara, eius uesaniam mitigabat? Per Saulem enim, Iudaeorum elatio; per Dauid autem, humilitas Christi significatur. Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, Dauid canente, eius uesania temperatur: quia cum sensus Iudaeorum per blasphemiam in furorem uertitur, dignum est, ut ad salutem mentes eorum, quasi dulcedine citharae, locutionis euangelicae tranquillitate, reuocentur. Nam quod nisus est Saul configere Dauid lancea in pariete, & Dauid declinauit, & lancea casto uulnere perlata est in parietem, possumus iuxta quosdam ita intelligere, quod praedicante Christo euangelium, Iudaei meditati sunt ei mortem inferre, sed dum ille ab eis ad salutem gentium uiuus secessit, solam duritiam mentis illorum, malitia sua laesit,

## Caput. XIX.

22 **D**ixitque Jonathas ad Dauid: Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in  
23 agro ubicumque fuerit, et ego loquar de te ad patrem meum, et quodcumque uidero,  
24 nuntiabo tibi, & reliqua. In hoc agro consiliandi causa, Saul uenire con-  
25 suerat, ubi etiam conditum fuerat, ut occideretur Dauid, quod & Jonathas Dauid  
26 indicauerat. [Dixit Saul custodes ad domum Dauid, ut custodirent eum, et interfice-  
27 retur mane. Quod cum annuntiasset Dauid Nichol proz sua, dicens: nisi saluaueris te no-  
28 cte hac, cras morieris; deposuit eum per fenestram. Porro ille abiit et fugit, atque saluatus  
29 est. Cumque uenissent nuntii Saul, inuenerunt statuam in lecto Dauid positam, et pellem  
30 pilosam caprarum ad caput eius.] Audiamus ergo quid hoc significet, quod miserit  
31 Saul ad custodiendam domum Dauid, ut eum interficeret. Hoc non ad crucem domi-  
32 ni, sed tamen ad passionem eius pertinet. Crucifixus enim Christus, & mortuus & sepul-  
33 tus est. Erat ergo illa sepultura tanquam domus, ad quam custodiendam, misit regnum  
34 Iudaeorum, quando custodes adhibuit sepulchro Christi. Quomodo custodia est domus,  
35 si Dauid figurabat Christum, ut Christus interficeretur: dum non in sepultura Christus,  
36 sed in cruce sit interfectus? Refertur ergo hoc ad corpus Christi: quia interficere Chris-  
37 tum, erat tollere nomen Christi. Neg enim crederetur in Christum, si mendacium pra-  
38 ualeret custodum, qui corrupti sunt ut dicerent: quia dormientibus nobis, uenerunt de-  
39 scipuli eius, & abstulerunt eum. Hoc est itaque uelle Christum interficere, nomen resurre-  
40 ctionis eius extinguere, ut mendacium euangelio praeferreretur. Sed sicut illud non ualuit  
41 Saul, ut interficeret Dauid, sic nec hoc potuit regnum Iudaeorum efficere, ut memori-  
42 am Christi deleteret. Isti autem qui de uirtute Saul, id est, de regno Iudaeorum in Christo  
43 praesumere uoluerunt, offenderunt in lapidem offensionis, tanquam in statuam, & hoc  
44 eis uisus est agnus: Quia in quem peccatum non inuenerunt, quasi peccatorem per-  
45 secuti sunt. [Nuntiatum est Sauli a dicentibus: Ecce Dauid in Naioth in Rama.]  
46 Naioth locus est in Rama, ubi sedit Dauid. Rama uero in tribu Benjamin ciuitas est Saule-  
47 lis, in sexto miliario, ab Helia ad septentrionalem plagam contra Bethel. Alia est autem  
48 in tribu Aser. Naioth interpretatur pulchritudo, & Rama excelsum. Bene ergo conue-  
49 niunt haec nomina locorum, rebus in his expletis, qui prophetarum dicta, & celsitudi-  
50 nem habent scientiae ac uenustatem locutionis. [Et expoliavit se etiam ipse uesimentis  
51 suis, et prostratus cum ceteris coram Samuel, et cecinit nudus tota die illa et nocte. Unde  
52 de eius prostratus: Num et Saul inter prophetas?] Quaestio magna hic oritur,  
53 cum in praecedentibus legatur: & non uidit Samuel Saulem, usque in diem mortis suae,  
54 & hic prophetasse coram Samuele dicatur. Quam quaestionem duobus modis Hebraei  
55 soluant: Aut non uidit eum, quia quando iunctus est Saul cuneo prophetarum, abscondit  
56 se Samuel ne uideret ab eo; aut non uidit indutus habitu regio, quo indutus erat, ideoque  
57 dictum est: non uidit eum usque in diem mortis suae; subauditur, indutus habitu regio,

Expoliasse uero se non omnibus uestimentis, sed regalibus tantum intelligendum est. Idem quaeritur, quomodo & illi qui missi essent ad tenendum hominem, & ad necem ducendum, tales dei spiritu effici digni meruerunt. Et Saul ipse qui miserat, ueniens & ipse sanguinem innocentem quarens effundere, accipere meruit spiritum illum & prophetae. Quantum enim ad literam attinet, non est mirum hominem reprobum ad momenta transitoria prophetaisse, dum etiam multi similes prophetae donum legantur habuisse: sicut Balaam ille reprobus, quem non tacet scriptura iudicio diuino esse damnatum, sed tamen prophetiam habebat. Nec illa uerba parum attestantur huic sententiae, quae in euangelio scripta sunt, multos dicturos in illa die, Domine domine, in tuo nomine manducauimus & bibimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus. Quibus dicitur: Non noui uos, discedite a me operari iniquitatis. Mystice autem exemplum huius Saul nuntiorumque eius, in hac sententia qui prophetae coeperunt, qui ad persequendum Dauid missi sunt, quid aliud significabant, nisi quosdam haereticos, qui aliquid boni de munere spiritus sancti habent, sicut testamenta legis & euangelii, sicut baptismi sacramentum, sed Christum in membris suis persecuntur? Qui enim ad ecclesiam catholicam ueniunt, non est in eis ullo modo uiolandum, aut quasi non habeant tradendum, sed tamen eos non ideo debere salutem confidere, quia non improbamus quod illos accepisse credimus, sed oportet eos cognoscere re unitatem & societatem uinculo charitatis, sine qua omnino quicquid habuerint, quamuis sanctum atque uenerandum, ipsi tamen nihil sunt. Qui tanto indigniores effecti praemio uitae aeternae, quanto illis donis non bene usi sunt, quae in uita transitoria est, acceperunt. Possunt etiam in hoc loco Iudaeorum non incongrue gestare personam, quod dum aduersa cupiunt Christo, habent in ore sacramenta legis, & prophetarum ad testimonium Christi, & cum ecclesia, quasi cum prophetis de scripturis disputant, sicut illi cum prophetis uaticinabant. Quem, Saul persequens & prophetauit, nisi scribas & pharisaeos Iudaeorum, qui sacramenta legis & prophetarum, quae de Christo sunt pronuntiat, ad testimonium eius in ore portantes, cum ecclesiasticis uiris de scripturis sanctis disputant? Quod autem Saul se spoliatus, nudus uaticinatus esse dicitur, hoc praefigurasse non est ambiguum, quod populus Iudaeorum, (cuius personam idem Saul gestauit), ab indumento fidei atque sacerdotii dignitate nudatus, & gloria regni spoliatus, uerba legis & prophetarum, quae de Christo testimonium perhibent, in ore portans, eundem Christum dominum, de quo non intelligens prophetauit, malitia suae liuore excacatus persequitur.

## Caput XX.

**E**t ait Jonathas ad Dauid: Sit dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Et si uidero, facies mihi misericordiam domini. Quod enim ait Sit dominus tecum, sicut fuit cum patre meo, Mihi uidetur ita posse intelligi, ac si aperte diceret: Permaneat spiritus domini tecum, sicut fuit prius in patre meo: Et sic sublime faciat regnum tuum, sicut sublime fecit patris mei regnum. [Et si uidero, facies mihi misericordiam domini,] ut scilicet secundus sim in regno tuo. [Sin uero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum,] Quod uero subiungitur, quando eradicauerit dominus inimicos Dauid unumquemque de terra. Et post pauca subiunxit, [Et requisit dominus de manu inimicorum Dauid.] Per anticipationem utique fecit, prius historiam interferendo, quia multo post tempore factum est, cum interfecto Saule, regnum ad domum Dauid translatum est. Et qui innocentem eum iniuste persequerentur, iusta sunt diuinitus ultione multati. Tunc enim requisit dominus de manu inimicorum, quare uirum sanctum affixerint, tunc cogebantur rationem reddere odiorum, quibus contra illum tanto tempore seruierant, quae & de Absalom & de Siba filio Bochri, & de ceteris hostibus Dauid potest intelligi. Aliter: Si scitis uis quod de manu inimicorum Dauid requisierit dominus, potest (nisi fallor) a

superiori sententia, qua dictum est, quia foedus pepigerit Ionathas cum domo David, intelligi. quia hoc de manu inimicorum David requisierit. Id est, quare non & ipsi foedus cum eo pacis inire uoluerint, cum quo esse dominum uiderunt. Idcirco autem scriptura hic sententiam hanc praecipiendo interponere uidetur, ut testimonium Ionathae quod dixerat, (quando eradicauerit inimicos David unumquemque de terra,) uerum esse comprobaret, quia uidelicet eradicati sunt inimici David de terra, non ipso David se de aduersarijs ulciscente, sed iudicante domino pro illo. Bene autem subiungitur: [Et addidit Ionathas deicere David, eo quod diligeret illum. Sicut enim animam suam, ita diligebat eum.] Ut ille nimirum qui tam perfecto iuxta legem dei amore complectebatur David, a pditione inimicorum eius ostenderet immunis. Qui & si ista morte praeventus, regnum cum eo, ut sperabat, terrenum habere nequiuisset commune, absque ulla tamen contradictione, regni caelestis consortium cum eo) quem gloria uirtutum tantisper dilexit, cum esset & ipse uirtutum amator) accepit. [uenit Ionathas in agrum iuxta placitum David, & reliqua.] Quid est quod Ionathas David seruare uolens, cum ille lateret in agro, iuxta lapidem ad signum duas iecit sagittas, quas puer paruulus, ignorans quid fecerit, collegit, & in ciuitatem retulit, nisi quod deus pater filium suum unigenitum, quem ad salutem humani generis mittendum decreuerat, in litera legis, Iudaeis nescientibus, absconditum habuerat? David ergo absconditus est in agro, Christus celatus est in mundo. In mundo (inquit Iohannes) erat, & mundus eum non cognouit. Iuxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis scriptus erat. Nam Saul odio habens, & inter epulas sedens, filium mortis esse iudicabat: & iudaica plebs in paschae epulis conuiuans, de nece Christi tractabat. [Cum ergo illuxisset mane, uenit Ionathas in agrum iuxta placitum David, & puer paruulus cum eo.] Iecit unam sagittam, iecit & aliam; & deus pater illucescente mane credulitatis, primum testimonium legis de Christo protulit, deinde propheta misit, quod de aduentu eius testificaretur. Vnde Habacuc ait, In lumine facula tua ibit, & reliqua. Col legit autem puer Ionathae sagittas, & attulit ad dominum suum: & quid ageretur penitus ignorabat. Sic & Iudaicus populus libros legis, & prophetarum portans, quasi diuinitus conscriptos ignorabat, sed eum, quem Moyses & prophetae figurauerant, praesentialiter inter se manentem non cognouerat.

Caput XXI.

**V**enit autem David in Bete ad Ahimelech sacerdotem, et obstupuit Ahimelech eo quod uenisset David solus, & reliqua. Ahimelech ipse est Aia filius Achitob, filij Phinees, filij Heli. Ahimelech interrogat, utrum David, num pueri sui, quos in illum & illum locum condixisse dixerat, mundi essent? David uero anigmatically pluraliter de seipso respondit, dicens: [Et fuerunt uasa puerorum sancta] scilicet a concubitu coniugali. Quod uero ait, [Porro uia haec polluta est.] Et in Hebraeo legitur, Porro uia laica est. sic intelligendum est, ac si diceret: In lege praecipuum est, ut extraneus non comedat ex eis, & tu interrogas utrum mundi sint pueri? Qui etiam si mundi essent, nequaquam eis uesci deberet. Idcirco uia est laica, quia tu laicaliter interrogas. [Sed & ipsa hodie sanctificabitur in uasis.] Ipsa utique in uasis, id est, mente sua, sanctificari dicit, quia nisi necessitate corporis & periculo uitae urgente, nequaquam uesceretur eis. Non tamen aperte eosdem legitur David panes comedis, sicut Hebraei tradunt. Sed lege euangelium, ubi dominus de hac sententia Iudaeis loquitur, dicens: Numquam legis quid fecerit David, quando necessitatem habuit, & esurijt ipse & qui cum eo erant, quomodo introijt domum domini sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? Sed requirendum, quid est quod hic Ahimelech sacerdos legitur, a quo David panes accepit, & dominus in euangelio Abiathar nominat? Quod enim dominus Abiathar principem sacerdotum per Ahimelech appellat, nihil habet dissonantiae. Ambo etenim fuerunt illic, cum ueniens David panes petijt & accepit, Ahimelech uidelicet princeps sacerdotum & Abiathar filius eius, Occiso autem Ahimelech a Saule cum uiris domus suae ge-

Iohan. 1.

Habacuc. 3.

Marci. 2.

neris sacerdotalis. LXXXV. fugit Abiathar ad David, & comes factus totius exilij eius. Postea regnante eo, summi sacerdotij, & ipse gradum accepit, ac toto tempore regni illius in pontificatu perseverans, multo maioris excellentiae, quam pater suus effectus est. Ideoque dignus fuit cuius memoriam dominus, etiam uiuente patre, quasi summi sacerdotis faceret. Sed hoc quod ait superius, uia haec polluta est, sed sanctificabitur in uasis, ita nonnulli edisserunt. Mentiendo enim iter polluit, dum a rege missum me fingo, & hoc necessitate mortis, sed sanctificabitur in illis, quorum causa etiam fugio, quia illos, non solum mei periculi causa mentior; nam ipsi huius rei causa saluabuntur. Haec tamen historia. Nunc spiritalem intelligentiam tangamus; David fugiens Saul ad Ahimelech sacerdotem: qui interpretatur, frater meus rex uenit: similiter Christus Iudaeorum persecutionem declinans, quorum typum Saul tenuit, ad apostolos transiens: quibus interreatio nominis Ahimelech congruit, quos dominus, rex regum, fratres uocare dignatus est, dicens: Ite nuntiate fratribus meis, cum quibus & desideratum cibum sumpsit: Desiderio enim desiderauit hoc pascha manducare. David ad Ahimelech solus uenit, & Christus in passione sua, solus relictus est. Quod autem ait David, illo & illo in loco comans ait: Postquam resurrexero, praecedam uos in Galilaam. David ad Ahimelech quos panes quaesuit, sed unum accepit: quia in quinque libris Moisaicae legis unitas retinetur. David Goliath gladium sustulit, quia & Christus dominus diaboli arma abstulit: Fortis enim spolia ipse diripuit. David per uiam pollutam se uenisse ad Ahimelech professus est, quia & Christus dominus inter immundas Iudaeorum actiones, impollutus pertransiuit. Quod autem ait, [Sed & ipsa hodie sanctificabitur in uasis meis.] Hoc indicabat quod sancti apostoli, qui domini uasa erant, a contagione Iudaeorum, fide purgante, corda sanctificarentur. [Interca David cum fugeret Saul, latere uoluit apud regem quendam Beth, nomine Achis. Sed cum gloria eius fuisset commemorata, ne per liuorem, ad quem confugerat, aliquid ad eum machinaretur, fuit insanius: & quasi furore correptus, mutauit os suum, desuebatque salinae in barbam eius, collabebaturque in manibus eorum, & procebat ad ostia portae. Et dixit Achis rex: Quid hic mihi adduxistis istum? Nunquid deerant nobis furiosi? Et sic eum dimisit.] Achis interpretatur, quomodo est, per quod significatur ignorantia, & uerbum mirantis & non agnoscentis, quod in gente Iudaeorum impletum est: Qui dum uiderunt Christum, non agnouerunt, coram quibus mutauit os suum & abijt. Erant enim ibi praecipua legis carnalia, erat & sacrificium secundum ordinem Aaron: & postea ipse de corpore & sanguine suo instituit sacrificium, secundum ordinem Melchisedec. Mutauit ergo os suum in sacerdotio, mutauit in praecipuis, dans aliud testamentum, euacuata carnali operatione, atque inde collapsus est in manibus eorum, quando eum comprehendentes crucifixerunt: & procebat ad ostium portae: hoc est, humiliauit se: hoc est, procidere usque ad ostium fidei nostrae: ostium enim portae, initium fidei, inde incipit ecclesia, & peruenit usque ad speciem. Ut cum credit ea quae non uidet, mereatur perfrui, cum eum uidere facie ad faciem coeperit. Quod enim in illo quasi furore, salinae decurrerant super barbam eius, (Apostolus haec aperit, dicens: Iudaei signa petijt, & Graeci sapientiam quaerunt. Nos autem praedicamus Christum crucifixum: Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis uero uocatis Iudaeis & Graecis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus.) Non tanquam saliuam attēde, sed attēde, quia super barbam decurrunt. Quomodo enim in saluius infirmitas, sic in barba uirtus ostenditur. Texit ergo uirtutem suam, corpore infirmitatis suae: & quod forinsecus infirmabatur, tanquam saliuam apparebat. In uasis autem diuina uirtus, tanquam barba tegebatur.

Caput XXII.

**E**git David in speluncam DOLLAM, ubi cum omnes fratres eius, et omnis domus patris eius uisitauerunt. Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, et oppressi aere alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps, &

Matth. 23. Luc. 12.

Matth. 26.

Matth. 12.

27.

27.

27.

27.

27.

1. Corin. 1.

27.

27.

27.

Quid est quod manente Dauid in spelunca, uenerunt ad eum omnes fratres eius, & omnis domus patris eius, nisi quod redemptor noster, perfecta passione sua, ac redemptione humani generis, de plebe Israelitica in Iudaea primum ecclesiam collocauit, de gente in qua carnem assumere dignatus est? Vbi fratres eius, id est, apostoli, & domus patris eius, id est, illi qui ex synagoga in eum crediderant, uenerunt ad illum, & conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti & oppressi aere alieno, hoc est quod ipse ad se uenire inuitans dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Caterum omnes qui se agnoscunt in angustia constitutos uitiorum, nec habent latitudinem charitatis, & oppressi sunt aere alieno, hoc est, censu peccatorum, quem exoluebant diabolo, quando exhibuerunt membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem: necesse est, ut amaro sint animo, hoc est, ut digne poenitentiam gerant a delictis suis prateritis, & ueniant ad Dauid, ad desideratum uidelicet nostrum, quatenus fiat eorum princeps, quia ipse est qui constitutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum. Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, cuius regni non erit finis, & dominabitur a mari usque ad mare, potestas eius, potestas aeterna, & regnum eius alteri non dabitur. [Dixitque Gad propheta ad Dauid: Ne moreris in praesidio, sed uade in terram Iudaea.] Miro modo hic introducitur Gad propheta, cum in praecedentibus eius nulla facta fuerit mentio. Sic itaque hic inroducitur, sicut Elias propheta in loco ubi dicitur: Et dixit Elias Thesbitas de habitatoribus Galaad. Ex ore itaque domini Gad propheta Dauid dixit, ut non moraretur in gentes, & in terra polluta, sed in terram Iudaea rediret, & ibi iuxta uoluntatem domini, persecutionem inimicorum ferret. [Dixitque Doeg Idumaeus ad Saul: Uidi Dauid filium Isai in Hoba, & reliquos.] Quantum ad spiritalem intelligentiam pertinet, in Doeg Idumaeo, qui uoto se obligauerat (sicut in Hebraeo legitur, prout Iudaei tradunt) ut aliquantisper in tabernaculo domini immoraretur, & orationi uacaret, Iudaea proditoris persona consistit, per quem ista operatus est Zabulus, ut eius prodicione facta in CHRISTO, postea persecutionem ecclesia pateretur, & occiderentur quamplurimi discipuli Christi & sacerdotes, & pro nomine eius persecutiones grauissimas perferrent. His ergo quibus receptus est Christus, tribulationes induxit diabolus & mortem. Omnes enim, ut ait Apostolus, qui in Christo pie uolunt uiuere, persecutionem patiuntur. Et dominus ait: Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Potest enim Doeg, qui interpretatur motus, & Idumaeus terrenus, siue sanguineus, quod nomen in praefiguratione futurorum accipiens, eorum uidelicet personam significare, qui terrena sapientes, atque carnaliter uiuentes, Christum in suis membris persequuntur.

Caput XXIII.

**P**orro eo tempore, quo fugerat Abiathar filius Abimelech ad Dauid, in die illa ephod piecum habens descenderat &c. Ephod illud erat quod Moyses, iubente domino, fecerat, sicut & rationale, in quo erat doctrina & ueritas, in quo etiam consuluit Dauid dominum, & ait: [Si tradent me uiri Ceilae in manus Saul, & si descendet ipse sicut audiuit seruus tuus? Et ait dominus: Descendet.] Achi diceret: Si hic steteris, descendet Saul, & tradent te uiri Ceilae in manus eius, eorum uoluntatem ei indicabat. Et merito uiri Ceilae, sicut qui ingrati beneficijs Dauid extiterant, cum eos ipse de manibus Philistinum eruerit, significabant infidelitatem seu inconstantiam Iudaeorum, qui redemptoris nostri semper pietati ingrati existentes, apud seculi potestates contra eum insidiantes meditantur. Interpretatur autem Ceilae, ad fundam iacta, siue excellens sibi met. Et in psalmo scriptum est: In circuitu impij ambulans. Et alibi: Stultus ut luna mutat. Vnde & sequitur de Ziphis. [Porro Dauid erat in deserto Ziph in sylua &c. usque, & uenerunt Ziphie ad Saul, dicentes: Ecce Dauid latitat apud nos.] Ziph mons squalidus uel caligans, siue nebulosus, in quo sedit Dauid propter Carmelium. Qui in scripturis Carmelus appellatur. Sic enim appellatur uicus hodie Iudaeorum: unde fuit Nabal Carmelus. Sed & unus de posteris Chaleb dicitur est Ziph, lege Paralipomenon. Ergo ut dictum est superius de uiris Ceilae, sic & Ziphie, qui Dauid prodiderunt Saul, & cum eo mortem eius meditati sunt, qui interpretantur gemmantes seu florentes, significant Iudaeos, qui

in regno terreno germinare appetebant, apud principes suos tractabant de nece saluatoris: qualiter eum per discipulum suum proditum apprehenderent, & praesidi ad inuenticum traderent. Significant etiam & perfidos quosque, qui dum prospera requirunt, & prosperatur eis praesens seculum, Vnde bene interpretantur florentes, quoniam dominum Christum in membris suis degentem, apud potestates seculi huius produunt.

Caput XXIII.

**D**ehinc sequitur: Quod in eremo Engaddi (cum persequendum Dauid Saul appeteret) ingressus est Dauid in speluncam, & ibi latebat. Sed rex improuisis exceptus insidijs, in hoc quod innocuo moliebatur inciderat. Scriptum est enim: Qui fouet foueam proximo suo, ipse incidet in eam. Dauid autem bona pro malis retribuens, inimicum non occidens, sed pro testimonio facti, dram chlamydis regiae abstulit: cum facilius esset exceptum insidijs aduersarium perdere magis, quam fallere. Quid ergo est quod iste fugiens a facie Saul, in spelunca latuit? Quare autem latuit? nisi ut occultaretur & non inueniretur. Quid est contegi spelunca, nisi contegi terra? Qui enim in spelunca est, a terra tegitur, ne uideatur. Portabat autem terram Iesus, carnem scilicet quam acceperat de terra: & in ea se occultabat, ne a Iudaeis inueniretur deus. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Quare ergo dominum gloriae non inueniunt? Quia spelunca se tegerat, id est, carnis infirmitatem, oculis obiciebat: & manifestat diuinitatis, corporis in tegmine tanquam speluncae abdito, contegebat. Illi ergo non cognoscetes deum, persecuti sunt hominem: nec mori potuit, nisi in homine: nec crucifigi potuit, nisi in homine: quia nec teneri potuit, nisi in homine. Opposuit ergo male quaerentibus terram, seruauit male quaerentibus deum. Fugit ergo secundum carnem in speluncam a facie Saul, quia passus est: usque adeo se occultans Iudaeis ut moreretur. Sed quare usque ad mortem uoluit esse patiens, ut fugeret a facie Saul in speluncam? Etenim spelunca inferior pars terrae potest accipi, & certe quod manifestum & notum est omnibus, corpus eius in monumento positum est, quod erat excisum in petra. Hoc autem monumentum, spelunca erat, quo fugit noster Dauid a facie Saul: Tandiu enim persecuti sunt illum Iudaei, quoad usque poneretur in speluncam. Sed quid est quod Saul persecutor ad purgandum uentrem speluncam ingreditur? nisi quod Iudaei in Christum conceptam mentis malitiam, quasi odorem foetidum emisissent: & cogitata apud se noxia, factis deterioribus (dum Chism percipiunt) ostenderunt. Sed tamen Dauid Saulem occidere noluit, & cum in abdito occultatus antro haberet in potestatem, seruare potius quam occidere maluit. Ita & Christus dum esset in spelunca carnis, persecutorem populum in potestate habuit, & non occidit. Scriptum enim erat de eis per prophetam, Ne occideris eos. Tantum denique Dauid summitatem chlamydis silenter abscidit: ut ostenderet, per prophetiam Christum Iudaeos non occidisse, sed eis tantum regni gloriam abstulisse. Chlamydis enim abscisio, regni est amputatio. Hoc etiam alio loco idem Saul, cum per inobedientiam peccasset, ostendit. Nam cum ueniam precaretur, & rogaret Samuelem ut reuerteretur cum illo ad placandum deum, & nolisset, atque conuertens faciem suam abiret, tenuit Saul penulam uestimenti eius, & dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel: Dirupit dominus regnum Israel de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo, & diuidetur Israel in duos populos. Ergo Israelis personam figuratim gerebat rex iste: quia populus amissurus erat regnum, dum persequitur Christum: Sed quia hanc sententiam diffuse superius, prout doctores exposuerunt, digessimus: nunc breuiter replicabimus. Dauid persecutionem Saulis declinans in spelunca latuit: similiter & Christus dominus diuinitatem suam sub spelunca carnis celans, a Iudaeorum cordibus recessit. Saul cum uentrem purgaret, abscisa chlamyde dehonestatus est: Similiter & populus Iudaeorum, postquam nequitiam quam mente conceperunt, in Christum dominum effuderunt, clamantes: Crucifige, crucifige: ab indumento fidei & regali dignitate, atque sacerdotio expoliati sunt: & tamen occisi non sunt: sed reseruati pro eis, qui de illo populo in fine mundi credituri sunt Christo. Aliter iuxta moralem significantiam: quid per Saulem, nisi mali retores?

Math. 11.

Roma. 6.

Actuum. 10. Ista. 9.

22

22

22

22

2. Tim. 3.

Iohan. 15

22

22

22

22

Psalm. 11

Ecci. 27.

22

22

Proverb. 26.

Ecces. 10.

Ecci. 27.

1. Corint. 2.

Iezech. 9.

quid uero per Dauid, nisi boni subditi designant? Sauli enim uentrem purgare, est prae uos praepositos conceptam in corde malitiam, usque ad operam miseri odoris extendere: & cogitata apud se noxia, factis exterioribus exequendo, monstrare. Quorū facta licet sint teterrima, ab humilibus subditis, oris gladio ferienda non sunt: etiam cum recte reprehendenda iudicant. Vnde Dauid ferire metuit: quia ipsa subditorum mentes, ab omni se peste obreccationis abinentes, praepositorum uitam, nullo linguae gladio percutiunt: etiam cum de imperfectione reprehendunt. Qui & si quando propter infirmitatem se abstinere uix possunt, ut extrema quaedam atque exteriora praepositorum mala reprehendant: sed non humiliter colloquuntur, quasi oram chlamydis silenter incidunt: qui uidelicet, dum praelatae dignitati saltem innoxie & latenter derogant: quasi regis sui perpositi uestem foedant. Sed tamen ad semetipsos redeunt, sequē uehementissime, uel de tenuissima uerbi laceratione, reprehendunt. Vnde & bene illic scriptum est: [Post haec Dauid percussit eorum suum &c.] Facta quippe praepositorum, oris gladio ferienda non sunt, etiam cum reprehendenda recte iudicantur. Si quid uero contra eos uel in minimis lingua labitur, necesse est ut per afflictionem poenitentiae comprimatur: quatenus ad semetipsum redeat. Et cum praeposita potestati detraxerit, contra se iudicium eius quod illi praelatus est, perhorrescat: Nam cum in praepositis delinquimus, eius ordinatio, qui cos nobis praetulerit, obuiamus. Vnde Moyses quoque, cum contra se & Aaron conqueri populum cognouisset, ait: Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur uestrum, sed contra dominum.

## Caput XXV.

**E**Rat autem uir quispiam in solitudine Maon, et possessio eius in Carmelo, &c.] Historia haec mysticum (ut quibusdam uidetur) potest habere intellectum. Nabal enim uir durus & pessimus & maliciosus, potest tenere figuram populi Iudaeorum: quorum nonnulli uua fellis atque amaritudinis botro inebriati, ceruice duri atque incircumcisi cordibus, (ut beatus Stephanus ait) semper spiritui sancto resistentes, durum & carnalem sensum in lege sequentes, stolidi facti sunt: quibus bene interpretatio nominis Nabal conuenit, quae interpretatur demens uel insipiens (ut Abigail ait ad Dauid). Quia nimirum Christum uenientem, & per apostolos ab eis refectionem fidei & bonae operationis expectentem, respuerunt, dicentes: Hunc autem nescimus unde sit, Nos autem discipuli Moysi sumus. Abigail uero mulier prudentissima & speciosa, typum habuit plebis illius, qui ex Iudaeis ad fidem conuersi, deo placere meruerunt. Interpretatur namque, patris mei exultatio. Vnde & dominus: Confiteor tibi pater caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et illud: Gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, & reliq. Haec sapius in prophetis & in apostolis pro salute populi Iudaeorum deprecans Dauid, uidelicet dominus noster, acceptabilem bonorum operum oblationem, & pietatis deuotionis oblutit: quam ille post mortem uiri sui, qui demens in stultitia sua perijt, ascium in coniugium: & exhibuit sibi sponsam non habentem maculam aut rugam. Quod autem idem Nabal stultus transactis diebus decem, ex quo Dauid exprobratus fuerat, mortuus narrat: hoc intelligi datur: quia populus Iudaeorum, cui dictum est: Audi popule stulte, postquam dominum a se repulit, decalogum legis transgrediendo, in euangelio lapsus est, atque in peccato suo mortuus est. Sequitur: [Ait Abigail ad Dauid: Si enim surrexerit homo aliquis persequens te &c.] Pulcherrima comparatione, statum iustorum ac reproborum forte discernit. Horum quippe animas, id est iustorum, appellat uiuentes: ut reproborum est contrario spirituali morte praecipuas infinet. Hos fasciculo, illos lapide fundae assimulat. Fasciculus enim constringitur, ut integer maneat & conseruetur. Lapis in funda expeditus ponitur, ut abiciatur: sic etenim, sic in hoc seculo electi pressuris tribulationum coangustantur: ut his admoniti, arctius ad inuicem murua charitate coniectantur, & coadunati ad inuicem manu sui redemptoris in perpetuum conseruentur. At uero reprobi, quanto latius in hac uita uoluptatibus propriis, uelut liberi dimittuntur: tanto longius in futuro a diuina uisionis gloria proiciuntur: ut de eis merito dicatur: Et quidem ipsi de manu tua expulsi sunt.

Mire autem omnipotentem prouidentiam describit superni peccatoris, cum dicit: Animam uiri sancti quasi in fasciculo uiuentium apud deum esse custoditam. Sicut enim facillimum est cuiuslibet fasciculum herbae, uel feni sua manu retentum conseruare: ita uirtus domini & saluatoris nostri, omnes per orbem electos, ab initio usque ad finem seculi, ne quis ex eis ulla ratione pereat, sine labore conseruat. Iuxta quod ipse in euangelio, sub figura ouium, de eis loquens: Et sequens me (inquit) & ego uitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Sicut fasciculus unus, quibuslibet uinculis alligatur: ita omnis sanctorum coetus, una eademque fide, spe, & charitate ad inuicem constringitur, uno diuinae protectionis munimine circundatur. Patet sane sensus: quia anima Dauid a persecutoribus licet hostibus custodita semper fuit in sorte uiuentium. Porro inimici eius insistentibus sibi aduersitatibus, sicut lapis deinde circumfactus, sic instabili motu perturbandi, & suis essent expellendi de finibus, uel etiam ab humanis rebus auferendi. Moraliter uero, quid nobis Abigail renuntiationis suae dispensatione inuit: nisi quod iracundos melius corrigimus, si in ipsa irae suae commotione declinamus? Perturbati recipere quid audiant, ignorant: sed ad se reducti, tanto libentius exhortationis uerba recipiunt, quanto se tranquillius tolerati erubescunt. Menti autem furore ebria, omne rectum quod dicitur, peruersum uidet. Vnde & recte Nabal ebrius, culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto uino laudabiliter dixit. Idcirco enim malum quod fecerat cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audiuit. Porro iuxta historiam quod ait Abigail ad Dauid, [cum ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia quae locutus est bona de te, et constituerit te ducentem super Israel, non erit tibi hoc in singulum et in scrupulum cordis.] ita intelligitur, Non erit tibi hoc in singulum, id est, ut modo effundas sanguinem Nabal, & propter hoc stendum tibi sit, & poenitendum. [Saul autem dedit Michol filiam suam uxorem Dauid, Phalti filio Laïs, qui erat de Gallim.] Ut Hebraei tradunt, non cognouit eam Phalti: quoniam si cognouisset, nunquam Dauid sibi eam postea sociasset: quia in lege penitus huiusmodi prohibetur coitus. Phalti inquit de Gallim, id est de inundatione: Inundatio lex intelligitur. Legis enim doctor erat de Baurim, id est de electis. Quando enim a Saule Michol ei datur, Phalti euadens interpretatur: quando uero ipsi auferet, Phaltihel, id est, euadens a deo dicitur: uidelicet quia custodiuit eum ne tangeret eam: ne fieret transgressor legis. Vnde licet in sequentibus legatur, Quod ibat Phalti, cum reduceret ipsa ad Dauid, plorans: postea tamen (inquiunt) praegaudio, eo quod liberasset eum deus ne tangeret eam, exultauit. Quod quia assertio Iudaeorum uidetur, non in omnibus approbamus eam, sed iudicio lectoris relinquimus.

## Caput XXVI.

**V**enerunt Zipheiad Saul dicentes: Ecce Dauid latet apud nos.] Sed quid significent, abunde superius dictum est. Nam iter demonstratum est, quando idem Dauid fugiens a facie Saul, ingressus est in castra regis, cum dormientem inuenisset, non percussit, non occidit, sed solum lanceam, quae erat ad caput eius, & scyphum sustulit dormientibus cunctis. [Egressus de castris transiit in cacumen montis.] Quid ergo est hoc? Sequebantur namque Christum Iudaei, sed persequendo dormiebant: quia non uigilabant corde: duritia enim cordis obdormitio est. Dormiunt in uita ueteri, non euigilant in nouam. Venit Christus, non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aquae, id est gratiam legis. Tulit sceptrum regale, regni scilicet potestatem: quam pro magno habebant, & unde se protegebant temporaliter: & quam aduersus deum per incredulitatem gerebant. Deinde ingressus uictor Dauid noster, in castris eorum, et regressus transiit in altitudinem montis caelorum.

## Caput XXVII.

**E**t ascendit Dauid et uiri eius, et agebant praedas de Bessuri, et de Bezri, et de Amalechitis. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus.] Hi non erant sub potestate Achis. Habitati in terra dicuntur antiquitus, quia quieti & securi habitati fuerant, & nullius hostis deprædationes perpeffi.

**I**terea fugiens David, ubi pergeret cum Achis rege Philistinorum in praesidium aduersus Israel: insurgentes Amalechitae irruerunt in Sicleg. Et succedentes eam, captiuauerunt omnia quae erant David et puerorum eius. Reuersus ergo David ad persequendos Amalechitas, inuenit aegyptium puerum lassescens, quem Amalechitae aegrotum in itinere reliquerant. Tunc ait David inueni, cibo refecit, ducensque sui itineris fecit. Sicque Amalechitae persequuntur, epulantesque reperit, et funditus extirpavit. Amalechitae quippe populus lambes uocantur, quibus mentes secularium designantur: quae terrena cuncta ambiendo quasi lambunt, dum solis tepalibus delectantur. Quasi enim populus labens praedam fecit, dum terrena diligentes, lucra de alienis danis exaggerat. Sed quod est quod aegyptius Amalechitae puerum in itinere lassum? nisi quod amator praesentis seculi, peccati sui nigredine optus, saepe ab eodem seculo infirmus despectusque relinquitur, ut cum eo nequaquam currere ualeat, sed fractus aduersitate torpescat. Sed hunc David inuenit: quia redemptor non ueraciter manu fortis, non unquam quibus despectos a mundi gloria repperit, suo amore conuertit: cibo pascit, quia uerbi scientia reficit: ducem itineris eligit, quia iustitiam praedicat: facit: Et quia Amalechitas sequi non ualuit, dux David efficit: quia is quem indignum mundus deseruit, non solum conuersus in sua dei misericordia recipit, sed praedicando hunc etiam usque ad aliena corda perducit. Quo uidelicet dux David Amalechitae conuiuante inuenit, et extinguit: quia ipsis Christum praedicantibus, mundi laetitia destruit, eosque sicut quibus comites hunc despectit. Ducem ei illi uiri qui ad torrentem lassum cum sarcinis sunt relicti, significant quodam infirmos ecclesiae, qui cum ceteris spiritualibus uiris, in uia dei currere nequeunt: sed ueram fidem retinendo, atque per actiuam uitam boni seruando, a clementissimis, David, hoc est Christo domino, beatitudinis praemium cum reliquis perfectis percipiunt. Samuel mortuus est, fleuitque cum omnis Israel, et sepelietur cum in Rama urbe sua. Supius namque dixi sepultus fuisse in domo sua in Rama. In domo sua in familia uidelicet et cognatione sua. Quod enim hic mortuus iterum dixi? ut Hebraei uolunt resuscitationis suae causa repetitur et donatio Saulis, qui peccatis mortuus erat, et relicto deo contra legem phitonem consulere iusta esse manifestaret. Sequitur: Post mortem autem Samuelis, congregati Philistinim contra Israel, consulentes dominum et non inueniunt eum, neque per somnia, neque per sacerdotes. Hebraeus habet, neque per doctrinam, neque per prophetas. Respondebat dominus per somnia, sicut Hebraei asserunt: eo quod ieiunando et orando poscebatur oraculum sibi fieri diuini, et deus illis per somnia reuelabat ea quae futura erant: Quod in hoc loco misse Saul fecisse legitur. Per doctrinam, per ephod scilicet, quod sacerdos in pectore portabat. Neque per prophetas, quia illis consulere uisus, dominus nequaquam respondebat. Hi prophetae dicunt fuisse discipuli Samuelis, quibus prophetantibus iuxta se Saul et prophetauit. Quae sunt autem Saul phitonissam, quae suscitaret illi Samuel? Statimque suscitatus, ait ad eum: Quare inquietasti me ut suscitarem etc. Querit scilicet hanc sceleratam, utrum phitonissa, ipsum prophetam de inferno euocauerit, an aliquam imaginariam illudinem fallacia demonum factam Sauli exhibuerit. De qua quaestione, beatae memoriae Augustinus episcopus Simplificiano Mediolanensi episcopo, ita scribit: In quibus inquam, utrum potuerit malignus spiritus excitare animam iusti, et tanquam de abditis mortuorum receptaculis reuocare, et ut uideret et loqueret cum Saul. Nonne maius mirandum sit, quod satanas ipsum dominum assumpsit, et constituit super pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, factum est: ita ut Samuel excitaretur sicut latet. Nisi forte quod dixerit facillior diabolo fuisse licentiam ad dominum uiuam, unde uoluit assumendum, et ubi uoluit constitutum, quam ad Samuelis defuncti spiritum in suis sedibus excitari. Quod si illud in euangelio, nos ideo non conturbat, quia deus uoluit atque permisit, nulla diminutione suae praesentis et diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis Iudaeis (quod pueris atque imundis et facta diaboli fauētibus) et teneri se et uinciri, et illud et crucifigi atque iterfici passus est. Et non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinae uoluntatis praemissum fuisse, ut non inuitus nec desistente magice potentia, sed uolens atque obtinens occulta dispensatione dei, quae phitonissam illam Saul lemque latebat, spiritus perferret sancti Samuelis: sed ostenderet aspectibus regis diuina sententia perituri. Quamquam in hoc facto potest adesse alius facillior intellectus, ut non uere spiritum Samuelis excitari a rege sua credamus, sed aliquid phantasma et imaginaria illusionem diaboli nationibus factam, quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt. Sicut omnia quae pinguntur atque finguntur, earum rerum quarum imagines sunt, nominibus appellantur.

Augustinus.

Sicut hominis pictura cum cernitur, proprium quodque nomen incunctanter adhibetur. Et dicitur, ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, iste Hector, hoc flumen Simois, illa Roma: cum aliud nihil sint, quam pictae imagines. Unde et Cherubim cum sint caelestes uirtutes, ficti tamen ex metallo, quo imperauit deus poni super arcam testamenti, magis rei significandae gratia, non aliud quam Cherubim, illa quoque signa, uocabantur. Iterumque dum quisque uidet somnium, non dicit, uidi imaginem Augustini, sed uidi Augustinum: cum eo tempore quo aliquid tale aliquis uidit, ignoraret hoc Augustinus. Vnde quae deo manifestum est, non ipsos homines, sed imagines eorum uideri. Et Pharaon spiritus *Genes. 41.* cas se dixit uidisse in somniis et boues, non spicarum aut bouum imagines. Si igitur constat liquido, nominibus earum rerum quarum imagines sunt, easdem imagines appellari: non mirum est quod scriptura dicit Samuelem uisum: etiam si forte imago Samuelis apparuit, per ficta machinamenta, eius, qui transfigurans se uelut angelum lucis, et ministros suos *2. Corin. 11.* subornat uelut ministros iustitiae. Iam uero si illud, inquit, uos mouet, quomodo a malis agno spiritu Sauli praedicta sunt: potest et illud mirum uideri, quomodo daemones agnouerunt Christum, quem Iudaei non agnoscebant. Cum enim uult deus etiam infirmos spiritibus aliqua uera cognoscere, temporalia duntaxat, ad istam mortalitatem pertinentia facile est et non incongruum: ut omnipotens et iustus ad eorum poenam, quibus ista praedicant, (ut malum quod eis imminet, antequam ueniat, praenoscendo patiantur) occulto apparatu mysteriorum suorum, etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis imperat: et quod audiunt ab angelis, praenuntiant hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium dominus atque moderator iubet uel finit. Unde etiam phitonissa in actibus apostolorum attestatur Paulo apostolo, et euangelista conatur esse. Miscent tamen isti fallacias, et uerum quod nosse potuerunt, non docendi magis, quam decipiendi fine pronuntiant: et forte hoc esse quod cum illa imago Samuelis Saulem praedicaret mortuum, dixit etiam secum esse futurum. Quod utique falsum est: Magno quippe interuallo post mortem separari bonos in euangelio legimus: cum inter superbum illum diuitem *Luce. 16.* cum iam apud inferos tormenta pateretur, et illum qui ad eius ianuam hucerosus iacebat, iam in requiem constitutum, magnum chaos interiectum esse testatur. Aut si propterea Samuel ei dixit, mecum eris, ut non ad qualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referat: quod uterque homo fuerit, et uterque mori potuerit, iamque mortuus, mortem uiuo praenuntiabat. Secundum utrumque igitur intellectum habere exitum haec lectio potest, qui non sit contra fidem: Nisi forte profundiori inquisitione inueniat ad liquidum, uel posse, uel non posse, animam humanam, cum ex hac uita migrauerit, magicis carminibus euocari, et uiuorum apparere conspectibus, etiam corporis liniamenta gestantem: ut non solum uideri ualeat, sed etiam agnosci: et si potest, utrum etiam iusti anima non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi, occultioribus mysterijs summae legis obtemperans: ut si fieri non posse claruerit, ut non uterque sensus huius scripturae tractatione admittat, sed illo excluso, imaginaria similitudo Samuelis, diabolico ritu facta intelligatur. Sed quomodo siue illud fieri possit siue non possit, tamen fallacia satanae atque imaginum simulandarum callida operatio, decipiendis sensibus humanis multiformis inuigilat. Tacendum nunc quidem, ne inquisitionibus diligentioribus praescribamus, sed potius existimemus tale aliquid factum maligno spiritu phitonissae illius ministerio, quam diu nobis aliquid amplius excogitare, atque explicare non dat. Haec sunt quae tunc de phitonissa, et Saule scriptis reperimus Augustinus. Sed quia hoc genus magice phantasiae crebro in hoc libro legitur, dicendum est unde nomen acceperit: Nonnulli enim ab Apolline Pythio repertum atque ab eius cognomine sic dicunt esse uocatum. Sed et Hebraeum nomen inquit congruit: Qui phitonaeabissi dicunt, unde et phitonissam et phitones legendum putant. Quod et nos diligenter inuestigantes, sic in antiquis, imo et modernis uoluminibus scriptis reperimus. Alii uero a serpente, qui phyton dicitur, de cuius pelle diuinae bant, dictum asserunt. unde et phytonissam et phytones legunt. Quod nos arbitrio prudentis lectoris derelinquimus, quid magis eligere placuerit. Haec enim sententia iuxta hanc *e. ij.*

istoriam superiori sententia postposita est. Qd nos ideo fecimus, ut totum de Saule & phil tonissa pari negotium comprehendamus. Caput XXXI.

Bitur exorto pzelio, per cussertunt Philistim Israel plaga magna, corrueruntq; in pzae lio Saul & Ionathas &c. usq; q ait, & armiger eius ipse corruit super gladiu suu, & mox tuus est cu eo. Armiger istum Hebraei Doeg Idumaeum dicunt fuisse, q cernes Saul mortuu, seipm ob metu Dauid interemit. [Dortuus est Saul & tres filij eius & armiger illius & vniuersi viri eius.] Viri isti, pueri domestici eius intelligendi sunt. Hi tres filij Saul cu eo interfecti sunt, Ionathas, Abinadab, q & Iesui & Melchisua. Iubofeth aut domi erat, q anno quo Saul rex costitutus est, natus fuisse dr, q etia. XL. annoz fuisse legif cu regnare coepisset: Vnde colligit Saul. XL. annis regnasse. Quarendu cur alibi legat Iesui, & alibi Abinadab: Iesui enim interpretat equalis. Aequalis ideo dicit, quia equalis meriti fuisse cu patre filij memorant. Abinadab interpretat p meus sponte: Sponte etem sua pf eius Saul male agendo adqiuuit, ut taliter una cu filijs perimeret.

# ANGELOMI LEXO

VIENSIS, IN LIBRI SECVNDI REGVM STROMATA, PRAEFATIO.



VERVM qm fauente diuina gra (quanq fortassis in docte) primu librū huius historiae digessimus: & quasi unionem spiritalis intellā gentia, quodammodo in cōchulis maris, huius uidelicet uolumis la titantē, uelut alta pelagi, lyntax nra inuestigatiōis, imergendo: ad lucē pduimus. In q quidē, euidētissime (utpote paelibauimus) imutatio sacerdotij Iudaeoz, ac repulsiō synagogaz, in uey Christā sacerdotij: & collectio sanctae ecclesiae ex gentibus, aliaq; plurimā facta, quae sub allegoriaz figuris contineri pbauimus. Nunc ipso inspirante, in q sunt oēs thesauri sapientiae & sciētia recōditi, secundū lib. praefatae histo riae aggredimur: & lymvida Chri ecclesiaeq; pandere sacra, conabimur: Etsi ex tanta pf funditate, auq; pducere ad lucē nō possumus optimū: aut carbunculu ex Phison fluuiō, nō quimus abstrahere lapidē magnificū, saltē quoq; margaritū fulgens, possimus exhau rire de gurgite: Aut si etiā, ex gemis renitētibus, non ualemus optimā fabricare coronā, quodammodo ex floribus, amoenitatis diuinaz scripturaz, tentabimus cōponere ferta, ne ex paupate ingenij, ingratus uidear a dno, sed potius sua clemētia, dñi cernit studiū, adau gear uires in pondere, ne fractus inueniar p̄susq; mole tantae magnitudis. Nam sequit̄.

Actum est aut postq mortuus ē Saul, ut Dauid reuerteretur a caede Caput .I. Amalec, & maneret in Sicelec duos dies. In die aut tertio, apparuit hō Amalechites, veniēs de castris Saul, & reliq. Homo iste q ad Dauid ueniēs, mortē Saule nūtrauerat, q etiā mentiēs, Saul interfecisse se dixerat: p̄sertim cū supius legat irruisse Saul sup gladiū suū, & mortuus esse, ipse & armiger eius, in monte Gelboe. Qui ppter ea a Dd interfici iussus ē, eo q dixerit se interfecisse, & nō timuisse mittere manu suā in christū dñi q & Amalechites dictus ē. Hebraei put in qdā uolumie legi, filiū Doeg Idumaei tradit, fuisse. Amalechites em & Idumaeus, unū sunt, sicut reperi, quia filius primo genitus Esau q & Edom, Eliphaz fuit, & huius filius Amalec exiit. Vnde diadema & armilla quae Dd detulit, a p̄e Doeg cōmēdata filio fuisse, nōnulli Hebraez phibēt. Vnde inqunt nō esse credendū, ut Saul eā in plū detulisset, sed Doeg amico suo cōmēdaue rat, a quo ipse accepit. At uero, si cui credibile uidet, q Saul in plū detulisset, & a capite eius, eo mortuo, & a brachijs abstulisset, & Dd cā adulationis & gra detulisset, nō refragamus ac inhibemus: sed potius suo arbitrio derelinquimus. Sed altiori intellectu repetamus qd est qd ille Amalechites q se finxit corā Dd Saul regem interfecisse, ab eo uelut in p̄na multatus accepit, nisi q ois q proximo suo machinat malū, uel de eius gaudet inuēritu, iustae retributiōis p̄na, a supno iudice recipiet: Iuxta illud qd scriptū est: Omnis

em q occidit fouea, incidet in illā. Et q pcusserit gladio, gladio peribit. Et itez: Os qd men rit, fodit aiām. His expletis, sequit̄ historia qd Dauid egerit. Ait em, [Plāxit autē Dauid plancū huiusmodi super Saul & super Ionathā filium eius. Et praecipit ut docerēt filios Iuda carnē, sicut scriptū est in libro iustorum &c.] In Hebraeo & in ueris exēplari bus nō hē carnē, sed arcū: qd nris doctoribus itē melius uidet. Nā qd scriptū est, qn plan gebat interfectos Saul & Ionathā. & p̄cepit ut docerēt filios Iuda arcū. Hoc ideo fecit, qā Philistaeos sagittarijs abidare, iā nouerat. Alit: [Praecipit Dauid ut docerēt filios Iuda arcū.] hoc est ut reges Iuda, docerēt fortitudinē: scilicet, ut fortes & intēti essent in timo re dñi, & in p̄ceptis deime p inobediētiā, a fortitudine & timore dñi sicut Saul recede rēt: & eo mō quo ille perierat, perirēt. & unde Saul maxie hoꝝ ic̄tibz perierat, eandē bellādī artē, & sui milites ad reuincēdos eos, discerēt. Qd uero sequit̄, [Sicut scriptū est in libro iustoz.] Ipsum librū hodie nūq; neq; apud ipos Hebraeos inueniri posse, asseue rat: sicut nec librū belloꝝ dñi, cuius in libro Numeroz mētio est, neq; carmina Salomonis, neq; disputatiōes eius sapiētissimas, de lignoz natura, herbarumq; oim: totumq; iu mentoz, uolucrū, reptiliū, & piscū. Vel qd in libro uerboꝝ dī, Reliqua uero opeꝝ Salomonis priorz & nouissimoz, scripta sunt in uerbis Nathan pphetae, & in libris Ahiaē Silonitis, in uisioe quoq; Iaddo uidentis cōtra Ieroboam filiū Nabar, & multa hmōi uo lumina, quae scriptura quidē fuisse pbat, sed hodie cōstat nō esse. Vastata nāq; a Chaldae is Iudaea, etiā bibliotheca quae est antiquus cōgregata, int̄ alias puincia opes, hostili igne cōsumpta ē, ex qua pauci q nūc in sancta scriptura cōtinent̄ librū, postmodū Ezrae ponti ficis & pphetae suae industria restaurati. Vnde scriptū est de eo: Ascēdit Ezras de Baby lone, & ipse scriba uelox i lege Moysi. Velox uidelicet, quia p̄mptiores lrae figuras, quae eatenus Hebraei habebant, repit. Et in epistola regis Persaz legif: Artaxerxes rex regū Ezrae sacerdoti, scribae legis dei cali doctissimo, Salutē. Sunt tñ q dicunt, hunc librū iustoz intelligi debere, ipm librū Regum, ubi cōtinent̄ pphetae iusti, Samuel uidelicet, Gad & Nathan, in quo scriptū est, quātī Saul recedēs a timore dei p inobediētiā suam perit. [Incluyt̄ tui Iſrael super mōtes tuos interfecti sunt.] In Hebraeo hā, super excelsa tua. & est sensus: O Saul sup excelsa tua, gloriosi Iſrael interfecti sunt: qā in peccato ino bediētia tua, unā tecū pierūt. Inobediētia nāq; p idolis. i. excelsis, reputata ē, sicut ē illd i libro Samuelis: Mellior ē em obediētia, q uictima: & auscultare magis, q offerre adipe arietū. Qm quasi pctm ariolādī ē repugnare, & quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere. Sed qd ait, [Nolite annūtiare in Gerb, neq; annūtiētis in cōpitis Iſcalonis &c.] Obsu p̄scēs ppheta, ingemit subitanē casum principū populi sui, & phibet ne ullus lactet in tali casu, neq; fama hoc diuulget in ciuitates inimicorum. Geth enim & Ascalon, urbes sunt Allophylorum. Hactenus historiam, nunc quid allegorice significet, subiungamus. Ait nāq; [Et praecipit Dauid ut docerent filios Iuda. Et reliqua.] Filij Iuda intelligunt̄ fideles in ecclesia, Chri deū cōsitētes: de qbus uerus Dauid, id est manu for tis, dñs p̄cepit, ut arcu diuinā intelligētia sint muniti: ne aut ignorātia cecitate decepti, in pietate ruāt, aut certe ignaui ac dissoluti in cōspectu hostiū suoz, hoc est inuidoz spi ritūū, p qdlibet uitūū decepti, succubāt: & i perpetuo in mortē animā irreparabiliter ca dāt. [Nolite annūtiare in Gerb &c.] Geth quae interpretat̄ torcular, significat terrenā Ierusalē ciuitatē, quae occidit pphetas, & lapidauit eos q ad ipsam missi fuerāt. Cuius ci uibus, id est, Iudaeis incredulis, mors dñi atq; sanctoz apostolorum in derisum fuit: & ob hoc praecipit a uero Dauid, Chro uidelicet dno, ut passio eius p euāgelicos p̄dicatores, eis minime debeat annūtiari: q insultatores crucis Christi maluerūt esse, q ueneratores. Sequit̄: [Et ait Dauid: Mōtes Gelboe, nec ros, nec pluuia ueniat super uos, & reliq.] Prop̄ casum fortitū, & ruinae populi sui, qsi indignās loquit̄ ad ipsum locū interfectiōis, abominās factū qd in eo fuerat gestū, sicut cuidā uidet, tñ nō sine mysterio praesagādī, si cut paulo post oñdet, brō papa Gregorio p̄palante. [Sagitta Ionathae nunq; abijt re trosum, & gladius Saul non est reuerſus inanis.] Hoc uult insinuare, quod Ionathas & Saul tp̄ibus suis bellicosissimi & fortissimi fuerit in plijs. [Saul & Ionathas amabiles & decoꝝi in uita sua, in morte quoq; nō sunt diuisi, Aquilis uelociores, leonibus fortes,

Proverb. 26. Ecces. 10 Math. 26 Sapient. 1. 1. Paral. 9. 1. Reg. 15. Math. 23.

Laudat decorem formæ, laudat & constantiam animi: adiungens per hyperbolen tropum, similitudinem aquilæ atq; leonis. [Filiæ Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.] uidelicet & de prædis hostium quas agebat. [Quomodo ceciderunt fortes in præliis?] Subauditur in peccato suo. [Jonathas & Saul, in excelsis tuis occisus es.] sicut superius diximus. Ideo d' Saul & Ionathan in excelsis tuis, hoc est, in peccato inobedientiæ tuæ occisus, subauditur es. Ecce historiam. Cæterum spiritaliter quid est, quod David qui retribuentibus mala, non reddidit, cum Saul & Ionathan bello occumberent, Gelboe montibus maledicit, dicens: [Montes Gelboe, (inquit) necros, nec pluuia, veniat super vos. Neq; sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vinctus oleo.] Quid ergo montes Gelboe, Saul moriente, deliquerunt, quatenus in eis nec ros nec pluuia caderet, & ab omni eos uiriditatis germine, sententia sermo, siccaret? Sed quæ Gelboe interpretat decursus, p Saul aut unctum & mortuum, mors nostri mediatoris exprimitur: non immerito per Gelboe montes, superba Iudæorum corda, signant: quæ dū in huius mūdi desiderijs desuūt, in Christi, id est uncti, se morte miscuerūt. Et quia in eis unctus rex, corporaliter moritur, ipsi ab omni gratiæ rore, siccantur. De quibus & bene dicitur, Lagri primitiarum esse non possunt. I. Superbæ quippe Hebræorum mentes, primitiuos fructus non ferunt: quia in redemptoris aduentu, ex parte maxima, in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta namq; ecclesia in primitijs suis, multitudine gentium fecundata, uix in mūdi fine, Iudæos quos inuenerit suscipit: & extrema colligens, eos quasi pro reliquijs fruges ponit. De quibus reliquijs Iſaias dicit: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Post sunt namq; idcirco Gelboe montes ore prophetæ maledicti, ut dum fructus exarescente terra moritur, possessores terræ, sterilitatis damno feriantur: quatenus ipsi maledictionis sententiam acciperent, qui apud se mortem regis suscipere, iniquitate sua exigente, meruissent. Aliter uero David in persona sanctorum deplorat quosdam de ecclesia, qui per superbiam ruentes, atq; cum labentibus, uitæ præsentis stadium decurrentes, ab spiritali luce seclusi, lubricati, id est, exæcati sunt: qui repugnantes demonibus, labuntur in seculo: quod est lubricum. (Gelboe enim montes, lubrici interpretantur, secundum hanc intelligentiam.) & spem recuperationis suæ omittentes, proprio mucrone, desperatione uidelet pernitiosa euadendi hostem antiquum, semetipsos interficiunt: sicut Saul irruēs super gladium suum mortuus est. Cuius rei, Philistæi, hoc est maligni spiritus, de interfectis spolia uirtutum auferentes, propriæ fortitudini ascribunt uictoriam: quæ iusta per missionem dei, in talibus euenit. Sed David noster, in mēbris, hoc est in electis & sanctis uiris, corrueuntium casum gemit; nec lætatur in perditione morientium, sed contradicit, ne urbibus Allophylorum, talis fama prædicetur: hoc est, præcipit fidelibus, ut caute se custodiant, & scuto fidei undiq; se muniunt, induri lorica iustitiæ, habentes galeam salutis, & gladium spiritus, hoc est uerbum dei; aduersarijs suis resistent, ne forte ulterius ignominiose superati, gaudium inimicis suis faciant.

## Caput II.

Ascendit ergo David & duæ uxores eius, Achinoem Jezraëites, & Abigail uxores Abal Carmeli, sed & viros qui erant cum eo, duxit David singulos cum domo sua, & manserunt in oppidis Hebron. Ascensus iste David cum duabus uxoribus suis in Hebron, significat conuocationes duarum plebium in ecclesiam catholicam. Hebron enim interpretatur coniugium, & bene sola sancta ecclesia cōiugium nominatur. Sola & una est sponsa uidelicet cælestis regis, de qua in Canticis canticorum dicitur: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinae, & adolescentularum quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ. Illuc duxit David singulos uiros cum domo sua: quia unusquisq; fidelium, in illam societate per prædicationem euangelij, conuocatur. Non est ibi distinctio Iudæi & Græci, barbari & Scythæ, serui & liberi, sed omnia & in omnibus Christus. [Ueneruntq; uiri Iuda, &

uenerunt ibi David, ut regnaret super domū Iuda. Vngunt uiri Iuda David in regem, ut regnet sup domū Iuda, quia supbis ac contēptoribus spernētibusq; grām dei abolitis, electi quiq; bona fama sacrae prædicationis, & uirtutum studio, rite conficētur Chrm est se regem in uniuerso populo. Ac ipsum esse, cui omnis potestas a patre data est in caelo & in terra, ut in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernoꝝ. Aliter: Post mortem Saulis ungit David, & regnat, transferēq; arcana testamenti in ciuitatem suam: sicut in sequentibus legit, de qua in suo loco dicturi sumus. Simili quoq; modo post abolitionem regni Iudæoꝝ, & sacerdotij cessationem, uerus David, id est Christus, in ecclesia sua, quam ex gentibus elegit, regnum accepit: & arcam testamēti, hoc est sacram scripturā, in ecclesiā, quæ eius est domus, transtulit. [Et nuntiatur est David quod uiri Iabes Galaad, sepelissent Saul, & reliq.] Hoc plenius in Paralipomenon lib. quos modo gestum sit, narratur. Cum audissent, inquit, uiri Iabes Galaad, omnia scilicet quæ Philistin fecerant super Saul, confurrexerunt singuli uiroꝝ fortium: & tulerunt caduera Saul & filiorum eius, attuleruntq; ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercū, quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. Hortus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum dñi quod præceperat, & non custodierit illud: sed insuper etiā phitonissam cōsulerit, nec sperauerat in dño: propter quod & interfecit eum, & transtulit regnum eius ad David filium Iſai. Quid est quod uiris Iabes Galaad David gratias refert, eo quod sepelierūt ossa Saul & filiorum eius? nisi quod redemptori nostro multum placet, quando quis praua opera malorum, qui in peccatis suis mortui sunt, obliuioni damnando tradit: nec ea actione imitatur, quæ scit deo displicuisse: sed magis ea eligit faciēda, quæ recordat dñm in mādatis dedisse. [Abner aut filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Iſoboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra, regemq; constituit super Galaad, & super Besuri, & super Jezrael, & super Ephraim, & super Benjamin, & super Iſrael uniuersum.] In Hebræo habetur, transtulit eum in Manaim, quæ interpretatur castra. Transtulit eum, intelligendum est, ultra Iordanem: & in Manaim regem eū constituisse, super Galaad, & super Gesuri, Hebræis Assuri, id est sup tribum Aſer. [Sola autē domus Iuda sequebatur David.] Quid autē est quod filius Saul Iſoboseth, qui interpretatur uir confusionis: Abner auxiliante, qui interpretatur patris lucerna, rex constituitur super Iſrael uniuersum: & domus Iuda sola sequebatur David? nisi quod solis credētibus, & uere deū confitentibus, ex priori populo, David nostrū dñm uidelicet & saluatore sequētibus, in cæteris adhuc error cōfusionis regnat, diabolo instigatē: q; sepe se trāsfingit in angelū lucis. [Et fuit numerus dierū quos cōmoratus ē David, imperās in Hebron super domū Iuda, septē annorū & sex mēsum.] Et bene David septē annis & sex mētib; regnauit in Hebron: quæ interpretat cōiugij, ut supra diximus, aut uisio sempiterna: quæ saluator noster in ecclesia catholica, quæ & spōsa eius est, p omne tempus istius uitæ, quod senario dierū numero decurrit, regnat: secundū illud, Ecce ego, inqt, uobiscū sum oibus diebus usq; ad cōsumationē seculi. Et post expletionē senarij numerū, hoc ē, pfectionē boni opis, ois electos suos ad sabbatū ueq; id ē, ad regem sempiternā, pducet: ubi & pfruent dei uisio ppetua. Est autē Hebron ciuitas in tribu Iuda, quæ quondam uocabatur Arbae, licet male in Græcis codicibus habetur Arboe. Corrupte igit in nris codicibus, Arboe scribit, cū in Hebræis legatur Arbae, id est quatuor: ex eo qd ibi tres patriarchæ, Abraā, Isaac, & Iacob sepulti sunt, & Adā magnus, ut in Genesi libro scriptū est. Licet eū quidā conditū in loco Caluarie suspicent, qd falsum est. Hæc est autē eadē Hebron olim metropolis Philistinorū, & habitaculū gigantū, regnāq; postea David in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis, & fugitiuorū. Distat ad meridiana plagā ab Elia millibus circū uiginti duobus: ubi & quercus Abraā, quæ & Mābre, usq; ad Cōstantij regis imperiū monstrabat, & mausoleum eius impēntiæ cernit. Cūq; a nostris ibidem ecclesia iam extructa sit, in circuitu à cunctis gētibus, Therebinthi locus, super statione colitur, eo quod sub ea Abraam angelos quondam hospitiū susceperit. Hæc ergo primū Arbae, postea Hebron ab uno filioꝝ Chaleb sortita uocabulū est. Lege uerba

Iſai. 10.  
Roma. 9.

Ephesi. 6.

Cantico. 6.

Colof. 3.

Philip. 2.

1. Para. 10.

2. Corin. 11.

1. Para. 4. 6.



dierum. Condita est autem ante septem annos, quam Tamnes urbs Aegypti, conderef. [Egressus est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filij Saul, de castris in Gabaon. Porro Joab filius Saruiae, & pueri David egressi sunt; & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in vnum conuenissent, e regione se derunt: ibi ex vna parte piscinae, & illi ex altera. Dixitq; Abner ad Joab: Surgant pueri, & iudant coram nobis. Et respondit Joab: Surgant. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duo decim de Beniamin, ex parte Isboseth filij Saul; & duodecim de pueris David. Apprehensos vnusquisq; capite comparis sui, defecit gladium in latus contrarij: & ceciderunt simul. Vocatumq; est nomen loci illius, ager robnstorum in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa. Et reliq.]

**Iosephus.** Hunc locum Iosephus ita exponit: Abner autem promouit electum nimis exercitum, ut congregaretur cum tribu Iuda. Irascebatur em aduersus eos, a quibus rex David fuerat ordinatus. Huic autem occurrit missus a David Joab, filius Saruiae sororis eius, de patre Saruatus. Hic autem erat contra Abner, constitutus militiae princeps. Cum quo etiam fuerunt sui fratres, Abisai, Asael, & omnes armati David, Iraq ueniens ad quemdam fontem in ciuitate Gabaa, aciem constituit ad pugnandum. Dicente uero Abner ad eum, uelle se probare, quis eorum robustiorem exercitum haberet. Conuenit inter utrosq; ut duodecim uiros pugnatores mitterent, & procedentes inter medias acies, qui ex utraq; parte procul fuerant a certamine, relictiq; gladijs uiri David, & tenentes capita hostium, eorum lumbos & latera, suis gladijs perforarunt: donec omnes quasi ex uno constituto, perimerent. His autem cadentibus, etiam reliquus direptus est exercitus: & dimicatione fortissima pcedente, Abner populus uictus in fugam uertit: Fugientes autem Joab psequi non cessabat: praecipiens armatis, ut post eos uestigia festinarent, & nequaquam occidendo desicerent: cuius etiam fratres detestati sunt pronissime. Inter quos clarior fuit praecipue iunior Asael, qui tantam gloriam habuit in pedum uelocitate, ut non solum homines, sed etiam equos ad currendum superaret. Is igitur persequens Abner recto gressu, in neutramq; partem declinans. Cumq; respexisset Abner, & considerasset imperum sequentis & dixisset, ut unius militis arma sumens, ab eius persecutione quiesceret: & rursus ille nequaquam a suo conamine penitus abstineret: monente illo denuo ut recederet, ne coactus eum percuteret, & ante eius fratrem ulterius fidutiarius non haberet. Verba eius illo despiciente, fugiens post tergum lanceam emisit coactus, eumq; repente mortali uulnere penetrauit. Mystice, Abner de tribu Beniamin, princeps exercitus regis Saulis, pueros David qui erant cum Joab principe exercitus Iuda, ad praelium scribitur prouocasse: & Asaelem fratrem Joab percussum in inguine interfecisse, sic quidem intelligi uolunt. Saulus, inquit, necdum adhuc apostolus, de tribu Beniamin, priusquam fuisset correptus a domino, apostolos ad certamen legitur prouocasse, ac neci interfuisse Stephanum. Caeterum quod locutus est Abner ad Asael, dicens: [Recede, noli me sequi, ne forte compellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum. Qui audire contempsit, & noluit declinare. Percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco, omnesq; qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asael & mortuus erat, subsistebant.] Moraliter, cuius idem Asael typum tenuit, nisi eorum quos uehementer arripit furor, & in praiceps ducit? Qui in eodem furoris impetu, tanto cautius declinant, quanto & infanlius rapiunt. Vnde & Abner qui sermone nostro, patris lucerna, dicitur: fugit, quia doctorum lingua, quae supernum dei lumen indicat, cum per abrupta furoris, mentem cuiuspiam ferri conspicit, cumq; contra irascentem, dissimular uerborum iacula reddere, quasi persequentem non uult ferire. Sed cum iracundi, nulla consideratione se mitigant, & quasi Asael, psequi & insanire non cessant: necesse est ut hi qui furentes reprimere conantur, nequaquam se in furorem erigant, sed quocquid est tranquillitatis ostendant: quaedam uero subtiliter perant, in quibus ex obliquo fuerent animi purgant. Vnde & Abner, cum contra persequentem substitit, non eum recta, sed auersa hasta transforauit. Ex mucrone quippe percutere, est impetu aperte in crepationis obuiare. Auersa uero hasta persequentem ferire, est furentem in tranquille,

Iosephus.

Asuum. 6.

ex quibusdam angere, & quasi parcendo superare. Asael autem protinus occumbit, quia commotus, dum & parci sibi sentiunt: & tunc responsum ratione in intimis, sub tranquillitate tanguntur: ab eo quo se exererant, statim cadunt. Qui ergo a feruoris sui impetu, sub lenitatis percussione resiliunt, quasi sine ferro, moriuntur. [Et exclamauit Abner ad Joab, & ait: Num usque ad internecionem tuus mucro defecit?] Hebraeus, ut legi in cuiusdam disputatione, non habet L tuus. [An ignoras quod periculis sit desperatione?] In Hebraeo ita habetur, [An ignoras quod amarus erit finis?] Et est sensus: Nunquid ignoras quod ad amaritudinem tibi proueniat, eo quod populum hunc delere niteris?

Caput III.

**F**acta est ergo longa concertatio, inter domum Saul, & domum David. David proficiens, & semper in seipso robustior; domus autem Saul decrescens quotidie. Domus ergo David, quae est alia, quam ciuitas dei Ierusalem uidelicet caelestis, quae partim adhuc persequitur in terris, partim iam cum domino regnat in caelis. Et quae est domus Saul superbi & impij regis, nisi Babylon illa confusionis plena, quae seducit & fornicari facit omnes gentes, in prostitutione sua? Longa ergo concertatio inter domum Saul, & domum David est: quia persequitur illa quae secundum carnem est, eam quae secundum spiritum. Sed domus David, eo magis profectu filio; gaudebit suorum, quo magis domus Saul persecutiōibus contra eam saeuit. Illa autem quotidie deficiens, in iniquitate sua tabescet: & ad extremum secundum merita sua, simul cum capite suo, in profundum abyssi mergetur. [Nati quoque sunt filij David in Hebron. Fuitq; primogenitus eius Amnon, de Achinoen Jezrabelitide, & post eum Chelcub, de Abigail uxore Habel Carmeli. Porro tertius Absalom, filius Naacha, filiae Tholomai regis Gessur. Quartus autem Adonias, filius Aggith: & quintus Saphatias, filius Abital. Sextus quoque Ietram, de Egla uxore David. Hi nati sunt David in Hebron.] Quartitur, cum aliae uxores David supra notatae sint, & non dicantur uxores David, cur hic sola Egla uxor dicatur David? Egla enim ipsa est Michol, quae ideo uxor eius hic sola uocatur, eo quod in adolescentia primum ipsam sortitus fuerat in uxorem: quae etiam partu occubuisse dicitur. Vnde & in sequentibus scriptum est: Igitur Michol filiae Saul non est natus filius, usq; ad diem mortis suae, quia in ipso partu occubuit. Et quid septem filij David qui ei nati sunt in Hebron, nisi perfectiōnem sanctorum in fide, sermone, & opere significante? quae ab ecclesia matre, sponso saluatori uidelicet nostro, quotidie generantur: & coniugio spirituali, per spiritus sancti gratiam, in aeternam uitam, quotidie filij lucis oriuntur. [Respondit Abner iratus ad Isboseth: Nunquid caput canis ego sum aduersum Iuda hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius? & non tradidi te in manu David, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie? Et reliq.] Ac si diceret, Propter te, & propter domum patris tui, dico cor caput canis esse contra Iudam: eo quod non reduco domum Israel ad David, quem scio unctum esse regem, & regnaturum fore super uniuersum regnum Israel. Caput canis se dicit esse, id est uilem, eo quod a domo Iuda sic haberetur, sicut latratus canis: & eo quod princeps esset canum, id est, stultorum hominum. [Et dixit Abner ad David: Surgam ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israel, & mecum tecum foedus, & imperes omnibus sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset David Abner, & ille isset in pace.] Abner ueniens ad David ut uniuersum Israel, regno ipsius sociaret, ab Joab ignorante David, in dolo occisus est. De quibus latius in sequentibus: & alit diciturus sum. Sic intelligunt: Abner, inquit, ueniens ad David, ut uniuersum Israel regno ipsius sociaret, sed a Joab in dolo occisus est. Et Paulus egrediens ad gentes, ut praedicatione sua ad fidem eas Christi conuerteret, grauissimas Iudaeorum pertulisse legitur, persecutiones. Si cut enim Joab filius Saruiae, amulus Abner, usq; ad necem mortis insidiatus est: sic nimirum Iudaei filij uidelicet synagoga, Paulo Apostolo ex eadem tribu Beniamin genito, tam diu insidiati sunt, donec eum de Iudaea expellentes, ad gentes transire compulerunt,

Apoc. 14. Iste. 21. Ieremi. 51.

Asuum. 7.

59 [Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens: Tam heri quam nudius tertius  
 60 querebatis David, ut regnaret super vos. Nunc ergo facite, quonia dominus locutus est  
 61 ad David, dicens: In manu serui mei David, saluabo populum meum Israel, de manu Ipsi  
 62 limum et omnium inimicorum eius &c.] Quid est ergo quod Abner populum uniuersum Is-  
 rael exhortatur, ut relicto Ithobeth filio Saul, ad David, prompto ac deuoto animo, con-  
 ueniant nisi quod doctores sancti, qui patris lucerna merito dicuntur, lumine fidei, & scienti-  
 63 aie plenissimi, in uniuersis gentibus nomen domini predicant, & exhortantur: quatenus  
 64 preta idolorum cultura, & relicto errore confusionis, cum autore suo diabolo, ad David  
 nostrum (qui uere manu fortis, & desiderabilis est: quod desideratus cunctis gentibus esse,  
 a propheta describitur) sine mora festinet uenire, & sub eius imperio, perpetuo stude-  
 ant permanere. Nam & Ioab, qui Abner dolo loquens, & percutiens in inguine, fideles  
 65 cit: non alium quam hostem antiquum, significat: qui fictis suasionibus quotidie infideles  
 66 subuertere, satagit: & per libidinis noxiae cogitationes, interficere molitur. Ioab enim inimi-  
 67 cus, uel idem, frater interpretatur. Omnium inimicorum, diabolus est caput. unde &  
 68 saluator talibus in euang. dicit: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uul-  
 69 tis facere. Ab hac ergo persecutione, David noster immunis est: quia deus neminem ten-  
 70 tat. Ipse autem intentator malorum est: qui uult omnes homines saluos esse, & ad agniti-  
 71 onem ueritatis peruenire. Per inuidiam enim diaboli, mors intrauit in totum orbem ter-  
 72 rarum: imitantur autem eum, qui sunt ex parte eius. Potest nomen & persona Ioab, non  
 inconuenienter ad populum Iudaicum per significationem transferri, qui inimici semper  
 73 praedicatorum euangelii extiterunt, & fidem Christi ubicunque potuerunt, perseque-  
 74 bantur. De quibus Paulus Thessalonicensibus scribens: Vos enim, ait, imitatores facti estis  
 75 fratres ecclesiarum dei, quae sunt in Iudaea, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & uos  
 76 a contribulibus uestris, sicut & ipsi a Iudaeis: qui & dominum occiderunt Iesum, & pro-  
 77 phetas, & nos persecuti sunt: & deo non placuerunt, & omnibus hominibus aduersant:  
 78 prohibentes nos gentibus loqui, ut saluae fiant: ut impleant peccata sua semper. Peruenit  
 79 enim ira dei super illos, usque in finem. Aliter, [Et percussit Ioab Abner in uultum san-  
 80 guinis Asael fratris eius &c.] Quid per Ioab, qui inimicus uel frater interpretatur, nisi  
 81 elatio Iudaeorum, atque haeretici designantur? Quid uero per Abner, qui in latinum uer-  
 82 titur, patris lucerna, nisi spiritales uiri, & humiles ecclesiae doctores, exprimentur? Ioab,  
 83 Abner in porta dolo occidit: quia & inimici fidei, hoc est, Iudaei & haeretici, quosdam praes-  
 84 fules ecclesiae ob defensionem fidei, usque ad necem mortis persecuti sunt. Pro qua re de do-  
 85 mo patris Ioab (per quam signat impia plebs) non deficit fluxum seminis sustinens: hoc  
 86 est, immundis cogitationibus, atque sordidis actibus, pollutus. Similiter quoque & leprosus  
 87 sustinens fufum: per quod designantur haeretici, mendacii sui cogitatione corrupti. Qui  
 88 haeretici dum fallaciam suam defendere nituntur, per ambitum uerborum rotantur: & ue-  
 89 lut in confuso locutionis suae (mendacia inuoluendo) concludunt. Et dum litigiosa lin-  
 90 gua, infirma ecclesiae membra uelut gladio oris sui confodiunt, ipsi prius in eodem gla-  
 91 dio impietatis suae moriuntur. Et quia se ex mendacio suo pascunt, a pane uerbi dei uacui  
 92 feiunant. Vnde in sequentibus dicemus, quid mystice signetur: & iam aliter. [Plan-  
 93 gensque rex Israel Abner, ait: Nequaquam ut mori solent ignaui, mortuus es Abner.] Id  
 94 est, non peristi in tua stultitia, sicut ignaui perire solent: quia fraude deceptus es. [Dus  
 95 nus tuae non sunt ligatae, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati,] sicut eorum ma-  
 96 nus solent ligari & pedes uinciri, qui in praelio capi solent: dolo igitur non uiribus per-  
 97 emptus es. Quod autem David se excusans de nece infantis, dixit: [Mundus ego sum,  
 98 & regnum meum apud deum, usque in sempiternum, a sanguine Abner filii Her, & ueniat su-  
 99 per caput Ioab, & super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxum  
 100 seminis sustinens, & leprosus, tenens fufum, & cadens gladio, & indigens pane.] Iudaeorum  
 101 denotat perfidiam atque miseriam. Super caput enim Ioab, id est, super principes & sacer-  
 102 dotes ipsius populi, & super omnem domum patris eius: synagogam uidelicet satanae, at-  
 103 que conuentum malignantium, ueniet iniquitas impiorum, ut requiratur ab eis omnis san-

Iob. 8.

Iacob. 1.

1. Thessa. 2.

104 guis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zacha-  
 105 riae filii Barachiae. Nec deficiet de domo istius Ioab, fluxum seminis sustinens, id est, ua-  
 106 rijs desiderijs diffuens: quia in uoluptatibus istius uitae, tales tota spem suam ponunt: ubi &  
 107 leprosi sunt tenentes fufum, id est, uarijs erroribus maculati, instabilitatem haereseum ac  
 108 mundani luxus sequentes: qui iuxta desideria cordis sui, coaceruabit sibi magistros pru-  
 109 rientes quidem auribus, & a ueritate auditu auerentes. Ibi etiam non deficiet cadens  
 110 gladio, & indigens pane, I qui, cum pane illo qui de caelo descendit semper egent, & non  
 111 refici ab eo merentur, futurae uisionis gladium non euadent.

## Caput IIII.

112 **V**enientes filij Remon Berobitae Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die  
 113 domum Ithobeth, qui dormiebat super stratum suum meridie. Ingressi sunt autem do-  
 114 mum, & ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Assumentes spicas tritici  
 115 lateer ingressi sunt, & percusserunt eum in inguine, & reli. Duo uiri isti principes erant  
 116 super expeditiones Ithobeth. Mortuo uero Abner (ut Hebraei tradunt) conciliati sunt cum  
 117 Miphobeth, ut una interficerent Ithobeth: & eundem Miphobeth constitueret regem:  
 118 & eiusdem consilij delatorem, eundem Miphobeth extitisse, & idcirco hic idem Miphobeth,  
 119 subintroducitur hoc modo: [Erant autem Jonathan filij Saul, filius debilis pedi-  
 120 bus: quinquennis enim fuit, quando uenit nuntius de Saul & Jonathan ex Jezrael, &c.]  
 121 Videntes uero Banaa & Rechab, a Miphobeth, suum proditum esse consilium, timore  
 122 perterriti, fuga lapsi sunt in Gethaim: fueruntque ibi aduenae usque ad tempus illud. Tempus il-  
 123 lud, intelligendum est: quando inde reuersi, domum Ithobeth, feruente die ingressi sunt, as-  
 124 sumentes spicas tritici, & percutientes eum in inguine. Spicas tritici quasi causam primi-  
 125 tiarum tulerunt, ut honorem regi deferre uiderent, & eorum dolo nequaquam depre-  
 126 henderetur. Mistice autem ostiaria triticum purgat, cum mentis custodia discernendo uir-  
 127 tutes a uitijs sepat. Quae si obdormierit, in morte proprii domini sui, insidiatores admit-  
 128 tet: quia cum discretionis sollicitudo cessauerit, ad interficiendum animum, malignis spi-  
 129 ritibus iter pandit. Qui ingressi spicas tollunt, quia mox bonarum cogitationum germi-  
 130 na auferunt. Atque in inguine feriunt, quia uirtutem cordis delectationes carnis occidunt.  
 131 In inguine quippe ferit: est uitam mentis, carnis delectatione perforat. Nequaquam  
 132 uero Ithobeth iste, inopinata morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem,  
 133 id est, ad mentis aditum, mollem custodiam deputasset: Fortis namque uigilque sensus, praes-  
 134 poni cordis foribus debet: quem nec negligentiae somnus opprimat, nec ignorantiae er-  
 135 ror fallat. Vnde bene & Ithobeth appellatus est, quod custode foemina, hostilibus gladijs nu-  
 136 datur. Ithobeth quippe, uir confusionis dicitur: uir autem confusionis est, qui forti mentis  
 137 custodia munitus non est: quia dum uirtutes se agere aestimat, subintrantia uitia nescien-  
 138 tem necant. Tota itaque uirtute, muniendus est aditus mentis: nequando eam insidiantes  
 139 hostes penetrent, foramine neglectae cogitationis, Hinc Salomon ait: Omnia custodia, ser-  
 140 ua cor tuum, quia ex ipso uita pcedit. Virtutes ergo quas agimus, dignum est, ut summo-  
 141 pere ab intentionis origine pefemus: ne ex malo ortu pdeant, etiam recta quae ostentant.

## Caput V.

142 **E**t uenerunt uniuersae tribus Israel ad David in Hebron, dicens: Ecce nos os  
 143 tuum & caro tua sumus, & reliq. Quid conuentus iste tribuum Israel ad David  
 144 significat, nisi conuentum omnium gentium ad Christum? Quae illi quasi blande  
 145 diendo dicunt: Ecce nos os tuum & caro tua sumus: cum in illo incarnationem, quam ex  
 146 nostra natura in uirginis utero suscipit, diligunt atque uenerantur: eiusque ditioni subdere  
 147 se appetunt, eius seruire omni tempore desiderant. Vnde Psalmista dicit: Reminiscet  
 148 & conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae. Et adorabunt in conspectu eius oes  
 149 patriae gentium: quouiam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Venerunt  
 150 quoque & senes de Israel ad regem in Hebron: cum prophetae & apostoli, una fide, & pas-  
 151 sari deuotione, ad mediatorem nostrum concurrunt. De quibus scriptum est: Principes  
 152 populi concurrunt in unum cum deo Abraam, Et alibi: In conspectu senum suorum glo-  
 153 f.

Prouer. 4.

Psalm. 21.

riabitur. [Filius triginta annorum erat Dauid, cum regnare cepisset, & quadraginta annis regnauit.] In Hebron regnauit super Iudam septem annis & sex mensibus in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis, super omnem Israel & Iudam. Queritur, cur non in summa quadraginta anni & sex menses annumerentur quod ab Hebraeis duobus soluitur modis: Dicunt enim, quod Dauid sex mensibus Absalon filium suum fugerit, merito igitur eosdem sex menses, a summa regni illius esse exclusos. Dicunt etiam aliter, quod sex mensibus in Hebron Dauid quadam infirmitate corporis laborauerit, & idcirco eosdem sex menses, non supputari in regno eius. Ex eo namque tempore, illum regnasse dicunt in Hebron, ex quo deus Amalechitis, de spolijs eorum misit dona senioribus Iudae: his qui erant in Hebron, & his qui erant in Bethel, & reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid ipse, & uiri eius. Mystice autem quod Dauid triginta annorum regnare cepit, praefigurabat quod dominus noster triginta annorum uenit ad baptismum, & incipiebat euangelium regni praedicare: cuius regnum sempiternum, & postestas eius alteri non dabit. Quadragenarius enim numerus, qui ex quaterdenis constat, plenitudinem temporum, & rerum perfectionem significat. [Vixeruntque Dauid super omnem Israel regem. Et reliqua.] Dauid bis esse unctus dicitur, similiter & dominus Iesus Christus prius in populo Iudaeorum, post haec in populo gentium principatum sumpsit. Dauid cum triginta esset annorum, regno positus est, & dominus Iesus Christus eadem aetate, in Iordane fluuio, a Iohanne baptizatus, discipulos habere cepit. [Et abiit rex & omnes uiri qui erant cum eo in Ierusalem ad Iebusaeum habitatozem terrae. Diciturque est Dauid ab eis: Non ingredieris huc, nisi abstuleris caecos & claudos, dicentes: non ingredietur Dauid huc. Cepit autem Dauid arcem Sion, haec est ciuitas Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illa praemium, qui percussisset Iebusaeum, & tetigisset domatium fistulas, & claudos & caecos odientes animam Dauid. Idcirco dicitur in proverbio: Caecus & claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in arce, & uocauit eam ciuitatem Dauid. Et aedificauit per gymnasium a mello & intrinsecus, & reliqua.] Ait enim: [Non ingredieris huc, nisi abstuleris caecos & claudos, &c.] Ac si dicatur ab eis: Non ingredietur huc Dauid, donec nos hinc auferat: quos inermes & imbecilles sicut caecos & claudos esse arbitrat, & quos bello aggressurus, sicut claudos & caecos se triumphaturum putat. Idcirco dicitur in proverbio: Caecus & claudus non intrabunt templum. Id est, Non intrabit quilibet domum claudorum & caecorum, quoadiu claudus & caecus intro fuerit: [Proposuerat enim Dauid in die illa praemium, qui percussisset Iebusaeum, & tetigisset domatium fistulas, & caecos & claudos odientes animam Dauid.] In Hebraeo ita habetur: Et dixit Dauid in die illa: Qui percussisset Iebusaeum, & tetigerit fistulas domus, erit primus. Et in Paralipomenon, Omnis qui percussisset Iebusaeum in primis, erit princeps & dux. Id est, Qui tanta fuerit audacia, & fortitudinis, ut ad murum ciuitatis usque ueniat, & hasta sua fistulam quae in muro est, tangat: ipse princeps erit. Ascendit igitur primus Iobab filius Saruiae, & actus est princeps. Hinc Iosephus aperte describit: Exurgens, inquit, Dauid cum omnibus, uenit in Ierosolymam, Iebusaeis habitantibus ciuitate (qui erant ex genere Chanaanorum,) & claudum tibus eis portas, & caecos aspectu, & claudos, omnesque leprosos, ad derisionem regis constituentibus super muros: dicentibus, quia prohiberent eis caeci ingredi in ciuitatem: quae tamen ab eis agebant despicientes eum, pro maxima munitione muros. Iratus rex Ierosolymam obsidere coepit, & multo studio & labore conari, ut eam caperet: quatenus in ipso principatus initio, suam fortitudinem demonstraret: Interminatus itaque & ipsis & alijs (si qui forte haberent aduersus eum resistendi conamen) inferiorem ciuitatem, magna uirtute coepit. Cumque adhuc arcem obtinere non posset, coepit, honores & munera promittere, rex pronus ad opus belli, commilitones prouocare: ut quicumque per subitus colles in arcem conscenderet, eamque caperet, principatum militiae, totius populi possideret. Cunctis itaque conscendere festinantibus, & nullo labore pro muneris retributione tardantibus, Saruiae filius Iobab praeuenit uniuersos: Et ascendens in cacumine, clamauit ad regem, exigens militum principatum, Expulsus itaque, rex, de summa arce Iebusaeis, & reaedificans ciuitatem Ierusalem

Lucas.

Iosephus.

Ierosolymam nuncupauit, & omni tempore in ea sui habitauit imperij. Sed quia in hoc uolumine, hic primum Ierusalem ciuitas Iebusaeorum legitur, quae in Genesi Salem (ut tradit Hebraei) & in uolumine Iudicum Iebus legitur, & in multis scripturis, maxime in nouo testamento, Ierosolyma appellatur: requirendum est, quare Ierusalem legatur. Sed dicamus quid in dictis doctorum inuenimus: Iudaei, inquit, asserunt Sem filium Noe (quem dicunt Melchisedec) primum ipsam ciuitatem inhabitasse, dictamque id temporis Salem, quam postea tenuerunt Iebusaei, de quibus & sortita est uocabulum Iebus: Sicque duobus nominibus copulatis Iebus & Salem, uocata est Ierusalem: quae postea a Salomone Ierosolyma, quasi Ierosolomonis, hoc est, aedes Salomonis dicta est. Haec & corrupte a poetis Solyma nuncupatur: Vnde per tropum quae grammaticis Tmesis appellatur, distinctim a poeta in poemate ponitur: Iero, quod genuit, Solymis Dauidica plerumque hoc est Ierosolymis: Quae postea ab Aelio Hadriano uocata est Aelia. Sed nobis uidetur quod binis nominibus uocata sit, sicut nonnullae ciuitates, quae in libro Iudicum ostenduntur: ubi legitur: Qui pergebat in montem Ephraim, uenitque (inquit scriptura) contra Iebus, quae alio nomine dicebatur Ierusalem: De cuius nomine, plenius in libello quem nuper in Genesim edidimus, disputauimus. His enim praesertim libatis, ad allegoricam significationem, stylum uertamus. Dauid arcem Sion cepit, ablati prius caecis & claudis, odientibus animam Dauid. Sic nimirum dominus Iesus Christus post reprobationem scribarum atque pharisaeorum, qui uere caeci & claudi sunt appellati: odientes animam eiusdem domini Iesu Christi: id est, uitam eius auferre conantes, principatum in ecclesia: quam ex gentibus acquisiuit, obtinuit. Domatium uero fistulam, falsam scientiam huius mundi, seu haereticorum dogmata figurasse, non dubium est. Quae omnia dominus Iesus Christus, per praedicatorum suos, uelut per Iobab percussit atque destruxit: & destruxit in ecclesia sua non desinit. Iebusaeus uero, qui interpretatur conculcans: populum significat gentium, qui priusquam crederet, diuina praeccepta paruipendens conculcabat. Dicamus & aliter: In hoc quod Dauid Iebusaeum habitatorum terrae, de Ierusalem eiecit, & suam ciuitatem fecit: significabat dominum uenturum uerum Dauid, qui contrarias potestates, de cordibus fidelium expelleret: & sic in eis suam mansionem constitueret: Vnde per prophetam dicit: Et inhabitabo & inambulabo in illis, & ero eorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Iebusaeus enim iuxta hanc intelligentiam, non immerito potest interpretari calcatus. Etenim Dauid etiam Iobab, qui arcem cepit, principem & ducem constituit: quia dominus redemptor noster, non solum per mysterium crucis omnem principatum diaboli destruxit, & sibimet uictoriam gloriae acquisiuit: uerum etiam fidelibus suis, super omnem diaboli potestatem uirtutem tribuit: sicut ipse in euangelio discipulis suis ait: Ecce dedi uobis potestatem calcandi super scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Bene ergo dictum est, quod Dauid eiecit caecos & claudos, qui odiebant animam Dauid, ceperit arcem Sion, suamque ciuitatem eam uocauerit: quia saluator noster malignos spiritus cum turba uictiorum, de anima qualibet expulerit, sibique eam per illuminationem sapientiae usurpauerit merito arca Sion, id est speculatio & uisio pacis, ipsa uocabitur. Atque de ea recte per Psalmistam dicitur: Notus in Iudaea deus, in Israel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit cornua, arcum, scutum, gladium, & bellum. [Missit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesque lapidum ad parietes, & aedificauerunt domum Dauid.] Hiram qui interpretatur uiuus excelso, praedicatorum praefigurauit ex populo gentium, qui Dauid ex lignis cedrinis, (domino uidelicet ac redemptori nostro) id est, ex meritis incorruptis ac fortibus: & lapidibus, id est, sanctis, perfectis, quatuor uidelicet uirtutibus: quadratis, id est, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia perfectis: non solum per se, uerum etiam per solertiam discipulorum, tanquam artificibus suis, quibus dicitur: Et uos tanquam lapides uiui superaedificamini, domus spiritalis: domus, id est sanctam ecclesiam, aedificauerunt: Vnde etiam cognouit tunc Dauid, id est, dominus, quoniam confirmasset eum deus pater, regem super Israel, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel: id est, super cunctos credentes, ac mente uidentes deum: non solum Iudaeorum, maxime etiam & gentium, de quibus repromiserat ei pater, dicens:

Eusebius.

Psalm. 75.

1. Petri. 2.

Psalm. 2.

Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam in terminos terrae. Vnde & iure sequitur, [Accipit ergo adhuc David concubinas & uxores de Ierusalem.] Sed forte querit aliquis, si ipse David imaginem Christi gerebat, quod multas uxores & concubinas habuisse dicat; cum has rex Christus & horrefcat & damnet. Sed figurate gestum est. Quod uero David uxores plurimas habuisse dicitur, hoc sine dubio praefiguratur: quia Christus Iesus ex multis gentium nationibus, per fidem ecclesiae, sub septenario numero sacramenti copulaturus erat. Concubinae uero eius Iudaeorum seu haereticorum significant conventiones: quae in seruitute & non in libertate generant, & sub titulo nominis Christi se manere gloriantur; sed quia propter carnalia luca Christi sectantur, non immerito non coniuges, sed concubinae uocantur. Denique nunc reges si plures habeant uxores uel concubinas, in crimine reputantur: quia iam transierunt figurae, pro quibus uxores uel concubinarum uenia concedebatur. At nunc quia figurae transierunt, uenia nulla datur. [Participi sunt David & alij filij & filiae, & haec nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem: Samua & Sobab, & Nathan & Salomon & Ibaar & Elisua & Nepheg & Japhia & Elisama & Elida & Elphebet.] Verum quia haec nomina subiunximus, ratum diximus interpretationes Iudaeorum ponere, ut superiori intellectu spirituales intelligentiae (iuxta prudentiam prudentis lectoris) conueniant. Si enim aliquid spiritualiter sermo historicus inuenire non uisisset, nequaquam addere curasset qui essent filij, qui nati essent David in Ierusalem. Nam si idem David significat saluatorem, ergo non immerito filij eius, credentes significant, ex utraque ecclesia, Iudaeorum scilicet & nationum. Vnde & in Paralipomenon lib. quatuor fuisse ex Bethsabee uxoris Uriae Hethaei: Samua uidelicet & Sobab, Nathan & Salomon, quae typum gessit ecclesiae gentium, sicut in sequentibus, Christo duce, facti sumus. Porro Samua interpretatur audacia: Sobab, conuertens; Ibaar, elegit; Elisua, dei mei salus; Nepheg, applicans ori; Japhia, illuminat uel ostendit; Elisama, deus meus audiens; Elida, deus meus scit; Elphebet, deus meus saluans: quae interpretationes apte (ut diximus) fidelibus congruunt, qui diuina praecipua libenter audiunt, & ad operationem fidei conuertuntur. His igitur tactis, ad ea quae sequuntur, sermonem conuertamus. [Et addiderunt iterum Philistinim, ut ascenderent contra David. Consultuit autem David dominum. Qui respondit: Non ascendas, sed gira post tergum eorum, et uenies ad eos ex aduerso pirorum. Et reliquum.] Quanquam nonnulli, ut in cuiusdam uolumine legi, contendunt non habere in Hebraica ueritate, Lex aduerso pirorum, sed stentium, hoc est ut tradunt ex aduerso idolorum suorum, ubi scilicet idola erant in quibus confidebant; quae (ut inquit) prout ex traditione Hebraeorum didicerunt) idcirco stentium uocantur, quia stetur digna sunt: & eos, qui ea colunt, ad stetur miseriarum perducunt. Vnde & subiungunt, [Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine stentium.] Hoc est ut ferunt: Cum audieris a potestatibus angelicis, eorum idola (in quibus omnis eorum fortitudo est) conuerti & conculcari. [Tunc imbis praedium, quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam.] Et reliquum.] Ergo quia nostram interpretationem ueram credo, sicut in praefatione nostrarum interpretum in tribus linguis peritus, galeatum ponit exemplum, de arboribus simpliciter intelligit Allophylogum. Sed quia historiam didascalico consentiente, propalauimus, deinceps copioso sermone strictim tangere aggredimur, quid allegorice significet. In hoc enim quod ait: [Cum audieritis sonitum gradientis in cacumine pirorum &c.] Aduentum domini significat super celsitudinem prophetarum & apostolorum, uirtute diuinitatis suae super gradientem, sicut in Canticis canticorum scriptum est: Ecce iste ueniet saliens in montibus, transfiliens colles. Pirorum autem cacumina, arborum significant summitates. Quid per arbores, nisi sublimes praesentem intelligunt? In quorum cacuminibus dum sonitus audit, id est, dei in sublimitate uita: sonus (stante spiritu sancto) praedicatio, intonuit, David ut uirtute suae diuinitatis, qua celsitudine sanctorum transcedit. Philistaeos, id est, immundum spiritum, superauit.

Cantico. 2.

**C**ongregauit autem rursum David omnes electos Israel triginta millia, ut adduceret arcam dei. &c. usque ad ait. Iratusque est indignatione domini, quod excedit Stromata non ad arcam tenuit eam, quam calcitrabant boues contra Moysen, & percussit eam & mortuus est.

In hac historia beati reges & prophetae David, qui arcam domini adduxisse narratur, humilitas approbata, superbia damnata, & temeritas uindicta monstratur: quia & ipse David qui coram arca domini humiliter saltare non erubuit, mox promissionem filij dei, ex sua stirpe nascituri, suscipere promeruit: & coniunx quae eandem illius humilitatem despicere, eius semine foecundari non meruit, sed perpetuae sterilitatis poenas luit. Sacerdos quoque, qui arcam inconsiderata temeritate tetigit, ausus sui reatum, immatura morte purgavit. Vbi intueri necesse est, quantum delinquat, qui ad corpus domini reus accesserit. Si de uorus ille sacerdos morte multatus, qui arcam illam dominici uidelicet corporis figuram, minori quam debuit ueneratione contempsit. Verum iuxta allegoriam David Christum, arca ecclesiam significat: uel sacram scripturam. Quae fuit autem David arcam in ciuitatem suam adducere, sed causa interueniente contraria, ad tempus eam alibi diuertit, Ac sic deinceps quod multum delectauerat, explicuit. Quia dominus in carne apparens, euangelium filijs Israel, suae uidelicet genti, praedicauit: sed caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret. Sed ut haec pateant manifestius, per singula uideamus. Congregauit David omnes electos ex Israel triginta millia, quia dominus ecclesiam primitiuam ex Israel instituit, non quidem omnem Israel, sed electos quosque sibi consocians. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitae, sed filij promissionis deputantur in femine, qui triginta millia referunt, id est, fidei operibus, & spei firmitate perfecti. Tria enim, propter confessionem sanctae trinitatis, ad fidem pertinent: decem propter decalogum legis, ad opera: Mille propter sui perfectiorem, ad spem uitae aeternae, quia superius aliquid non est: sicut numerus millenario maior nullus est. Est enim millia sine triginta millia, siue etiam mille millia dixeris, non ipsum mille numerum transcendis, sed uel per se, uel per minores numeros saepius dicendo multiplicas. Tria ergo per decem multiplicata, ne fides sine operibus mortua sit. Item triginta millia, per mille multiplicata: ut fides quae per dilectionem operatur, non alibi quam in caelis retributionem speret. Electi igitur ex Israel, populos recte credentes, operantes, sperantes insinuat. Viri autem Iuda qui erant cum David, ipsos apostolos & doctores, qui lateri Christi quasi familiariter adhaerebant, indicant: qui utroque stipatus exercitu, dominus, arcam adducere, id est, ecclesiam dilatare, & in eorum qui non crediderunt cordibus fide inferere gaudet. Imponit autem arca plaustrum nouum, ut noui testamenti gratia, renouatis in baptismo mentibus, infundatur: uinumque nouum, nouis utribus conseruandum mandatur. Erat quidem prius arca in domo Abinadab, qui erat in Gabaa, quia eadem quae nunc praedicatur ecclesiae fides, & ante incarnationis dominicae tempus florebat, in his qui patriarcharum prophetarumque sunt deuotionem secuti. Abinadab enim, qui interpretatur pater meus spontaneus, uel Abraam patrem fidei, uel Moysen legislatorem significat: qui uterque in Gabaa custodit arcam: quia sublimi uirtutis exemplo, credentium pectora munit. Vnde & Gabaa collis interpretatur, qui est locus in ciuitate Cariathiarim. [Elata ergo foris arca, iudebat David & omnis Israel coram domino, diuersis musicorum generibus.] Quia mox inchoante noua gratiae praerogatio, dominus ad exhibendas deo patri laudes humilitatis, omnes inuitat, dicens: Qui mihi ministrat, me sequatur. Alij sermonem scientiae: alij dando per spiritum sermone sapientiae: alij genera linguarum: alij gratiam curationum, &c. Sed his atque huiusmodi charismatum generibus, progredientem arcam, id est, crescente ecclesia primitiuam, uentum est ad arcam Nachon, id est, aream praeparatam, gentium uidelicet ecclesiam fidei ueritate consecrandam. De qua Iohannes ait: Et permundabit aream suam. Vbi sacerdos qui arcam incautius quasi corrigendo tetigit, mox a domino percussus occubuit: quia Iudaeorum populus dum gentibus inuidet, salutis se munere priuat: Dum legem uult euangelio misceri, utriusque sibi gratiam tollit. [Et tenuit, inquit, arcam, quoniam calcitrabant boues.] Boues quippe calcitrare, est praedicatores euangelij liberius circa fidem agere, neque secundum consuetudinem legis ingredi: sed sabbata, neomenias, circumcisionem, uicissimque, spiritualiter interpretari: quos uelut errantes corrigere tentabant, qui descendentes de Iudaea docebant fratres: Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non poteritis

Roma. 11.

Roma. 9.

Matth. 2.

Iohan. 12.

1. Corin. 12.

Matth. 5.

salui fieri: & quibus Iacobus ad Paulum: Vides, inquit, frater quod millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis? [Ob causam ergo sacerdotis occisi, David noluit diuertere ad se arcam domini, in ciuitatem David: Sed tulerunt eam in domum Obededom Gethæi.] Quia respicientibus uerbum Iudæis, ne amplius audita, & non suscepta prædicatione noceret, apostoli ab eis ablati, & ad gentes euangelio imbuendos sunt missi. Videlicet locus aræ Nachon (quæ gētium fidem domini gratiæ præparatam de monstrat) percussio Oza nuncupatur: uidelicet quia illoꝝ delictum, salus est gentibus. Obededom namq; interpretat seruiens homo: ille est utiq; de quo dominus ad patrem Constitutus, inquit, me in caput gentium, populus quem nō cognoui, seruiuit mihi. Vbi & Iudæorum abiectionem quasi Oza mortē præmittens, ait: Eripies me de contradiçtō onibus populi. Nomen quoq; urbis congruit, Geth enim interpretatur torcular: significans crucē, in qua Chr̄s uitis uera calcari & exprimi dignatus est. A qua cunctus gētium populus merito Gethæus appellari potest, cum dicit: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Tres autem menses quibus ibidem arca demoratur, fides, spes, & charitas est. Sicut enim diebus adimpletur mensis, ita singulæ uirtutes suis quæq; passibus ad perfectionem perueniunt: Menses quousq; plenitudo gentium intreret, currare nō cessant. Tandem rediēs David arcam in ciuitatem inducit, quia dñs (Enoch & Elia prædicantibus) conuertet corda patrum in filios: boues & arietes immolans: hoc est, eos qui arcam domini trituran, & ouium eius ducatum gerunt, martyrii sanguine coronas, & ipse quoq; suæ incarnationis & passionis exemplum eousq; Iudæis non credidum, palam manifestans: hoc em̄ significat, quod & ipse David accinctus erat Ephod lineo. Nā linum quod de terra procreatum, multiplici labore ad candorem uestis peruenit, ueritatem humanæ carnis inter flagella triumphantis ostendit: uerum cunctis exultantibus, & ad arcam cælestis introitus hymnos resonantibus, sola Michol filia Saul, ab arcam ducem tibus abest, quinetiam spectaculis David humiliatum despicit: quia credentibus in mundo sine Iudæis, erunt nonnulli qui Christum tantum professione, sed opere sequent. Ant̄ christum: quibus merito cōgruit, quod eadem Michol quæ ob figurandam instabilitatē carnaliū, a qua om̄s uiri iniquitas pcedit, præter morē nō uxor David, sed filia Saul appellat: quia q̄ Christo fidentenus tm̄ seruiunt, non illius regno coronandi, sed persecutores eius, quos imitati sunt, anathemate damnandi. Verū licet prauis succensant, humilitatē ecclesiæ contemnant, nihilo minus arca dñi suum locum ingreditur: ponit in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David: id est, fides ecclesiæ prædicat, proficit, inserit cordibus omnium, quos dñs ad uitam præordinauerat æternā. Offert David holocausta & pacificam coram dño: & fidem deuotiōemq; ecclesiæ commendat patri Christus, q̄ est ad deitatem dei, q̄ etiam interpellat pro nobis. Qui in exemplū David, fideles humilesq; benedicens, salutaris mysterij pascit alimentis. [Partitus singulis collyridam panis vnā, illius utiq; q̄ de cælo descendit, & dat uitā huic mundo: [et assaturā bubulæ carnis vnā] illius scilicet uituli saginati, q̄ pro reuertente ad patrē filio iuniore, mactatus & igne passionis affatus est, dicens: Exaruit uelut testa uirtus mea. [et similitam frigam oleo.] carnem uidelicet, à peccati labe mūdissimā, sed ob humanæ salutis causam huberrimam, delectatō onibus, crucis farragine coctā. Et merito una panis collyrida, una carnis assatura datur: quia unus dñs, una fides, unum baptisma, unus dñs & pater omnium: Aliter hæc munera fideles accipiunt: q̄ unus panis & unum corpus multi sumus in Christo, suæ carnis singuli lasciuia castigantes, ac seruituri subiectentes, sancti spiritus igne decoquant: necnon & fructus operum bonorum, oleo misericordiæ pinguisimos, compassioe proximi feruere faciunt. At contra filia Saul frustra cubiculum regis ingressa, nullos concepti seminis fructus dat: quia q̄ uerbum dei auretenus tantum p̄cipiunt, absq; boni operis prole, diem p̄petuæ mortis expectant. Cæterz beatus papa Gregorius, dum de audaciā subditorz contra rectores suos tractaret moralit̄, ita loquit̄: Sæpe, inquit, quia intelligi non ualent, deterioribus displicent uel facta uel dicta meliorz: sed & ab eis nō temere reprehēdenda sunt, quia apphendere ueracit̄ nequaq; possunt. Sæpe aliqd̄ à maioribus dissimul-

latorie agit, q̄ à minoribus error putat. Sæpe multa à fortibus dicunt, quæ idcirco infirmi dijudicant, quia ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamēti arca signauit, quanq; caluram credens, leuites erigere uoluit, mox sententiam mortis accipit. Quid est namq; mens iusti, nisi arca testamenti? Quæ gestata bobus calcitrantibus inclinata: quia nonnulli etiam qui bene præest, dum subiectoz populoz confusione concurrif, ad dispensationis condescensionem, ex sola dilectione permouet. Sed hoc quod dispensatorie agit, inclinatio ipsa fortitudinis, casus putat imperitus. Vnde & nonnulli subditi contra hanc manū reprehensionis mittunt, sed à uita protinus ipsa, sua temeritate desiciunt. Leuites quoq; quasi adiuuans manum extendit, sed delinquens uitam perdidit: quia dum infirmi quiq; fortium facta corripunt, ipsa uiuētium sorte reprobantur. Aliquando etiam sancti uiri quædam in imis descendentes dicunt, quædam uero summa contemplantes proferunt: dumq; uim uel condescensionis, uel altitudinis nesciunt, audacter hæc stulti reprehendunt. Et quid est, iustum de sua condescensione uelle corrigere, nisi inclinatum arcam, superba reprehensionis manu releuare? Quid est iustum de incognita locutione reprehendere, nisi motum eius fortitudinis erroris lapsum putare? Sed perdit uitam qui arcam dei tumide subleuat: quia nequaquam q̄ sanctorum corrigere recte facta præsumeret, nisi de se prius meliora sensisset. Vnde & leuites idē, recte Oza dicit, qd uidelicet robustus dñi interpretat: quia præsumptores quiq; nisi audaci mente robustos se in dño crederent, nequaq; meliorz facta uel dicta, uelut infirma iudicarent. [Abitauit arca dñi in domo Obededom Gethæi tribus mensibus, et bñdixit dñs Obededom et oem domū eius.] Obededom Gethæi tribus mensibus, et bñdixit dñs Obededom et oem domū eius. [Sic nonnulli intelligi uolunt, eo q̄ oēs uxores eius & concubinae, & nurus, & ancillæ, maculos pepererint filios: necnon & pecora & quadrupedes, geminos ei ediderint fetus. Deinde sequitur, qualis David & omnis domus Israel in Ierusalem redierunt arcam dñi. [Cumq; ille saluasset coram arca dñi, et Michol filia Saul despicisset eum. Et reliq;] David cum arcam dñi in Ierusalem transferret, atq; ante eam luderet, à Michol filia Saul uxore sua, hostili irridioe subannatus est. Sic nimis dñs Iesus Christus, cum testamentum dei in ecclesiam suam transferre uoluisset, hoc est, ex ueteri testamento euangelicam præcepta: uelut q̄ noua conderet, à plebe Iudaica comprehensus, atq; in cruce suspensus, ludibrium eis fuerit. In qua cruce uelut nudus eis apparuit, dñi potentiam diuinitatis suæ illis abscondēs, infirmitatem tantū carnis ostendit. Ancillas uero seruoꝝ David, de qbus ei Michol impropertata est, personam gestasse sanctorz non dubium est. De qbus uerus David, hoc est manu fortis dñs, post ascensionē suam in cælis, p̄ euangelicam prædicationē, p̄ uirtutum miracula, & ad extremū per martyrii triumphū, gloriosior effectus est in gētibus multo magis, q̄ in passione sua Iudæis uisus fuerat. [Igitur Michol non est natus filius.] Michol in typo synagogæ sterilis pmanit. Ecce allegorice, deinceps moralit̄ intueri libet, quantum uirtutum munera David p̄ceperat: atq; in his omnibus, q̄ forti se humilitate seruabat. Quem em̄ non extolleret ora leonum frangere: urforum brachia dissipare: despectis prioribus fratribus eligi: reprobato rege, ad regni gubernacula ungi: timidit̄ cunctis, uno lapide Goliath sternere: à rege proposita, extinctis Allophylis, numerosa p̄putia reportare: p̄missum tandē regnū p̄cipere: cunctumq; Israeliticū populū, sine ulla contradictione possidere? Ecce tm̄ cum arcam dei in Ierusalem reuocat, quasi oblitus prælatum se esse, omnibus admixtus populis, ante arcam saltabat. Et quia coram arca saltare (ut credid) uulgi mos fuerat, rex se in diuino obsequio, per saltam rotat. Ecce quē dñs cunctis singulariter p̄tulit, sese subdidit dño: & exaquando minimis, abiecta exhibēdo contēnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur: nec subiectoz oculis saltado, uilescere meruit: non se honore prælatū cæteris (cū eius arcam q̄ honorē desiderat) recognoscit. Corā deo egit debilia uel extrema, ut illa ex humilitate solidaret, quæ corā hoibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab alijs sentiat, ignoro: ego Dd plus saltantē stupeo, q̄ pugnantē. Pugnano quippe hostes subdidit: saltando autem coram dño semetipsum,

Quem Michol Saul filia adhuc ex tumore regij generis infana, eum humiliatū despice-  
 ret, dicens: [Quā gloriofus fuit hodie rex Israel, dū cooperiens se an ancillas seruoꝝ suo  
 rum, ⁊ nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurijs. Procinus audiuit, Ante dñm qui ele-  
 git me potius q̄ patrē tuum. Ac paulo post ait: Et ludā ⁊ yllioꝝ fiam plus q̄ factus sum,  
 eroꝝ humilis in oculis meis.] Acti aperte dicat: Vilefcere corā hominibus appeto, quia  
 seruare mihi coram deo ingenium per humilitatē quæro. Sunt vero nonnulli qui de se  
 metipsis humilia sentiūt, quia in honoribus positi, nihil se esse, nisi puluerē fauillamq̄ p̄  
 pendunt: sed tñ coram hominibus uiles apparere refugiunt: ⁊ contra hoc, quod de se in  
 terius cogitant, quasi rigida exterius uenustate palliant. Et sunt nonnulli, qui uiles uideri  
 ab hominibus appetunt: atq̄ omne quod sunt, se defectos exhibendo, contemunt: sed tñ  
 apud se introrsus, quasi ex ipso merito ostensa uilitatis, intumescunt: ⁊ tanto magis in  
 corde elati sunt, quanto amplius in specie elationē premunt. Quæ utraq̄ unius elatiōis  
 bella, magna Dauid circūspectiōne deprehendit, mira uirtute superauit, quia enim de se  
 metipso intus humilia sentiens, honorē exterius non quærēs, insinuat, dicens: [Ludam ⁊  
 uillor fiam.] Et quia per hoc quod uilem se exterius præbuit, nequamquam interius intum-  
 escit. Adiungit, [Eroꝝ humilis in oculis meis.] Acti dicat, qualem me exterius dispi-  
 ciens exhibeo, talē me interius attendo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina eleuat? si  
 Dauid ex carne sua uenturū redemptorē nouerat, eiusq̄ gaudia prophetando nūtiabat,  
 ⁊ tamen in semetipso ceruicē cordis, ualida discretiōis calce deprimebat, dicens: [Eroꝝ  
 humilis in oculis meis. Caput VII.]

**F**actum est autē cum sedisset rex in domo sua, ⁊ dñs dedisset ei requiem, dixit ad Na-  
 than prophetam: Uidesne quod ego habitem in domo cedrina, ⁊ arca dei posita  
 sit in medio pellium? Dixitq̄ Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, uade  
 fac, quia dñs tecum est &c.] Hoc em̄ Nathan ex se, non ex sermone dñi dixit: ⁊ ideo er-  
 rauit de sensu suo præsumens: prius enim deum interrogare debuit. Hic itaq̄ demonstra-  
 rur, q̄ spiritus prophetiæ, prophetarū mentes non semp̄ irradiat: quia sicut de sp̄i sancto  
 scriptū est: ubi uult spirat. Hinc est etiam quod Elifeus, cum fletē mulierē cerneret, cau-  
 samq̄ nesciret, ad prohibentē hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in ama-  
 ritudine est: ⁊ dominus celauit me, ⁊ non indicauit mihi. Qd̄ omnipotens deus ex ma-  
 gna pietatis dispensatione disponit, quia dum prophetiæ sp̄m aliqui dat, ⁊ aliquid subtra-  
 hit, prophetantiū mentes, ⁊ eleuat in celsitudine, ⁊ custodit in humilitate: ut accipien-  
 tes sp̄m, inueniant quid de deo sint: ⁊ rursum prophetiæ sp̄m non habentes, cognoscant  
 quid de semetipsis sint. Vnde propheta quod ex se dixit, propter usum pphetiæ, ⁊ spi-  
 ritu dixisse credebat. Ideoꝝ illud quod sequit̄ ex sermone dñi, dixit: [Nunquid tu ædifi-  
 cabis mihi domū? ⁊ reliq̄.] acti diceret: Non poteris ædificare mihi domū, quia uir san-  
 guinum es, ⁊ multū sanguinē effudisti. Inde est qd̄ in tentorio ⁊ tabernaculo se dicit ha-  
 bitasse, quia nec Moyses, nec Iosue potuerunt ædificare domū, quia uiri sanguinum fue-  
 runt. Vnde ⁊ in sequentibus ait: [Nunquid loquens locutus sum alicui iudici de tribu-  
 bus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificasti  
 mihi domū cedrinā?] Idcirco à nullo iudicum sibi edificari domū cedrinam iussit, quia  
 ab omnibus contra hostes pugnatū fuit, ⁊ oēs effusores sanguinum fuerunt. Filius tñ tu-  
 us cui non instabant bella hostiū, ⁊ quia non erit uir sanguinū, ipse ædificabit mihi do-  
 mū: Nam quod sequit̄, [per cuncta loca quæ transiui cū omnibus filijs Israel.] Intelligit  
 quod Silo ⁊ Gulgala ⁊ Nobee, ⁊ cætera loca ubi tabernaculū ⁊ arca collocata sit. Por-  
 ro quod superius ait: [Nunquid tu ædificabis mihi domū ad habitandū?] P̄t etiā alti-  
 us intelligi. Omnipotēs em̄ deus qui incircūscriptus sp̄s est: in domibus manufactis itaq̄  
 non habitat. Vnde ⁊ dicit, [Nec enim habitauit in domo, ex qua die eduxi filios Israel  
 de terra Aegypti, sed ambulabā in tabernaculo ⁊ in tentorio.] Tabernacula em̄ siue tento-  
 ria, corda sanctorū figuratim exprimunt, in quibus dñs habitare dignat̄. Sed qd̄ est quod  
 uolente Dauid ædificare templū, à dño prohibitus est: nisi quia hoc, scriptura præfigu-  
 rante, demonstrat: ut q̄ uir sanguinū est, hoc est q̄ adhuc carnalibus actibus incubat, tem-

plum deo, sanctam. s. ecclesiam, p̄ prædicationis officium construere nō debet: seu etiam  
 moralit̄ innuit, qd̄ mundus in se esse à uitij debet, q̄ curat aliena corrigere: in terra nō  
 cogitet, ut desiderijs infimis non succubat: quatenus tanto p̄spiciatius alijs fugienda præ-  
 uideat, quanto hac ipse p̄ scientiam ⁊ uitā uerius declinat. Nequaꝝ pure maculā in mē-  
 bro considerat oculus, quē puluis grauat: ⁊ supiectas sordes tergere non ualent manus,  
 quæ lutum tenēt. Vnde ⁊ Dauid, qui iuxta exteriora bella laborauit, dicit: Non tu ædi-  
 ficabis mihi domū, quia uir sanguinum es. Dei templū ædificat, q̄ corrigendis institutis  
 proximorū mentibus uacat. Sed uir sanguinū templū dei ædificare prohibet, quia qui adhuc  
 actibus carnalibus incubat, necesse est ut instituere spiritaliū proximorū mētes erubescat.  
 [Fecitq̄ tibi nomen grande] uidelicet ut dicat deus Dauid, sicut Abram, Isaac ⁊ Iacob, si-  
 cut feci Moysi ⁊ Iosue, quorū nomina famosissima sunt in terra, sic feci tibi. [Et ponā lo-  
 cum meo Israel.] Locum quē dñs populo suo præparaturū se pollicitus est, non  
 de situ terrarū, neq̄ de quolibet loco, sed de cælesti Ierusalē intelligit: quāq̄ de tēplo ui-  
 deat̄ intelligi, ⁊ de t̄pibus Salomonis, qñ filij Israel quodā modo sub pace essent quietu-  
 ri: ⁊ ipse Salomon si qd̄ deliquisset in uirga uiroꝝ, ⁊ in plagis filioꝝ hoim, hoc est nō in  
 gladio inimicoꝝ ⁊ in cōmoditatibus corpoꝝ humanoꝝ esset arguendus. Qd̄ postea ex-  
 pletū legimus, in cælesti Ierusalē, ubi oēs electi post diē iudicij translati, absq̄ ulla pur-  
 gatione sub ipso dño usq̄ in æternū manebūt. [Prædicatq̄ tibi dñs, quod domū faciet ti-  
 bi dñs &c.] Domus Dauid, ecclesia est Chri, hoc de Salomone credere, absurdū est: ille  
 em̄ uiuente patre suo regnare cepit. Hic autē dicit, [Cum cōpleti fuerint dies tui, ⁊ doz-  
 mieris cū patribus tuis, suscitabo semen tuum post te.] qd̄ de Christo dño (qui ex semine  
 eiusdem Dauid scdm carnē nasci dignatus est) intelligere ⁊ credere p̄sum est: Cuius re-  
 gnū in sempiternū iugiter p̄seuerat: cuius domus, hoc est ecclesia catholica, fidelis corā  
 eo usq̄ in æternū p̄manet. [Qui si inique aliquid gesserit &c.] Non hoc de dño Iesu Chri-  
 sto accipiendū est, q̄ peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sed de electis  
 eius, q̄ mēbra sunt ipsius, ex q̄bus sine peccato nullus esse potuit. [Et fidelis erit domus  
 tua.] Domū Salomonis plenam fuisse mulieribus alienis, nullus q̄ sacras lras nouit, igno-  
 rat. Domus iḡ fidelis, sancta ecclesia accipit, quæ corā dño usq̄ in æternū p̄manet. Hic  
 em̄ domū, ⁊ nos ædificabimus bñ uiuendo, ⁊ deus, ut bñ uiuamus, opitulādo: quia nisi  
 dñs ædificauerit domū, inuanū laborāt q̄ ædificant eā. Cuius domus cū uenerit ultima  
 dedicatio, tunc fiet illud qd̄ deus hic p̄ Nathan locutus ē, dicens: [Et ponā locū populo  
 meo Israel, ⁊ plātabo illū ⁊ inhabitabit seorsum, ⁊ nō erit sollicitus ultra, ⁊ nō apponet filius  
 iniquitatis hūiliare eū sicut ab initio, a diebus quibus cōstitui iudices super populū meum  
 Israel.] Hoc tamagnū bonū, quisquis in hoc seculo ⁊ in hac terra sperat, insipient̄ sapit:  
 aut quispiā putabit in pace Salomonis id esse cōpletū, aut alicuius alterius regnoꝝ. Nam  
 t̄pibus iudiciū humiliatū em̄ filius iniquitatis, hoc est hostis alienigena, p̄ interualla tempo-  
 rum, ⁊ inueniunt illic pacis t̄pa proluxiora, q̄ Salomon habuit: qui, XL. annos regnauit.  
 Nā sub eo iudice, q̄ ē appellatus Ahod, LXXX. anni pacis fuerūt. Absit ergo ut Salomo-  
 ni hæc t̄pa, in hac p̄missione, promissa esse credant̄. Locus ergo qui promittit̄, tam paca-  
 tæ ac securæ habitationis, æternus est, æternisq̄ debetur, in matre Ierusalē libera: ubi  
 erit ueraciter populus Israel, ⁊ ubi habitabit in æternū cum deo ⁊ in deo suo: ⁊ deus  
 cū populo, atq̄ in populo suo: ita ut deus sit implēs populū suū, ⁊ populus plenus deo  
 suo, ⁊ deus erit omnia in omnibus: Ipse in pace tribuit præmiū, qui est uirtus in bello.  
 [Ingressus est autem rex Dauid, ⁊ sedit coram domino &c.] Sedere coram domino, est  
 beneficia eius in humilitate cordis cōfiteri. [Ista est enim lex Adam domine deus.] Hoc  
 est: Ista est enim lex hominis domine deus, ut tibi in simplicitate cordis ⁊ puritate seruū  
 at: ⁊ tu facias ei misericordiam tuam, sicut mihi dignatus es facere seruo tuo. [Tu enim scis  
 seruū tuum dñe deus. Propter uerbum tuum, ⁊ secundum cor tuum fecisti omnia magna  
 lia hæc, ita ut notū faceres seruo tuo.] Acti diceret: Prop̄ uerbū tuū qd̄ pmisisti Abra-  
 am, Isaac ⁊ Iacob, fecisti omnia mihi seruo tuo. Seu etiam uerbum patris unigenitus fi-  
 lius est, q̄ est bñdictus in secula, Prop̄ mysterij em̄ incarnatiōis ipsius ex semine Dauid.

gesta sunt multa in Dauid. Quod dicit, scdm cor tuum, intelligit scdm misericordiam tuam. [Quod non est similis tui, neque enim est deus extra te, in omnibus quae audiuimus auribus nostris.] Non est, inquit deus similis tui, qui fecerit magnalia, haec quae audiuimus auribus nostris &c. usque quo ait: [Quia tu dñe exercituum deus Israel, reuelasti aurem serui tui, dicens: Domum aedificabo tibi.] Aurem sibi reuelare dicit, quia per prophetam praedicatum est, domum sibi aedificandam a domino. [Quae est autem ut populus tuus Israel gens in terra?] Quae est gens in terra alia praeter populum electum, propter quem venire dignatus est deus dei filius in hunc mundum, uelut in Aegyptum, ut assumpta forma serui, commercio sanguinis sui, reddi mereret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum? Deum autem eiusdem populi electi, dominicum hominem accipere oportet, quem de Aegypto, hoc est, ex hoc mundo puteus uirginis assumpsit. [Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram domino.] Domus Dauid, ecclesia Christi sine dubio est, de qua satis iam dictum est superius. [Propter ea inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret te.] Cum ergo cogitatio per discretionis custodiam restringitur, cor quod fugere consuevit, inuenit. Nihil quippe in nobis est corde fugacius, quod a nobis toties recedit, quoties per prauas cogitationes defluit. Sed Dauid cor suum inuenisse dicit, id est, audaciam in corde suo, ut oraret dominum oratione hac.

## Ca. VIII.

**R**actum est autem post haec percussit Dauid Philistinim, et humiliauit eos: et tulit Dauid frenum tributi de manu Philistinim, et percussit Moab, et mensus est eos funiculo coaequans terram. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum, et unum ad uiuificandum &c. [Frenum tributi, quingens erant ciuitates Philistinorum, quae frequenter Israel sibi tributarium faciebant: quas eis tulit Dauid & humiliauit eas, fecitque sibi tributarias. Vnde et in Paralipomenon legitur: Humiliauit eos, et tulit Geth & filias eius de manu eorum, et percussit Moab, et mensus est eos funiculo coaequans terram. Quod uero scriptum est de Dauid, et percussit Moab et mensus est eos funiculo, coaequans terram, hyperbolice debet accipi: non enim fieri poterat, ut homines in terra degentes, intantum humiliarent, donec ipsius terrae dorso, funiculo superextenso comprobante, apparerent aequales: sed imensam humiliationem captae & oppressae gentis, uoluit scriptura hoc uerbo accumulare: ut diceret ideo aequatos eos terram, eo quod essent eiurati atque contempti, ita ut in nullo amplius homines in terra degentes, possent eis nequitia coaequari. Huiusmodi locutionis plura habes exempla in scripturis: quale est illud euangelij. Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Quod enim non caperet mundus libros, qui scribi potuissent in mundo? Sed ad inuestigandam magnitudinem, ac multitudinem operum domini, tali uerbo uoluit uti scriptura. Et in planctu Dauid super Saul et Ionathan, aquilae uelociiores, leonibus fortiores. Cuiusmodi similitudo est illud etiam secularium literarum: Qui candore niues anteaerent cursibus auras. Quod autem mensus eos funiculo dixit. Funiculum allegorice, pro sorte posuit, eo quod funiculo soleant agrorum spatia metiri. Vnde scriptum est: Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Significat autem, quia tam libera dispositione Dauid regiones Moabitaram haeredibus quibus uellet, diuisit, quasi possessor quilibet agros proprios ad nutum suum, ducto huc atque inde funiculo, dirimit. Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum, et unum ad uiuificandum.] Et hoc allegorice dictum est, significans quod in sua potestate habuerit, nullo utique contradicente, quos eorum neci daret contumaces, & quibus parceret subiectis. Nam quod ait, [percussit Dauid Philistinim, et humiliauit eos, tulitque frenum tributi &c.] potest allegorice intelligi: Dauid Philistinim percussit, quia Christus dominus de aereis praetibus triumphans, frenum erroris quod humano generi imposuerat, contregit. Quod autem ait, [percussit Moab & mensus est duos funiculos, unum ad occidendum, et unum ad uiuificandum] occultam ipsius domini nostri Iesu Christi dispositionem significat, per quam ex populo infidelium, alios gratuita miseratione uiuificans, ad aeternam libertatem praedestinauit, alios uero occulto iudicio in sua impietate derelinquendo, in perpetua morte damnauit. Quod autem Dauid Moab (qui interpretatur de patre) & Syriam Damascus, & caeteras regiones ditioni suae subiugans fecit esse tributarias; mystice significant, quod Christus omnes gentes sub sua domi-

natione tenens, facit pensum seruitutis sibi reddere, dum singulae quaeque nationes in nominis eius confessione adunatae, deuote censum bonorum operum illi exoluunt. Damascus enim nobilis est urbs Phoeniciae, eodem uocabulo quo & Meleth ancillae Abraam filius appellatus est; & Damascus interpretatur sublimis, siue humecta. Et bene quae prius humecta libidine, supra spiritum, sanguinem humanum inexplabiliter steterat: nunc mundata baptisimate Christi, sublimis profectu uirtutum, sanguinis eius poculum desiderat percipere. Quid autem significat quod Dauid uasa aurea & argentea atque aerea, quae tulerat de uniuersis gentibus, sanctificauit domino, nisi quod Christus omnes quos de uniuersis gentibus conuocat ad fidem suam; alios auri loco, hoc est sensus spiritali praclaros; alios argenti, hoc est eloquentiae nitore splendetes; alios uero per praedicationem diuini honoris sanctificat domino: ut in eius tabernaculo fideliter deseruientes, ipsius ministerio in aeternum decentissime perfungantur? [Fecit quoque sibi Dauid nomen cum reuerteretur, capta Syria in ualle Salinarum, caesis decem et octo millibus.] Fecit sibi nomen dicitur, quia in ualle Salinae caesis decem & octo millibus, erexit sibi fornicem triumphalem. Fecit etiam sibi nomen, quia uicta Syria Damascus, & Syria Sobal, erexit sibi dicitur alteram fornicem triumphalem. Esti quem mouet, quod in periferis Latinorum codicibus inuenit, Dauid non decem & octo millia in ualle Salinae, sed decem & octo milia: nouerit hoc uitium scriptorum in eisdem codicibus molitum esse. Veraciter tunc Dauid in eadem ualle Salinarum decem & octo milia caecidit, & Ioab uero duodecim milia, sicut in titulo. LVIII. psalmi, scribitur. Caeterum allegorice quid in percussa multitudine a Dauid in Salinae ualle signat, nisi quia redemptor noster suae uidelicet distractionis examine, in his qui de illo prae sentiunt, stultitiam imoderati saporis extinguit? Vnde & per quendam sapientem dicitur: Cor durum, male habebit in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit.

## Caput IX.

**E**t dixit Dauid: Putasne est aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam domini? Dixitque Sibaregi: Superest filius Ionathae debilis pedibus. Dauid non immemor erat foederis quod habuerit cum Ionathae & olim pepigerat, sed misericordiam quam ei promiserat implere curauit, filiumque eius regit, & misericordiam cum eo fecit. Non enim erat Dauid ex eorum societate, de quibus aliam scriptum est: Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. Quae res & fidelitatem probauit secundum historiam in uitro, & sacrum iuxta allegoriam ostendit in facto. Saepem enim dictum est Dauid pro nam Christi figurare, necnon & in superioribus commemoratum est: Ionathae qui interpretatur columbae donum, typum tenere gratiae spiritus sancti. Habuit ergo Ionathas filium puulum nomine Miphiboseth, utroque pede claudum (ut scriptura testatur) quem Dauid ad se accessum iussit: cum praedestinato & praescientia dei, eum quem ad saeculi ministeria & mundana negotia exercenda, sermone & actione debilem conspicit, ad diuinum ministerium eligit: quia quem mundus per fastum elationis spernit, hunc deus propter deuotionem humilitatis acquirit. Interpretatur enim Miphiboseth decor ignominiae: Is ergo cuius loquelam & praescientiam superbia mundi despicit, dei dono utilis ad spirituale mysterium in ecclesia apparebit. Quid est ergo quod Dauid Sibam seruum Saul de stirpe Saul quaerens, eo reuelante, Miphiboseth inuenit, nisi quia redemptor noster electorum numerum discutiendo in tantum contempti mundum reliquerunt, ad se uenire fecit? Siba enim egressus, uenit in tempore. Interrogatus ergo Siba a rege, Miphiboseth filium Ionathae, in domo Machir filij Amiel in Lodobar esse respondit. Quae res praesenti expositioni bene conuenit: Interpretatur enim Machir, uendens uel de infirmitate: Amiel, populus eius dicitur: Lodobar, ipse uerbum. Denique Dauid noster contemptibilis huius mundi, & ea quae non sunt eligens, ut ea quae sunt destruat, eos uendentes mundum, & in infirmitate constitutos reperiendo, populo suo dignos uerbo praedicationis ascituit, eisque regium honorem in tantum filios huius concessit. Vnde & Dauid agros Saul uirtuti Miphiboseth donans, ipsum Miphiboseth conuiuia suum super mensam suam simul cum filiis esse praecipit: quia mediatoris nostri gratia, quae secundum Mariae uocem: Deposuit potestatem de sede, & exaltauit humi. Et iuxta prophetiam Annae: Suscitans de puluere egenum, & de stercore pauperem; ut sedeat cum principibus, & solium gloriae teneat. Contemptibiles

personas de mundo auferens, possessores uirtutum efficit, & scientia spiritali super meam scripturarum sanctarum quotidie secum reficit. Vnde euenit ut tales sobolem gignat, qui uocetur Micha. Micha enim, quis est, latine resonat; quia frequenter & in admirationem populi tales ueniunt; qui nuper e despectu mundi ablati, gloriosi in ecclesia dei domino apparebunt.

## Caput X.

**F**actum est autem post haec ut moreretur rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius pro eo. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Et reliqua. Quando fugit David a facie Achis regis Geth, uenit ad Naas regem Ammon, qui fecit cum eo misericordiam, multa impertiendo bona. De domo Naas itaque uenit in speluncam Odollam, ubi uenerat ad eum pater & mater eius omnis domus eius. Inde uenit ad Moab, & dimisit apud eum patrem & matrem, & omnem domum suam, & rediit ad Achis regem. Quo uiso, dixit Achis rex Geth: Hicne ingredietur domum meam? Abiit inde & fugit in speluncam Odollam. Abiit inde, inquit, subauditur de domo Naas, & fugit ad eandem speluncam. Si uero quaeritur, prout longe superius legitur, cur ad Achis David redierit, an eius faciem fugerat: intelligendum est, quod iste Achis filius fuerit illius. Vnde & Achis cum quo David in praelium contra Saul descendebat, filius fuisse dicitur Maach. Non enim a patre, hoc nomen patronymicum, sed a matre sumpsit, quae Macha uocabatur: & idcirco non a patre hoc sumpsit nomen, eo quod David a se abiecerit. His enim enucleatis, ad spiritalem intelligentiam apostrophent faciamus. Ait enim, [Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon &c. usque] quo ait: Tulit itaque Hanon seruos David, rasitque dimidiam partem barbae eorum, & reliqua. Hanon qui interpretatur, dolor eorum: quis melius intelligi potest, quam diabolus, qui Ammonitarum spiritualium, id est, malignorum spirituum rector uidetur esse? Idem est & princeps huius mundi, populum uidelicet mortis & semper in angustia constituti, qui comprimere uel coangustare homines desiderat. Sicut enim Hanon rex Moab seruos David, ad se missos, deturpauit, atque ludibriter caedatos, ad eundem David remisit: ita & diabolus princeps huius mundi, plerosque religiosos & praedicantes uerbi dei conuersationem, per subreptentia uitia deturpare consueuit. Quod dum eorum latentia mala, in aperta & flagitiosa perpetrataque luxuria detegit, quasi eorum indumenta usque ad nates abscessa, nudola dignitate derelinquit: & in oculis hominum turpia facta, quae ipsi persuaserat, reuelat. Et dum pristinam eorum fortitudinem eripit, uelut barbam radit. Quos tamen uerus David, dominus scilicet & saluator noster de mentis respectu, per poenitentiam, ab indulgentia non excludit: quos & in Iericho, hoc est sub anathemate poenitentiae & opprobrio meliorum residere iubet: donec sacramenta spiritualia & fortitudinem mentis, quam peccando perdiderant, satisfaciendo recipiant, & sic demum in conspectu eius stare ualeant. Nec credendum est utique, quod David nosster milites suos inultos esse patiat, qui in hostes suos exercitu congregato procedit, ac uindictam suorum iniuriam: cum non solum aduersarios suos, nisi per sanctorum suorum uictoriam confundit, sed etiam in extremo iudicio per iustam sententiam, perpetuis ignibus cruciandos tradet.

## Caput XI.

**F**actum est autem vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab & seruos suos cum eo &c. In Hebraeo ita legitur, Leo tempore quo reges ad bella processerant, misit David Joab &c. Hos reges dicit, qui processerunt contra David in pugnam, scilicet regem Rohob & Istob & Soba & Maacha. Qui utique reges Syriae fuerunt, & pugnare uoluerunt conducti mercede a rege Moab contra David, a quo triumphati esse legunt. Et ait Joab Abisai fratri suo: Si praeualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon praeualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Hoc est quod in Proverbis Salomon ait: Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas munita, & iudicia quasi uectes urbium. Quadam die accidit ut surgeret David de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiae. Uiditque mulierem ex aduerso se lauante super solarium suum. Atque post pauca subiungit:

[Uisit itaque David nuntios, & tulit eam. Quae cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea, & reliqua.] In hac sententia non ex nostro aliquid ponimus, sed sanctorum doctorum dicta inferere nitimur. Plerumque res quaelibet per historiam uirtus est, per significationem culpa. Sicut aliquando res gesta in facto causa damnationis est, in scripto autem prophetia uirtutis. Quod uerum esse citius ostendimus, si istud sacrae scripturae testimoniū ad utraque probanda proferamus. Quis namque audiens, non solum fidelium, sed ipsorum quoque infidelium, non statim damnabit: quod David in solario deambulans, Bethsabee uirae concupiscit uxorem? Quem tamen a praelio reuertentem, ire ad domum admonet, ac pedes lauare. Qui protinus respondit, dicens: Arca domini sub pellibus est, & ego in domo mea requiescam? Quem David ad mensam propriam suscipit, eiusque epistolas, per quas mori debeat, tradit. Cuius autem David in solario deambulans typum tenet: nisi eius de quo scriptum est: In sole posuit tabernaculum suum. Et quid est Bethsabee ad se perducere? nisi legem literae, carnali populo coniunctam, spiritali sibi intellectu sociare? Bethsabee enim puteus septimus dicitur, quia nimirum per cognitionem legis infusio spiritalis gratiae, perfectaque nobis sapientia ministratur. Quem uero uirae nisi Iudaicum populum significat: cuius nomen interpretatur dicitur, lux mea dominus: Iudaicus autem populus, quia de accepta legis scientia extollitur, quasi de dei luce gloriae. Sed huic uirae David uxorem abstulit, sibique coniunxit: quia uidelicet manu fortis (quod David dicit) in carne redemptor apparens, dum de se spiritaliter loqui legem innotuit, per hoc quod iuxta literam tenebatur, hanc a Iudaica populo extraneam demonstrauit, sibique coniugem: quia semper per illam predicari declarauit. uiram tamen ad domum ire David admonet, pedesque lauare: quia incarnatus dominus uenies, Iudaico populo precepit, ut ad conscientiam rediret, & sordes operum tergeret scetibus, ut spiritaliter mandata legis intelligat: & post tantam duritiam praecipit, fonte baptismatis inueniens, ad aquam post laborem recurrat. Sed uirae arcam domini esse sub pellibus meminit, responditque quod domum suam intrare non posset: Ac si Iudaicus populus dicit: Ego mandata dei in sacrificijs carnalibus uideo, & redire ad conscientiam, per spiritalem intelligentiam non requiro. Quasi enim arcam esse sub pellibus dicit, qui praecipit ad domum uolentem, David ad mensam uocat: quia quamuis Iudaicus populus ad conscientiam redire contemnat, ei tamen redemptor ueniens, mandata spiritalia praedicat dicens: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Legem itaque Iudaicus populus tenet, quae eius diuinitatem loquitur, cui idem populus credere dedignatur. Vnde & uirae ad Ioab cum epistolis, ex quibus occidi debeat, mittit: quia idem ipse Iudaicus populus legem portat, qua conuincente morietur. Dum enim mandata legis retinens implere renititur, ipse nimirum refert iudicium unde damnabit. Quid ergo per factum istud David scelerius? Quid uirae mūdus dicit potest? Sed rursus per mysterium, quid David sanctius, quid uirae infidelius inuenit? quando & ille per uitae culpam, prophetiae signat innocentiam: & iste per uitae innocentiam, in prophetia exprimit culpam. Virtus namque sacri eloquii, sic transacta narrat, ut uetura exprimat: sic factorem approbat, ut ei in mysterio contradicat: sic gesta damnat, ut haec mystice gerenda persuadeat. Alter: David interpretatur manu fortis, siue desiderabilis, in figura Christi post meridiem in solario deambulans, uidit mulierem se lauante, atque concupiuit. Sic nimirum dominus, declinante iam mundo, uelut in solario deambulans, corpus quod assumere dignatus est, in sole posuit, quia cunctis patefecit. Vidit mulierem, hoc est ecclesiam ex gentibus: super tectum, in altitudine uidelicet contemplationis, per lauerum regenerationis a sordibus seculi se mundante, & domum luteam spiritali contemplatione transcendentem, atque calcantem respexit: atque interfecto diabolo, eam per fidem indissolubili coniugio sibi copulauit. Bethsabee quippe interpretatur puteus septimus, seu puteus satietatis, sanctam uidelicet praefigurans ecclesiam: in qua est septiformis gratia spiritus sancti, cuius dono omnes electi satiantur. uirae uero, lux mea dominus dicit. Hictheus abscessus interpretatur, personam in se exprimens diaboli: qui cum sit tenebro-

psalm. 18.

Ioh. 1. 5.

Proverb. 18.



sus, & de terra uiuentium abscessus, transtert se in angelum lucis, & fingit se esse quod nō est, audens de deo dicere, lux mea, dei est. Oderimus ergo peccatum, sed prophetiam nō extinguamus. Amemus illum Dauid quantum amandus est, qui nos à diabolo per misericordiam liberauit. Amemus & istum poenitentem Dauid, qui tam graue in se uulnus iniquitatis, poenitentiae & humilitatis confessione, sanauit. Ad hoc ergo in scriptura sacra uirorum talium, id est, Dauid & Petri, peccata sunt indicata: ut cautela sit minorum, ruina maiorum. Ad hoc uero utrorumq; illis, & poenitentia insinuatur, & uenia: ut spes percuntium, sit recuperatio perditorum. De statu suo Dauid cadente, nemo superbiat: de lapsu etiam suo Dauid surgente, nemo desperet. Sed forsasse quis dicat, si Dauid imagine Christi gerebat, quomodo multas uxores, & concubinas habuisse scribitur, cum has res Christus exhorrescat & damnet? Hoc em̄ per figuram fiebat. Multae enim uxores Dauid, multarum gentium & nationum imaginem indicabant: quae per fidem, Christi confortio iungerentur. Concubinae uero eius, significant haereticoorum ecclesias, quae sub Christi nominis titulo, manere se gloriantur: sed quia propter carnalia luca seclant Christum, nō coniuges sed concubinae uocantur. Deniq; nec reges si plures habeant uxores uel concubinas, crimen est: quia iam transtert figuram, pro quibus uxorū uel concubinarum uenia concedebatur: At nunc quia figuram transtert, uenia nulla datur.

## Caput XII.

**M**isit ergo dominus Nathan ad Dauid, qui cum uenisset ad eū, dixit ei: Duo uisuri erant in ciuitate una &c. Sciendum est quod Nathan propheta ad Dauid regem, non statim quā in Bethsabee ipse Dauid peccauit, à domino missus est: sed postquam eandem mulierem in domum suam introduxit, atq; filius ex ea natus est: ut obstinatio peccati occasionem nō haberet defensionis. Cum autem à propositis ecclesiae huius seculi potentes arguuntur, prius per quasdam similitudines uelut de alieno negotio requirendi sunt. Et cum rectam sententiam quasi in alterum contra se ipsi protulerint, tunc modis congruentibus de proprio reatu ferendi sunt. & ut mētes temporali potentia tumida, contra corripientem nequaquam se erigant, quae sibi suo iudicio proprii oris ligant. [Quamobrem non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum.] Nota quomodo de domo Dauid, hoc est populi Iudaeorum, ultionis gladius usq; in aeternū nō recedet. [Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui dño. Dixitq; Nathā ad Dauid: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, Non morieris. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos domini propter uerbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.] Hic considerare possumus quantum ualet apud deum humilis & uera poenitentia, si ex corde fuerit. Nam Dauid nihil aliud dixit, postquam peccatum suum increparus à propheta cognouit, nisi uno uerbo confessus est, dicens: Peccaui domino, & statim ueniam consecutus est, teste propheta qui ait: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. hoc est quod scriptum est, si confessus ingemueris saluus eris. Et illud: Nolo mortem peccatoris, sed potius ut conuertatur & uiuat. Hinc iterum scriptum est: Peccator in quacumq; die conuersus fuerit, omnia peccata eius in oblivione erunt coram me. Sic nō mirum Petrus respectus à domino, fleuit, & peccatum negationis flendo deleuit. Sic latro in momento in extremitate uitae, confitēdo deum, & peccatum suum cognoscendo, dicens: Nos digna factis recipimus, paradysum promeruit. Sed quia exigente causa, Dauid ad medium deducto in ordine historiae, tanti facinoris memoriam fecimus, lectoris forsasse animus mouet: cur omnipotens deus eos quos in perpetuum elegit, quos ad bonorum quoq; spiritalium culmen assumit, illaesos à corporalibus uitijs non custodit? Unde quia satisfieri citius credimus, breuiter respondemus: Nonnulli em̄ per accepta dona uirtutum, per impensam gratiam bonorum operum, in superbiae uitium cadunt: sed tamē quo ceciderant, non agnoscut. Proinde contra eos hostis antiquus, qui iam interius dñatur, etiam exterius sauire pmittit: ut qui in cogitatione elati sunt, p carnalis luxuriam prosternant. Scimus aut quia aliquñ minus est, in corporis corruptionem cadere, quam cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare. Sed cum minus turpis superbia credit, mi-

nus uitatur: luxuriam uero eo magis erubescunt homines, quo simul omnes turpem no uerunt. Vnde fit plerunq; ut nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto casu, malum culpae latentis erubescant: & tunc etiam maiora corrigunt, cum prostrati in minimis grauius confunduntur. Reos enim se inter minora cōspiciunt, qui liberos inter grauiora crediderunt. Pia ergo dñi dispensatione laxatos, nonnūquam malignus spiritus de culpa ad culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum quem ceperat, amittit: atq; unde prius uicisse cernitur, inde superatur. Considerare libet inter munitum gratiae finem, quanto deus misericordiae fauore nos continet. Ecce qui de uirtute se extulit, per uitium ad humilitatem redit: Qui uero acceptis uirtutibus extollitur, nō gladio sed (ut ita dixerim) medicamento uulneratur. Quid em̄ est uirtus, nisi medicamentū? Et quid est uitium, nisi uulnus? quia ergo nos de medicamento uulnus facimus, facit ille de uulnere medicamentum: Ut qui uirtute percutimur, utio curemur. Sed inter haec sciēdum quod pleriq; hominum, qui in multis corruunt, arctius ligant. Cumq; eos antiquus hostis ex uno uitio percutit ut cadant, ex alio quoq; ligat ne surgant. Consideret itaq; homo, cum quo aduersario bellū gerat, & si iam se in aliquo deliquisse perpendit, saltem ad culpam protrahi ex culpa pertimescat: ut studioso uitent uulnera, quibus frequenter interficit: quia ualde rarum est, quod hostis noster electorum salutē, etiam uulneribus seruit. Erudiēdos enim (sicut diximus) electos suos dominus saepe tentatori subijcit, sicut post paradisi claustra, post tertij caeli secreta, ne reuelationum magnitudine Paulus extolli potuisset, ei satanae angelus datus. Sed (ut praefati sumus) ipsa hac tentatione disponit, ut qui elati perire poterant, humiliati à perditione seruentur. Secreto ergo dispensationis ordine, unde sauire permittitur iniquitas diaboli, inde pie perficit benignitas dei: quia aduersario noster, ideo obtemperat nutibus supernae gratiae, unde exerceat itam nequissimae uoluntatis suae. Sed notandum est, quia ad hoc in scriptura sacra uirorum talium, id est Dauid & Petri, peccata sunt indita, ut cautela minorum, sit recuperatio perditorum. De statu ergo suo, Dauid cadente, nemo superbiat: de lapsu etiam suo, Dauid surgente, nemo desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura sacra eodem uerbo superbos premit, quo uerbo humiles leuat: unamq; rem gestam respulit, & diuerso modo superbos quidem ad humilitatis fortitudinem, humiles uero ad spei fiduciam, reuocauit. O inestimabile noui generis medicamentū, quod uno eodemq; ordine positum, & premendo tumentia exicat, & subleuando arentia infundit. De maiorum nos lapsu terruit, sed de reparatiōe roborauit. Sic quippe semper sic nos diuina misericordia, & superbiae res reprimat, & ne ad desperationē corruamus fulcit. Sed regredendum est, si peccati Dauid tam derefabile dñs transtulit, quid est qd omnia quae de eodem peccato p prophetā ei à dño dicta sunt, postmodum tolerauit? Sed proculdubio dñs delet illud, sed sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se poenitentem punit, aut hoc deus cum homine uindicans percutit. Nequaquā igit peccatum parcat, quod nullatenus sine uindicta laxatur. Sic enim Dauid audire post conuersionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuum, & tñ multis post cruciatibus afflictus aufugiens, reatum culpae quam ppetrauerat exoluit. Sic nos salutis uindicta, à culpa primi parentis exoluimur, sed tñ reatu eiusdē culpae diluentes, absoluti quoq; adhuc carnaliter obimus: quia delicta nra, siue p nos seu p se metipsum resecat, etiam cum relaxat. Ab electis em̄ suis iniquitatis maculas studet ipsi afflictione tergere, quas in eis in perpetuū nō uult uidere. [Et ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus eorum iacuit sup terrā &c.] Dauid septē diebus recubans pro facinore suo, donec infans moreret, perfectā gessit poenitudinē, cunctis uidelicet delinquentibus, formam relinquens poenitentiae: ut quoties quispiam nostrorū in quolibet labit facinore, tādū diu fletu insistere debeat, donec peccati desiderii in uoluntate nostra funditus aboleat. Septem uero diebus, septiformē sancti spūs gratiam significasse nō dubitū est, sine cuius dono, nullus poenitens indulgentiā peccatorū consequi potest. [Et consolatus est Dauid Bethsabee uxorē suā, ingressusq; ad eā dormiuit cū ea, quae genuit filium, & uocauit nomē

eius Salomon, et dominus dilexit eum. *Disitq; cum in manu Harban prophetae, et vos*  
*cauit nomen eius amabilis domino, eo quod dilig. & reliq.* In Hebræo habet, & uoca-  
 uit nomen eius Dida, id est, dilectus domini. Propter dominum dicitur dilectus, propter  
 suam scilicet misericordiam gratuitam: qua eum diligere dignatus est. Cum utiq; eius di-  
 lectione & misericordia indignus existeret, quem cõstabat mamzer esse. *Igitur pugna-*  
*bat Joab contra Rabath filiorum Ammon, & reliq.* Norandũ quod in Hebræo qñ cum  
 adiectione ponit nomen, Rabath scribitur, sicut est hic. Quando uero sine adiectione  
 nominum non Rabath sed Raba scribitur. *Congregauit itaq; Dauid omnem populum,*  
*et profectus est aduersum Rabath. Lumq; dimicasset, cepit eam et tulit diadema regis eo-*  
*rum de capite eius, pondo auri talentum, &c.* In Paralipomenon libro ita habetur: Tu-  
 lit, inquit, Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentũ,  
 & pretiosissimas gemmas, fecitq; diadema inde. Melchom quippe nõ est nomen propri-  
 um regis, sed idolum fuit: & interpretat rex eorũ. Cuius diadematis, aurum & gemmas  
 confasse & purgasse dicit Dauid secundum legem: fecisse sibi diadema, quod hic positũ  
 super caput eius dicit. *Sed et prædã ciuitatis asportauit multam valde. Populũ quoq;*  
*eius adducens ferrauit, et circumegit super eos ferrata carpenta. Diuisitq; cultris et trans-*  
*duxit in typo laterum.* Id est, ferrauit ferratis carpentis corpora hominum, & diuisit cul-  
 tris ferreis, sicut lateres diuidi solent, qui ex paleis & luto conficiuntur. Victoria autem  
 hæc Dauid in Ammonitis, quam dux suus bellando inchoauit, sed rex ipse perfecit: quid  
 significat nisi regis nostri uictoriã in cunctis gentibus? Dux em̄ Dauid contra hostes bel-  
 lã agit, cũ ordo sanctorũ prædicatoꝝ, cõtra mundi potentes, scutum fidei opponit. Sed fi-  
 nis certaminis & triũphus belli, ad regẽ Christũ solũmodo deferit: q̄ ipsi ois potestas, &  
 potentia regni ascribit. Deus est enim (secundum Apostolum) qui operat in nobis, &  
 uelle & perficere, & ipse triumphat nos semper in Christo Iesu. Coronam ergo regis  
 populi hostilis, Dauid de capite tulit, & sibi diadema inde formauit: cum redemptor no-  
 ster ex contraria potestate regnum auferens, sibimet insigne decore parauit. Quæ autẽ  
 melius corona Dauid intelligit, quàm cõuentus populi catholicit̄ quæ caput nostrum, re-  
 gem uidelicet Christũ, corde credulo nobiliter ambit, & digne cõuersans decenter coro-  
 nat. Omnis em̄ sanctorũ labor, & certamen atq; uictoria, ad honorẽ celestis regis referit̄:  
 quia ipse est cui omne genu flectit, caelestis, & terrestrium, atq; infernoꝝ: & omnis lingua  
 confitetur, q̄ dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Rabath ergo ciuitas est regni Am-  
 mon, quæ nunc Philadelphia uocatur, cuius meminit & Ieremias propheta: interpretatur  
 ergo Rabath, multi: & saluator in euangelio dicit: Quia multi ueniẽt ab oriente & occi-  
 dente, & recubent cũ Abraã & Isaac & Iacob in regno celoꝝ. Verũ iuxta historiã hinc  
 uerba dieꝝ ita narrat: Manubias quoq; urbis plurimas tulit, populũ autẽ q̄ erat in ea edu-  
 xit, & fecit sup eos tribulas & trahas, & ferrata carpenta trãsireta ut dissecarent, & con-  
 tererent. Sic fecit Dauid cunctis urbibus filiorum Ammon & reuersus est cũ omni popu-  
 lo in Ierusalẽ. Idcirco ista subnectere curauit, ut historiã lucidius p̄palarẽ. Ca. XIII.

**D**inde sequit̄, qualiter exosam habuit Amnon sororẽ suam Thamar, post pecc-  
 atũ, magno odio nimis, &c. Amnon Thamar sororẽ suã cã offensiuõis Dauid  
 patris sui, incestauit: hoc em̄ fuit initiũ scandalĩ domui eius. Quod autẽ post per-  
 petrato scelere, exosam eã habuisse legit, eorũ personã expressit: q̄ post admissum quodli-  
 bet facinus, maius odio hãt q̄ ante p̄pationẽ, illud dilexerat: & ob hoc citius ueniã cõ-  
 sequunt̄, q̄ illi q̄ faciũt & diligũt: si tñ in aliud malũ denuo nõ offendũt. Sicut Amnon,  
 q̄ post admissum stuprũ in sorore sua, ob hoc mortẽ nõ euasit: q̄ ebrietatẽ, quæ somes e-  
 luxuria, nõ uitauit. Moraliter uero monemur hoc factõ, ut semp caute ac prudẽter aga-  
 mus, ne forte dñent in nobis uitia, & princeps peccati, q̄ falsam pacẽ piclitantibus spon-  
 der, nos imparatos inueniens atq; improuisos, trucidet: sicut Absalom Amnõ fratrẽ suũ,  
 propter stuprũ Thamar incautũ necauit. Absalom pater pacis, siue p̄ris pax, interpretat̄:  
 Amnon donas, & Thamar amaritudo: q̄ em̄ mẽbra sua donat libidini, & semetipm̄ tra-  
 dit seruire iniquitati ad iniquitatẽ, in peccati amaritudinẽ cadit: licet inimicus se quasi pa-

Philipp. 2.  
 Ieremi. 49  
 Marci. 9

trẽ pacis ostẽtet, & prospera pro talibus factis prouenire falso promittat. Necesse est em̄  
 ut cito ad poenitentiam post scelus redeamus, ne forte diabolus si adhuc ebrietati inserui-  
 erimus, & in luxum seculi resoluamur, per obtemperantes sibi malignos sp̄s, in necẽ no-  
 stram conspiret, ac mortĩ perpetuã tradat. *Porro Absalom fugiẽs, abiit ad Tholomai*  
*filium Ammiad regem Scsur &c. usq; quo ait: Cessauitq; Dauid rex persequi Absalom, eo*  
*quod cõsolatus esset super Amnon interitu.* Tradit enim Hebraei, sicut a quibusdã didi-  
 ci, q̄ Tholomai pater fuit Maacha matris Absalom, quam Dauid in praelio cepit: & Cæ-  
 sareã, ut inquit, unguibus præcisit secundũ legem, accepit uxore, & ex ea genuit Tha-  
 mar & Absalom: & ideo ad eũ fugisse perhibent. Nam quod sequit̄: Cessauitq; Dauid  
 persequi Absalom, in Hebræo ut idem Hebraei ferũt, legit̄: Cessauit itaq; rex exire, id est  
 uoluisse idem Dauid exire ut reduceret Absalom, sed pertractans in corde suo, q̄ quoti-  
 es eũ uideret, toties dolorem mortis Amnon ei ad memoriã reduceret: idcirco cessasse  
 dicit̄ exire post Absalom, subaudit, ut eũ ad propria reuocaret. Illud etiã qd̄ subinfert̄:  
 consolatus est Dauid super Amnon interitu: ita intelligi uoluit: uidelicet postq̄ noluit  
 exire post Absalom, ut reduceret eũ & uideret ab eo, cepit consolari super morte Am-  
 non. Quãdiu em̄ putabat̄ reduci Absalom, ut uideret a Dauid, semp mors Amnon filij  
 sui animo eius occurbat: Sicut cõsolatus est super eius interitu sicut nobis uidet̄, eo q̄  
 nouerit eũ flagitiosum & dignum morte, meritoq; perisse. Caput XIII. Et XV.

**I**ntelligens autẽ Joab filius Saruie, quod cor regis uersum esset ad Absalom, misit  
 Thecuã, et tulit inde mulierẽ sapientẽ, dixitq; ad eam: Lugere te simula, et inducere ve-  
 ste lugubri, et ne yngaris oleo, ut sis quasi mulier plurimo iam tpe lugens mortuum.  
 Cor regis uersum esse ad Absalõ, uidisse dicit̄ Joab, eo q̄ uiderit eũ p̄ Absalom suã  
 spirare, & in eo intellexit q̄ cor eius uersum esset ad Absalõ. *Misit Thecuã & tulit inde*  
*mulierẽ sapientẽ.* Thecuã ciuitas est, de qua fuit Amos propheta: Putat autẽ eadẽ uidua  
 auia fuisse eiussẽ Amos propheta. Quæ respondit: *Ben mulier uidua ego sum: Hor-*  
*tus est autẽ uir meus, et ancillæ tuæ erãt duo filij, qui rixati sunt aduersus se in agro, nullus*  
*q; erat qui eos prohibere possit, et percussit alter alterũ et interfecit. Et ecce cõsurgens uni-*  
*uersa cognatio aduersus ancillã tuã, dicit: Trade eũ qui percussit fratrẽ suũ.* In ueritate  
 autẽ, ut Hebraei tradũt, hæc mulier uidua, duos filios habere poterat: q̄ rixati sunt in agro  
 sup hæreditate patris sui, & alterum ab altero interemptũ: Sed seipã tñ eadẽ uidua in p-  
 sona Dauid posuit, & duos filios suos in psona Amnõ & Absalõ. Cognationẽ uero quæ  
 cõsurrexit aduersus filij suos, in psona ceteroꝝ filioꝝ Dauid. Dixitq; mulier: *In me*  
*dñe mi rex iniquitas et in domo patris mei, rex at̄ et domus eius sitimino cõs.* acsi diceret, Pro  
 eo q̄ alĩ filius in altero cõsurrexit, in me sit iniquitas, q̄ absq; culpa es, in eo q̄ illi duo fra-  
 tres inter se cõfixerant. Et sicut ego absq; culpa sum, pro eo quod duo filij mei cõsurre-  
 xerũt aduersum se, & interfectus est alĩ ab altero, ita & tu absq; culpa es, pro eo q̄ Absa-  
 lom Amnõ dignũ morte, interfecit. *Quæ ait: Recordetur rex dñi dei sui, ut nõ multipli-*  
*cetur proximi sanguinis ad uiscendũ, et nequaq; interficiet filij meũ.* Recordatio hic pro  
 iuramẽto posita est, acsi apte diceret: Recordet̄ rex promissiois suæ, imõ iuramẽti, q̄ mi-  
 hi p̄ dñm deũ suũ pollicitus est, ut nõ multiplicent̄ pximi sanguinis ad uiscendũ. *Di-*  
*xitq; mulier quare cogitasti istiusmodi rem cõtra populũ dei, et locutus est rex uerbũ istud ut*  
*peccet, et nõ reducat eiectũ suũ.* Ex hoc loco demonstrat̄ illud qd̄ superius dictum est:  
*Cessauit Dauid rex exire post Absalõ. Id est, cessauit ut nõ exiret ab aliquo, & nõ redu-*  
*ceret Absalõ. Inde ait mulier: Et locutus est rex uerbũ istud, ut peccet: & nõ reducat eie-*  
*ctũ suũ.* Quod uero ait: *Quare cogitasti istiusmodi rem cõtra populũ dei?* Populũ  
 dei uocat eundẽ Absalõ, siue eos q̄ cũ illo erãt: q̄ si captiui & eiecti erãt, & nõ reduce-  
 rent ad hæreditatẽ dei, ne forte coacti dijs alienis i terra aliena seruiret. *Hec uult peri-*  
*re deus animã, sed retractat cogitãt ne pereat penitus qui abiectus e.* Acsi diceret, deus  
 peccatoꝝ q̄ a diabolo captiui detinet, ut ad se conuertant, uocat: & tu q̄ eũ imitari de-  
 bes, cur nõ eo modo agis? *Et qñ tondebat capillũ (semel autẽ in anno tondebatũ)* In  
 Hebræo ita legit̄. *Et qñ tondebat caput eius, statuto tpe tondebat, & reliq.* Non em̄

semel in anno (ut Latini codices habent) tondebat, sed statuo tpe, id est, in triginta diebus. Sed nos hanc opinionem aliquos omittentes, simpliciter sicut apud nos legitur, uidelicet quoniam tondere caput (semel autem in anno tondebat) legere decreuimus; quia hanc translationem ex hebraico fonte haustam credimus. Porro autem quod ait, [Flam sicut Absalom uir non erat pulcher in omni Israel et decorus nimis, et vestigio pedis usque ad verticem, non erat in eo ulla macula. Qui etiam postea fecit sibi currus et equites, qui et iudicium patris, stans in porta, reprehendebat.] Potest figuratim intelligi Absalom ipse filius Dauid (quod interpretatur patris pax; de quo interpretatione dicturi sumus in sequenti.) figuram gestauit populi Iudaeorum; qui bene decorus esse dicitur, quod ad eundem populum figuratim refertur, propter regnum et sacerdotium, atque cetera dona, quae olim ei a deo collata fuerant. Qui pacem cum rege Dauid domino scilicet salutatore hinc noluit. Ait enim idem Absalom, [Quis me constituat iudicem super terram &c.] Simulata humilitas in Absalom demonstrata est. Nihil enim est deterius, quam hypocrisis falsas uirtutes quaequam exaggerare, et per elationem cordis maioribus acta et fortia reprehendendo diffamare. Sicut et Absalom patris sui iusta iudicia, ausu temerario contra omnium populum reprehendere non timuit. [Post quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem: Uada, et reddam uota mea quae uouisti domino in Hebron.] Quadragessimus agebat annus ex eo tempore, quo Saul Nobe ciuitate cum sacerdotibus, LXXXV. propter Dauid interemisset; et idcirco hic idem quadragessimus annus ponitur, ut monstraret diuinam ultionem suscitari super Dauid, eo quod Ahimelech sacerdotem fecerit; et propter eum sacerdotum caedes facta fuerit. Cauere lector plerisque mendosos codices, in quibus scriptum inuenitur, post quatuor, non post XL. annos in uetustioribus uero codicibus, et in hebraica ueritate, non quatuor, sed XL. scribuntur anni. Si uero quis contentiosus, eosdem quatuor annos astruere uoluerit, ab eo tempore quo Absalom Amnon fratrem suum interfecit, usque ad illud tempus quo profectus dicitur: Uada, et reddam uota mea, quae uouisti domino in Hebron; per speciem se errare (si diligenter perscrutatus fuerit) inueniet; cum utique Amnon non interfecit, Absalom ingressus apud Tholomai regem tribus annis, et in Ierusalem inde reuocatus, non uiso prope duobus moratus annis, fuerit; et sexto anno faciem patris uiderit, et contra eum puelleione preparauit. Votum namque se uouisse mentiendo dixit, id est, ofense facturus in loco, quo regesunt Abraam, Isaac et Iacob. [Ueni autem et Sadoc et uniuersum silentem cum eo, portantes arcam foederis domini; et deposuerunt arcam dei. Et ascendit Abiathar donec expleta esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate.] Ideo arcam dei deposuisse dicuntur, ut dominus ab Abiathar sacerdote consulere, quo uersus Dauid ire deberet. Ascendisse autem Abiathar dicitur, id est, orasse; et quia oraculum diuinum non ei responsum est, idcirco in subsistentibus dixit Dauid, ut reportaret arcam dei in urbem. Caput XVI.

**E**t uenit Dauid usque ad Baburim. Et ecce egrediebatur inde uir de cognatione Saul nomine Semei, filius Gera, et maledicebat Dauid. Abisai autem dixit: Uadam et amputabo caput eius, et reliquum usque quo ait: Quid mihi et uobis filii Saruiae dimittite ut ut maledicat. Hebraeus non habet, dimittite ut maledicat, sed tamen male. Abisai solus dixerat: Uada et amputabo caput eius. Et Dauid ad Abisai et Ioab respondit, dicens: Quid mihi et uobis filii Saruiae acsi diceret: Nunquid uultis interficere istum, sicut interfecistis Abner? Dominus enim praecipit ei, ut malediceret Dauid. Et quis est qui dicat, quare sic fecerit? subauditur: Quare sic fecerit, non dominus, sed Semei. Semei quod maledixit Dauid, ipse est ut Hebraei dicunt Nabath pro Ieroboam; quod filius Lemini dicitur, et in zelo domus Saul maledicebat Dauid. Nomen uero autem eius Ioseph fuit, et ipse Semei ex tribu Ephraim filii Ioseph exiit. Unde et idem Semei ad Dauid dixit: Primus quod ueni hodie de omni tribu Ioseph. Cum autem uenisset Chusai Archites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: Salue rex, salue rex. Ad quem Absalom: Haec est (inquit) gratia ad amicum tuum. In Hebraeo legitur. Hec est (inquit) misericordia ad amicum tuum, quod non affirmando, sed negando pronuntiandum est; et est sensus, Misericordia est autem dici debet, quod Dauid amicum tuum dimisisti, et cum eo non isti.

**D**ixit igitur Achitophel ad Absalom: Eligam tibi duodecim milia. Caput XVII. Ili uirorum, et consurgens persequar Dauid hac nocte; et irruas super eum, quippe qui lassus est, et resolutus in manibus percussus eum, cumque fugerit, omnis populus

qui cum eo est, percussus regem desolatam; et reducat uniuersum populum quod omnes reuerti solent. Scilicet sicut reuerti solent hi qui amisso in filio rege reuertuntur; sic uniuersus populus Israel reuertet ad te. [Et cum ceciderit unus quilibet in principio, audiat, quicumque audierit et dicet: Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. Et fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur.] In Hebraeo ita habet, Et fortissimus ipse cuius cor eius est quasi leonis, pauore soluetur. Quod non affirmando, sed negando pronuntiandum est. Fortissimus iste Dauid intelligendus est, quod et sequentia declarant. [Scit enim omnis Israel fortem esse patrem tuum, et robustos omnes qui cum eo sunt.] Sed quod iste Achitophel significet, dicemus in posterum. [Jonathas autem et Achimaas stabant iuxta fontem Rogel. Abisai ancilla et ministrant eis, et illi profecti sunt.] Haec ancilla quasi lauandi gratia cum pannis ad fontem Rogel ierat, ut penitus res non deprehenderet. Puer autem qui rem indicat Absalom, filius eiusdem ancillae paruulus dicitur fuisse.

Prius enim paulatim historiam continuando hic tangere decreuimus, ut postmodum quid mystice continuat, indagando propaleamus. Sed quia de Absalom historia praetergreditur, secundum allegoriam considerare libet, quid illud significet, quod patricida filius, patrem insequitur. Primo, pater eius declinans fugit ante faciem eius, securus de uictoria; quia sciebat impium perire, quem etiam fleuit magno luctu, et desecuit exitum patricida. Scribitur enim fugisse Dauid a facie bellantis aduersum se filii. Et alibi scriptum est de populo Ierusalem, domino dicente: Filios enutriti et exaltati, ipsi autem spreuerunt me. Filius ergo eius impius, tropice accipit potest populum Iudaicum, qui eum tradidit. Absalom autem (sicut ante iam dictum est) intelligitur patris pax. Quod mirum uideatur in historia, patris pax quemadmodum possit intelligi, qui patrem bello est persecutus. Sed qui diligenter allegoriam intendunt, inspicunt Absalom esse Ierusalem; quae etiam et ipsa pax interpretatur. A cuius facie in Galilaeam fugit Christus uidelicet, qui eam patiendo deserens, in gentibus per fidem secessit. Alii Absalom, Iudam traditorem accipiunt, quem non bonum tanta etiam miranda patientia, Christus pertulit, tanquam bonum, cum eius cogitationes non ignoraret. Cum adhibuit conuiuium, in quo corporis et sanguinis sui figuram, discipulis commendauit et tradidit; quod denique in ipsa traditione et osculum accepit. Bene intelligitur pacem Christum exhibuisse traditori suo, quauis ille scelerate cogitationis interno bello uastaretur. Et ideo Absalom patris pax dicitur, quia pater habuit pacem, quam ille non habuit. Hanc enim posteriorem sententiam non commentando protulimus, sed de dictis beati Augustini ex titulo uidelicet textus psalmi: in quibus tanquam clarissima tuba disputando resonans edisserit, decerpimus. Achitophel igitur qui recedens a Dauid ad Absalom, transmigrauerat, haereticos significat, qui recedentes a tramite ueritatis, se sociant hosti antiquo; et subsistentur erroribus. Interpretatur autem, frater meus cadens: Gilonites uero transmigratos. Contra quos propheta increpans, dicit: In domino confido, quomodo dicitis animam meam, transmigrata in montem sicut passer? Et merito tales laqueo diaboli, atque malitiae suae uitam propriam finiunt: qui alienam prauis suasionibus corrumpere satagunt. Sicut ipse in propria domo suspendio interit, qui alienam uitam, hoc est Dauid, insidiatus est. Unde scriptum est: Qui fodit foueam, incidet in illam. Sed quid aliter significet, dicemus in posterum.

**L** Venit autem et Sadoc et uniuersi leuitae cum eo, portantes arcam foederis dei, et deposuerunt arcam dei. Et ascendit Abiathar, donec expletus est omnis populus, qui egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam dei in urbem. Si inuenero gratiam in oculis domini, reducat me et ostendet mihi eam et tabernaculum suum. Si autem dixerit, Non places. Et reliqua. Iam enim quod secundum historiam ista significet inculcauimus. Caeterum quantum ad altiore intelligentiam pertinet: Sadoc sacerdos (qui interpretatur iustus) qui arcam domini reportauit in urbem, personam gestauit sanctorum, et eorum uidelicet qui tempore passionis domini, licet corpore in breui ab eo discesserunt, fide tamen et dilectione minime separati sunt. [Et dixit Dauid ad Chusai Architem: Si ueneris mecum, eris mihi oneri, &c.] Nam et iste etiam Chusai amicus Dauid (quod interpretatur

stinās, q̄ & ab eo in Ierusalē reuertēs, cōsiliū Achitophel dissipauit) psonā gestauit eorū q̄ occulte erāt ex populo Iudaeorū discipulī dñi, sicut fuit Nicodemus & Ioseph ab Arimathaea, uel ceteri hmōi. Pōt etiā significare credētes ex gētibus, q̄ licet cū Absalom ali qñ fuisse uisi sunt, tñ prauis eius opibus nō erant cōcantes, nec Achitophel iniqs fugge stiōibus unq̄ cōsentientes; sed cū Dā fidelit̄ pmanserūt. Interprat̄ aut̄ Chufai, Aethiops: Arachites, lōgitudo mea. Hinc q̄q̄ in ppheta scriptū est: Mutauit Aethiops pellē suā. Et illud: Aethiopia, inq̄, festinet manus dare deo. Quia gētilis populus postq̄ se nigredine peccatorū exiit, nunq̄ à tergo dñi recessit: & q̄ erat lōge, factus est ppe in sanguie Chfi.

Ieremi. 13.

**D**einde sequit̄, q̄lit̄ occurrit Dā Siba puer Miphiboseth, cū duo. Ca. XVI. bus afinis oneratis, & mētītus ē de dño suo: & p̄pterea ait ei Dā, [Tua sint om̄nia, quae fuerunt Miphiboseth.] Hinc em̄ demōstrat̄, quia spūs pphetiā (si cut̄ sup̄ius diximus) pphetis nō semp̄ adest, nec ē pximo tangunt̄. Nam Dā seruum Miphiboseth, Siba uidelicet, sibi cōtra dñm suū mentientē nō intellexit, & ideo oīa dñi sui ei cōcessit. Cui si spūs pphetiā adesset, mentientē dephenderet. Verū ē pximo tactus nō fuerat, cū sup̄ius Amasa promiserat, dicēs: Hāc faciat mihi & hāc addat, si nō magister militiā fueris corā me oī tpe p̄ Ioab, uidelicet qd̄ sequerēt̄ ignorās. Quia Amasa idē nō solū principatū militiāe p̄ Ioab nō suscipet, sed etiā post Ioab paululū uitā finiret. Et cū templū deo cōstruere uoluit, qd̄ ē uicino sequeret̄ nesciēs, ppheta altorū regiuuit. [Uenit ergo rex Dauid vsq̄ Baburim. Et ecce egrediebatur inde uir de cognatiōe dom⁹ Saui, nomine Semei, filius Hera, & maledicebat Dauid &c. usq̄q̄ ait, Quid mihi & uobis filiū Saruiae, cur efficit̄ mihi hodie in satana? Dimitte eū.] Perfecta patiētia illa ē eum li benē sustinere, cui facile q̄s reddere talionē pōt; sicut in Dā ostensa ē, q̄ blasphemantē se Semei magis studuit patient̄ ferre, q̄ ulcisci; cū eum tot uitijs urgeret, & armat̄ p̄ceres ulcisci cōtenderet, ait: [Quid mihi & uobis filiū Saruiae? Dimitte eū ut maledicat iuxta p̄ceptū dñi, si forte respiciat dñs ad afflictionē meā, & reddat mihi bonū pro maledictione hac hodierna.] Quibus p̄fecto uerbis indicat, q̄a pro p̄petrato Bethsabee scelere, exurgēt̄ cōtra se filiiū fugiēs, reduxit ad animū malū qd̄ p̄petrauit, & aequanim̄ ptulit quod audiuit: & cōtumeliosa uerba nō tā cōuitia q̄ adiutoria credidit, q̄bus se purgari, sibiq̄ misereri posse indicauit. Tunc em̄ illata cōuitia bñ toleramus, cū in secreto mētīs ad male p̄petrata recurrimus. Leue q̄ppe uidebit̄ q̄ iniuria peuitur, dū in actione nra cōspicimus, q̄a peius ē qd̄ meremur. Sicq̄ fit ut cōtumelijs, gr̄ae potius q̄ irā reddi tubeantur, quāz̄ interuētū deo iudice poena grauior declinari posse cōfidit̄. [Et ait Dā, Cur efficit̄ mihi hodie in satana? Huic simile Petrus apostolus, licet infirmitate mētīs, nō tū more cordis, sicut Abisai; audita futura passiōe dñi ipse rñdisse in euangelio legit̄, dicēs: Absit à te dñe, nō fiet istud. Cui dñs ē cōtrario, sicut & Dā Abisai, increpādo rñdit: Vade post me satana, q̄a nō sapis ea quae dei sunt, sed quae hoīm. [Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad cōcubinas patris tui &c.] Cōcubinas Dauid q̄s Absalom filius eius nefarie polluit, figurā habuisse Iudaicā plebis nō dubiū est: q̄s magistrī erroris, scribāe uis delicet & pharisaei, uanis sup̄stitutionibus suis, atq̄ p̄ prauā doctrinā corrūpentes, à dño Iesu Chfo eam alienā fecerūt: sicut & haeretici crebro facere nō uerent̄: dum apostata angelus q̄sdā q̄ uident̄ regere & custodire populū dei, tanq̄ cōcubinas domū Dauid, haeretica prauitate seducēdo, decipit p̄ eos. Ad q̄s tñ Dā ultra nō ingredit̄, sed in custodia posit̄is, alimēta p̄beti: ipsaq̄ in uiduitate uiuētēs, clausae sunt usq̄ ad diē mortis suae: q̄a dū decepti ab haeticis à uia ueritatis oberrātes, denuo ad eā redire dissimulat̄, nō sunt digni cohabitatiōe Chfi, sed clausi. i. sepati, & à cōsortio eius alieni pmanēt. Sed clemēs ille, q̄ solē suū oriri facit sup̄ bonos & malos, nō renuit bñficijs suis pastum talibus in hoc mundo p̄bere, ut p̄ collata bñficia, occasione tribuat cōuertendā. Cap. XVII.

Marci. 8.

Matth. 5.

**D**icit igitur Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia uirorum, & cōsurgens persequar Dauid hac nocte. Achitophel q̄ aduersus Dauid pessimū dedit cōsiliū: Iudae proditoris gestauit psonam, q̄ Iudaeis aduersus Christum dedit cōsiliū proditiōis, Achitophel quippe interpretat̄ ruina fratris, qd̄ ipsi Iudae

proditori proculdubio congruit: q̄ ruina exitit illius, qui dignatus est dicere, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Qui & disposita domo sua, postea suspēdio interijt. Hoc & Iudas in euangelio similiter, ut Achitophel, fecisse legit̄. Hinc sequit̄ qualiter Ionathas & Achimaas ad explorandū cōsiliū Absalom, & Dauid renuntiantū derelicti sunt, & fugientes declinauerunt in domū cuiusdam uiri in Bahurim: qui habebat puteum in uestribulo suo, & descenderunt in eum. Tulit autē mulier & expandit uelamen sup̄ os putei quasi siccans p̄tisanas, & sic res latuit. Significant autē isti duo iuuenes, Ionathas uidelicet, qui interpretat̄ columbae donum: & Achimaas, frater meus; eos q̄ per gr̄am sancti spūs renati, & in numero fratrum sunt ascripti. Qui recedētes ab Absalom fugiunt, cum malignos spūs euadere quærūt. Hi ergo stabant iuxta fontē Rogel, q̄ interpretat̄ tristis uesti deorum: cum tristitiam & despectum in hoc mundo appetunt habere, propter caelestis regni desiderium. Declinant ergo concito gradu fugientes in domū cuiusdam uiri in Bahurim: qui locus interpretat̄ electus siue iuuenis, cum adolescentiā tpa in memoriam reducunt. Descendit in puteum q̄ erat in uestribulo, cum patientiā se humilit̄ subiiciunt: quae cunctis necessaria est, ante finē scilicet praesentis uitae. Expandit mulier uelamen suū per os putei, cum ecclesia precum assiduitate delicta iuuentutis & ignorantiae, uoꝝ filiorum abscondere certat: quasi siccans p̄tisanas; cum carnis lasciuia p̄ continentiae rigorē cōstringit. Sic & res latet transgressionis uidelicet humanae uitae, quia p̄ assiduitatē precum in cōpunctione lachrymarū, & p̄ castigationē corporis omnia delicta abscondunt, ac homines à p̄secutione antiqui hostis protecti liberant. [Cūq̄ uenisset Dauid in castra Sobi filius Habas de Rabab filiorum Ammon, & Achir filius Amibel de Lodabar, & Bersellai Baladites de Rogelim, obemerunt ei stratoria & tapetia &c.] Castra ubi Dauid uenit, hebraice Manaim legunt̄, sicut supra inuimus, hic est locus ubi obuij fuerunt Iacob angeli dei, sicut in Genesi legit̄, unde ibi scriptum est: Vocauit Iacob nomen loci Manaim, id est, castra. Sobi namq̄ quieuit ibi cum muneribus ad Dauid, filius fuit Nahas regis, cum quo pugnauit Saul; quo mortuo, dixit Dauid: Faciam misericordiā cum Ammon sicut fecit p̄ eius Nahas mecum. Interempto uero à Dauid Ammon, q̄ ei inde caluandis seruis suis iniurias fecerat, cōstitutus est ab eodem Dauid, in loco fratris sui, Sobi. Carere spiritaliter obsequiū eius, uel ceterorū Galilaeorū Dauid delatū, fidem praetendebat populū gentium in dñm Iesum Chfm. Nam sicut Dauid persecutionē declinans filij sui, ab Ierusalē recessit, atq̄ à Galilaeis benigne susceptus est: sic nimis dñs Iesus Chfs ob impietatē Iudaeos deserens, à populo gentium susceptus est: q̄ multos fidelium, uarie rate uirorum & doctrinarū ornatos, contulit dño. Caput XVIII.

Mal. 2.

22  
23  
24

Gen. 32

23

24  
25  
26

Iob. 41. 5.

**E**t praecipit rex Ioab et Abisai et Etab, dicens: Seruate mihi puerū Absalom. Quod autē Absalom p̄ eius Dauid puerū appellat, non utiq̄ aetate carnis, sed paritate sensus, hoc est stultitia, nō mole corporis, dicit. [Fuit autē ibi praelū dispersum super faciem omnis terrae, & multo plures erant quos saltus consumpserat de populo, q̄s bi quos uorauerat gladius in bello.] Saltus hic qui plures cōsumpsisse dicit̄ q̄ gladius uorasse: bestias ferocissimas quae in saltu erant, Hebraei autumant: à q̄bus plures consumpti, q̄ gladio uorati fuerunt. [Accidit autē ut occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo &c.] Absalom mulo cui insederat p̄transiit, ipse quereui inhaerēs, in celsū & terrā suspēsus ē. Sic nimis scribāe & pharisaei principes Iudae eorū, in ligno crucis in q̄ dñm Iesum Chfm affigētes suspēderunt, occulto iudicio in eodē ligno damnati sunt: atq̄ eundem populū Iudaeorū q̄ carnali sensui, uelut irrationabili mulo praesidere uidebant, in dispersionē gentium p̄transientes, ipsi principatū parit̄ & populū amiserūt. Dicamus & manifestius, q̄ Absalom mulo fugiēs in quereu p̄ caesariē capitis sui suspēsus est, hoc si significabat q̄ Iudaei stultitiā carnalis sensus incubentes, p̄pter sup̄stitionit̄ pharisaeicā legē corrūpentes, p̄ ipsam quā ad correctionē uitae p̄ceperāt, mortis occasione habuerāt. Unde & saluator in euāg. dixit ad eos: Nolite arbitrarī q̄ ego accusaturus sim uos apud patrem meū. Moyses em̄ in quem uos cōfiditis, ille uos accusat. Ioab uero in cor Absalom tres lanceas infigit; cū antiquus hostis superbiā, auaritiā, & inuidiā seu p̄fidiam in cor



Mulci igitur requirunt quis fuerit iste Adeodatus, filius saltus, polymitaris, Bethleemites. Sed Hebraeus saepe dicitur, ita exponit: Adeodatus, inquit, ipse est Dauid. Idcirco dicitur Adeodatus, quia a deo electus est in regnum. Filius saltus, quia de saltu ubi oves pascebat, educus est. Polymitaris uero, quia de genere Beseleel mater eius fuit. Bethleemites, quia de Bethleem ciuitate extitit. Nam Noemi & Ruth tempore hubertatis, ex quibus Dauid ortus est, reuerse sunt in Bethleem. Et quia causa panis Ruth Booz nota est: idcirco idem locus, domus panis uocatus est. Vnde Gog in quo fuit bellum, ut idem Hebraeus transtulit, lacus interpretatur: idcirco quia sicut in lacum leonum quis mittitur & praecipuus labitur, ita Dauid semetipsum contra Goliath fortiter ad pugnandum opposuit. Quem etiam sensum uidelicet quod ab eo datus Dauid intelligitur, sequentia declarant, ubi expletis praesentibus, subiungit: [Hi quatuor nati sunt de Arapha in Beth, & ceciderunt in manu Dauid & seruatorum eius.] Iudaei quoque hanc Arapham, matrem gigantum Orphan, nulum Noemi esse arbitrantur. Nam & taliter nos etiam in cuiusdam uolumine scriptum reperimus. Iosephus in duobus praesentibus concordat cum scriptura regum. De tertio praesentibus ait: quod apparuit fortis, mittente Dauid exercitum nomine Ephan, cognatus eius. Sed utrum ipsum Adeodatum Ephan appellauerit, uel alium quolibet hoc nomine nauerit, incertum est. [Quartum bellum fuit in Beth. Et reliqua usque quo ait, Hi quatuor nati sunt de Arapha in Beth, & ceciderunt in manu Dauid & seruatorum eius.] Quatuor ista bella contra Palaestinos, bellum significant Christi, quod omni tempore istius uita in membris suis contra perfidos quosque istius seculi, & contra spirituales nequitias incessanter agit. Licet enim fasces mundanus, uel propter uitas malignorum spirituum, se erigat contra ecclesiam Christi, omnis tamen principatus aduersariorum, uero Dauid, hoc est rege Christo imperante, ac praesentibus seruatorum disponente cedit, & omnes aduersarii uincuntur. Vnde Psalmista ex persona ecclesiae confidenter dicit: In deo faciemus uirtutem &c.

## Caput XXII.

Locutus est autem Dauid domino uerba carminis huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait: Dominus petra mea &c. [Quaeritur, cur solus septimusdecimus psalmus tantummodo in libro Regum reperitur conscriptus? Nec immerito psalmus iste in Regum libris solus inuenitur, quia regnum illud significat, ubi aduersarium nullum habebimus. Et hoc est, quod in praesentibus psalmi huius scribitur, In die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait: Dominus petra mea & refugium meum.] Quis enim figuratur in Dauid, nisi ille qui uenit secundum carnem ex semine Dauid? Qui utique in corpore suo, quod est ecclesia, adhuc patitur inimicos, quod corpus non eripitur de manu inimicorum, nisi cum & illa nouissima inimica destruetur mors, ut perueniatur ad regnum dei. Nam psalmus hic uni tantum non potest conuenire personae, sed quatuor diuisionibus subiacebit. Id est, primo ordine propheta loquitur, qui gratias agit quod eum de grauibus periculis, diuina pietas libera re dignata est. Secundo, ecclesia, eo quod per multas calamitates Christianum populum ad baptismum de orbis uniuersitate collegit. Tertio, uox saluatoris illabitur, ubi pulcherrimis allusionibus, uirtus eius & potestas describitur. Quarto, iterum ecclesiae dicta praesentibus feruntur, & concessa munera Christi laudantur. [Et exaudiet de templo sancto suo.] Templum dei, filius dei. [Et contremuit terra.] Terra, peccatores. [Fundamenta montium.] Spes superborum, [quoniam iratus est eis]. quia recognouerunt iram dei. [Fumus.] compunctio poenitentium. [Carbones succensi sunt ab eo.] Gorda hominum inflammata ab spiritu sancto. [Inclinauit caelos.] quia ipsos de quibus dicitur est: Caeli enarrant gloriam dei, de aduentu suo nuntios misit, & descendit, formam serui suscipiendo. [Cherubim.] scientiae plenitudo. [Pennas uentorum.] scientiae sanctorum. [Tonauit de caelis dominus.] id est, de apostolis. [Misit sagittas suas.] Sagittae euangelistae. [Fulgura.] miracula sanctorum. [Fundamenta terrae.] Fides ecclesiae manifestata. [Misit de caelo & assumpsit me.] id est, filium suum praesentibus misit, & assumpsit ecclesiam suam. [Liberauit me de inimico meo potentissimo.]

Id est, ex diabolo. [Et eduxit me in latitudine.] hoc est, in charitate. [Retribuet mihi secundum iustitiam meam.] id est, secundum innocentiam fidei, & bonorum operum & actuum. [Cum sancto sanctus eris.] Ad deum dicitur, qui cum sancto utique sanctus. [Et cum electo electus eris, & cum peruerso puerteris.] Ob hoc quod eis non fauet, puerus esse uidetur; quia superbis resistit, humilibus dat gratiam. [In deo meo transillam murum.] Murum itaque illum, quem humano generi inter deum & hominem exererant peccata. [Quaerens pedes meos ceruus.] Ceruus spirituales uiros appellat, propter alacritatem uelocis cursus. [Spinis & uepres.] hoc est, implicamenta seculi huius transillantes. [Persequar inimicos meos & conteram, & non reuertar donec consumam eos.] Christus Iudaeos atque omnes infideles consumit, similiter & anima electa uicia sua per augmenta uirtutum consumat. [Inimicos meos dedisti mihi dorsum.] hoc quod alibi scriptum est: Sede a dexteris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. [Saluabis me a contradicenti bus populi mei.] Vox Christi a contradictione Iudaeorum, per patris sui potentiam saluatur, atque in caput gentium constitutus. [Filij alieni resistent mihi.] Filij alieni Iudaei sunt, quibus dicitur est: Vos ex patre diabolo estis. [Deus qui das uindictas mihi.] hoc est in futuro iudicio, cum eis coeperit reddere quod merentur. [A uero iniquo liberabis me.] hoc est, ecclesiam suam de potestate diaboli erepturus est. [Et faciens misericordiam christo suo Dauid.] Dauid Christum significat, semen eius omnes electos.

## Caput XXIII.

Hec sunt uerba nouissima Dauid filij Iesai. Verba nouissima Dauid non finienda dicit, sed perficienda: Non consumenda, sed quae cunctis fidelibus perfectio nis plenitudinem conferant: & ideo ultimam confessionem laudis significant: quam superato hoste, & peracta uictoria mortis, laudem sancti in aeternum deo cantabunt. [Dixit uir cui constitutum est de christo dei Jacob: egregius psalmes Israel.] id est, nobilis psalmista, qui uidelicet & propheta luculento sermone & manifestissime de Christo filio dei Iacob, & de incarnatione eius, ac redemptione humani generis prophetauit. [Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel dominator hominum iustus.] Spiritus enim domini, qui est spiritus sanctus, & sermo domini, qui est filius dei: ea quae propheta uaticinauerat, per gratiam suam ueraciter proferre donauerat. [Ipse enim spiritus dei Iacob dominatur in timore domini, sicut lux aurore oriente sole, mane absque nubibus rutilat.] Aurora, ecclesiae oriente sole, Christo resurgente a mortuis: absque nubibus rutilat, id est absque peccato infidelitatis, resplendet in miraculis. Pluuia, euangelica praedicationis herba, credentem significat populum: terra uero ecclesiam. Potest moraliter intelligi aptius: Qui enim in timore domini, dominationem in subditis exercet, lucis opera per solem caelestis gratiae irrigatus, germina uirtutum in carne uiuens, fructificat. [Nec tanta est domus mea apud deum, ut pactum aeternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea & omnis uoluntas, nec est quicquam ex ea quod non germinat.] Hinc idem propheta in psalmis dicit, quod beatus uir, qui in lege domini meditatur die ac nocte, sit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet, & omnia quaecumque faciet, prosperabuntur. [Praeuaricatores autem quasi spinae euellentur uniuersi, qui non tolluntur manibus: Et si quis tangere uoluerit eas, armabitur ferro lanceato, igneque succensae comburentur usque ad nihilum.] Quod potest & iuxta superiorem sensum, de Iudaeis & haereticis (qui uelut spinae, de ecclesia, quae est terra uentium euulsi, atque aeterno incendio traditi.) specialiter intelligi. Potest & generaliter de omnibus reprobis intelligi, iuxta quod in euangelio dicitur: Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur &c. Et iterum: Filius, inquit, hominis mittet angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittet eos in cinerum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Ille scilicet quasi tangens spinas armabitur ferro & ligno lanceato, qui communicans pec-

cati alienis propter duritiam cordis sui iniquitatum pondere premitur, & iaculis peccatorum confodit: cuiusque opera aeternis gehēnā ignibus digna ad nihilū redigent. [Hæc nomina fortium David: sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres: ipse est quasi tenerimus ligni uermiculus: qui octingentos interfecit impetu uno.] Quod dicitur de sapientissimo principe fortium David, cuius quidem nomen in Regum libro tacetur, at uero in libro Paralipomenon Iesbaam nominatur. [Ipse est quasi tenerimus ligni uermiculus.] Virtus in hoc bellica, simul & modesta uiri designatur: quia uidelicet sicut uermiculus ligni, tener quidem & fragilis toto suo corpore, necnō & permodicus apparet, nihilominus tamen fortissimum ligni robur exedens consumit, & scabrosum & cariosum reddit. Vnde & à terendo ligna teredonis nomen habet: Sic ille affabilis omnibus domi, & quietus atque humilis uidebatur: at in certamine publico robustum se atque in tolerabilem hostibus exhibebat. Sed hæc principem Hebræus ipsum suspicatur esse Dauid. Ecce historiam tetigimus, sed quid spiritaliter significet, breuiter indagemus. Ait enim: [Ipse est quasi tenerimus ligni uermiculus.] Dauid ligni uermiculus fuisse scribit, quod utique dominico homini specialiter congruit: ex cuius persona Psalmographus cecinit: Ego autem sum uermis & non homo. Quemadmodum enim lignum ex se uermiculum procreat, ita quoque beata Maria uirgo, uidelicet de radice Iesse, absque opere natali, florem protulit dominum & saluatorem: qui octingētos interfecisse impetu uno dicitur, quia ut euangelista pronuntiat de homine uno, qui uniuersarum gentium typum præferebat, [Uno impetu.] id est, sermonis imperio, legionem expulit dæmonum. [Post hæc Semma filius Age de Arari, Et congregati sunt Philistini in statione, &c.] Semma audiens, Age meditans siue loquens, Ararites montanus. Semma filius Age, personam gestauit domini & saluatoris nostri, siue sanctorum prædicatorum eius: qui in agro ecclesie stans, infirma membra illius de aduersariis potestatibus, uelut hordeum tuæ: uel certe uerecundiam castitatis incontinentibus, quasi lentes gladio oris sui, contra luxuriam defendit. [Necnō & ante descenderant tres, qui erant principes in triginta, & uenerunt tempore messis ad Dauid in speluncam odollam.] Tres isti fuerunt, Abisai filius Saruie, & sub hoc Hai Vsarites, & Jonathan filius Samaa fratris Dauid. [Hi etiam tres irruerunt castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem. Et de tribus istis Abisai quoque frater Joab filius Saruie, princeps erat de tribus istis nominatis, in tribus illis & inter tres nobilior. Desiderauit igitur Dauid & ait. Siquis mihi daret potum de cisterna quæ est in Bethleem iuxta portam. Irruerunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam. At ille noluit bibere, sed libauit illam domino.] Qui fuerint hi tres fortissimi, iam superius inculcauimus. Cæterum spiritaliter quem in hoc desiderio ipse Dauid præfigurauit, nisi oēs sanctos patres, qui ante legem uel sub lege fuerunt, quæ aduentum saluatoris præstolantes, ad eius præsentiam peruenire nequiverunt: Illum uidelicet fontem sitientes, in quo est remissio peccatorum: Non qui periculis quaereretur alienis, sed qui aliena pericula deleret. Verum moraliter ex hoc facto cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciatur: ut qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam commissa, & se reprehendat in minimis, quæ se meminit in maximis deliquisse. Nimia sunt quæ loquor, si hæc ex sacri eloquii testimonio non affirmo. Lex certe ueteris testamenti, alienam uxorem concupisci prohibet: At regē uero fortia subere militibus, uel desiderare aquam, non pœnaliter uetat. Et cuncti nouimus, quod Dauid concupiscentiæ mucrone transfixus, alienam coniugem appetiuit & abstulit, cuius culpam digna uerbera sunt secuta: & malum quod perpetravit, per penitentiam lamenta correxit. Qui cum, longe post, contra ostium sederet, aquam bibere ex eorum cisterna, ex desiderio uoluit: Cuius electi milites, inter cateruas aduersantium medias erumpentes, aquam quam rex desiderabat, illæsi detulerant. Sed uir flagellis eruditus, semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamque domino fundens libauit, sicut illic scriptum est, [Libauit eam domino.] In sacrificium quippe domini effusa aqua con-

uersa est, quia culpam concupiscentiæ maculauit, per penitentiam reprehensionis suæ. Qui ergo quondam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupiuerat expauit. Quia enim illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum iam rigidus, etiam à licitis abstinere. Sic agamus penitentiam, ut ea quæ commisitimus perfecte desicemus. Verum iuxta historiam quod oblatam aquam bibere noluit, sed eam domino libauit, exemplum præbuit militibus suis fortitudinis & constantiæ. Vicit ergo naturam, ut sitiens non biberet, ut suo exemplo ois exercitus tolerare sitim disceret. [Abisai quoque frater Joab filius Saruie, princeps erat de tribus. Ipse leuauit hastam suam contra trecentos quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non peruenerat.] Sciendum est, quod isti tres primus (ad quos Abisai, qui erat inter tres nobilior & princeps, non peruenisse dicitur) neque in hoc uolumine, neque in Paralipomenon lib. 9 fuerint leguntur: Necnon etiam fuerunt isti, liberos antiquitatum Iosephi perlustantes, minime inuenire potuimus: nisi forte illi intelliguntur (sicut Hebræi tradunt) quos superius iam nominauimus: Aut illi, quos Iosephus narrat, aquam Dauid de cisterna Bethleem, attulisse, quos nominat Iesbaam filium Accaroni, quem alibi Eusebius filium Achimeci nuncupat, & Eleazarum filium Ochoi, quem dicit esse filium Dodim, atque Semma filium Age, quem appellat alibi filium Heli, de quibus sacra scriptura nil loquitur. Vnde nonnulli non solum Hebræorum, uerum etiam Latinorum, tropice tres primos, tres uirtutes Dauid, intelligi uolunt, sapientiam uidelicet, humilitatem, & fortitudinem, sicut in præcedentibus dicitur, [Sedens in cathedra sapientissimus.] ecce sapientiam. [Ipse est quasi tenerimus ligni uermiculus.] ecce humilitatem. [Qui octingentos interfecit impetu uno,] ecce fortitudinem. Ad has tres uirtutes nemo fortium Dauid peruenit, ideoque ipse est princeps fortium suorum. Verum si quis aliam expositionem inuenit, promulgare studeat, & nos libenter ei obsequium dabimus, qui profecto aliam inuenire non potuimus: his enim expletis, quid spiritaliter significet, inuauimus. Iste enim Abisai, qui leuauit manum suam contra trecentos, figuram prærendisse saluatoris siue sanctorum prædicatorum non dabimus est: qui uexillo crucis, atque hasta prædicationis, inimicos fidei, uelut trecentos uiros, conuincunt atque prosternunt. [Et Banaias filius Joiade, uiri fortissimi magnorum operum de Eapsee. Ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit & percussit leonem in medio cisternæ diebus niuis. Ipse quoque interfecit uirum Ægyptium, uirum dignum spectaculo, habentem in manu hastam. Itaque cum descendisset ad eum in uirga, uicinosque hastam de manu Ægyptij, & interfecit eum cum hasta sua.] Notandum quod in Hebræo non habetur, (sicut in cuiusdam uolumine reperi) magnorum operum, sed magister operum. Capsee enim interpretatur, congregatio dei: Magister enim erat de congregatione & legione dei, id est Cerethi & Pherethi, qui interpretantur, occidentes & uiuificant. Ipse enim percussit duos leones Moab, quos nonnulli intelligi uolunt, duos potentes ac fortissimos uiros in regno Moab: In quo etiam intellectu, uir quidam doctus in scripturis, & solers in amore sapientie, qui me in sacris literis erudire consuevit, consentire uidetur. Quos Paralipomenon, duos Ariel Moab nominat. Vnde & Ariel uel uiri potentes Moab, uel leones nuncupantur. Ariel enim interpretatur leo dei. Quos Banaias dum prouocatus esset ab illis, superatos interfecit: Quando enim Dauid eosdem Moabitas bello aggressus est, & fecit tres funiculos, duos ad mortificandum, & unum ad uiuificantem, isti potentes Moabitas tuebantur. Quod dicitur de Banaia [ & ipse descendit & percussit in media cisterna diebus niuis leonem, ] quomodo sit factum, Iosephus narrat apertius: quia uidelicet cisterna fuerit nimium profunda, qua tempore hyemis cum essent omnia niuibus plena, ipsa quoque nimio niuium aggere, fuerit coæquata: Quam cum leo superueniens percussit, si nescius incidisset, ibidemque conclusus, grandi rugitu clamaret, accurrebant homines uidere quid esset: Et dum cum alijs ad tale spectaculum adueniret & Banaias, desiliit statim in cisternam: & aggressum medijs in niuibus, percussit & interfecit leonem. Spiritaliter Banaias, qui interpretatur edificator dominus, personam in se expressit saluatoris, de

Psalm. 146.  
Psalm. 101  
1. Corin. 3.

quo propheta uaticinauerat, quia per eum aedificanda ecclesia esset, dicens: Aedificans Ierusalem dominus. Et iterum: Dominus aedificabit Sion: quam Paulus construi uidens aiebat: Dei aedificatio estis: Qui de caelis descendit in lacum seculi istius: qui calentes aquas, hoc est mentes hominum, in malitia feruētes, niue & frigore infidelitatis, in aqua praedicationis suae, siue fluente baptismatis, refrigerauit: & interfecit leonem, hoc est, diabolum, gladio uerbi sui. Ipse enim est auricularius Dauid, Idei scilicet patris: cui uera diuinitas omnem scientiam atque intelligentiam contulit. [Praefecit Banaias filius Ioadae, et ipse nominatur inter tres robustissimos qui erant inter triginta nobiles. Verum tamen usque ad tres non peruenit.] Intelligitur, quia ipse nominari dignus esset inter robustos, id est Abisai & Subochai & Ionathan, quippe qui uiribus eis aequari posset, qui etiam erant inter triginta. Notandum, quod quidam Hebraeorum leonem hunc quem Banaias interfecit, Iob intelligi uolunt: qui in media cisterna, id est, in domo domini, ubi cornua altaris tenebat, occisus est. Et puta altare cisternam significare: uidelicet quia, inquit, sicut aqua cisternae misericordiam affert, ita nihilo minus sanctuarium domini, peccata expiabat. [In diebus niuis,] quia per mortem expiavit peccatum, iuxta illud Psalmista: lauabis me: quod implerum est in media cisterna: & super niuem dealbabor: quod implerum est in eo quod ait, [diebus niuis.] De eo autem quod subsequenter narratur, [Ipse quoque interfecit uirum Aegyptium, uirum dignum spectaculo.] Virum istum Aegyptium, Semei filium Iera esse arbitrantur, qui maledixit Dauid. Sciendum est, quod idem Semei de Bahurim, fuerit ideo Aegyptius dictus: quia opera illius Aegyptii, deum blasphemantis (quem Moyses, iubente domino, interfecit in eremo) imitatus fuit. Ille enim blasphemauit deum, & iste maledixit prophetam & regem. [Virum dignum spectaculo.] Spectabatur enim, ut si egrederetur Ierusalem, interficeretur. [Habentem in manu hastam,] id est, legem dei, quam si meditatus fuisset permanendo in Ierusalem, non perimeretur: Quia ergo praecipuum regis irritum fecit, excedens portas Ierusalem: idcirco in eum a Banaia, [in uirga,] id est, rectitudine iustitiae, descensum est: & hasta, quam iam non rectam tenebat, ut ab eo extorta est: quem sensum non refragamus, sed diligenti lectori relinquamus. Descriptus enim ex parte catalogus uirorum fortium in figuram sanctorum: qui quamuis uirtutum sublimitate proficiant, tamen usque ad excellentiam diuinae trinitatis, nequaquam attingant. Inde est quod ibi scriptum est de Iob, usque ad tres non peruenit. Quis enim aequabitur domino, aut quis similis erit inter filios deorum? Ac per hoc uera potest illa solutio esse, quam superius de tribus primis fortissimis, uidelicet tribus uirtutibus Dauid, descripsimus: ad quas nemo fortium peruenire potuit: Et ideo tropice sermo diuinus, in figuram saluatoris ita protulit dicens, sed usque ad tres primos non peruenit. [Asael frater Iob inter triginta, Eleanan filius patris eius de Berlebem, Semma de Arari, Elica de Harodi, Heles de Phalti, Hirifilius Acces de Thecua, Abiezer de Anathoth, Hobonai de Husani, Selmon Abobites, Macharai Aetophatites, Heleb filius Baama, et ipse Aetophatites, Itai filius Ribai, de Bebeeth filiorum Benjamin, Banaian Pharithonites, Hedai de torrente Haas, Abialabon Arbathites, Azmauer de Berhomi, Elibaba de Saalboni, Filij Iasen, Ionathan, Semma de Horodi, Abiam filius Sarar Ararites, Eliphalet filius Abasbai, Filij Maachati, Eliam filius Achithophel Silonites, Hefrai de Carmelo, Pharai de Arbi, Igaal filius Pathan de Soba, Bonni de Sadi, Selec de Ammoni, Macharai Berobites, armiger Iob filij Saruiz, Hira Iethitbes, & reliqua usque quo ait: Omnes triginta septem.]

Psalm. 50.

Notandum est, quia cum his triginta, etiam septem fortiores, & nominati in hoc calculo comprehenduntur, Dauid uidelicet, qui appellatus est Aedodatus, Abisai & Subochai, Ionathan, Eleazar, & Semma, & Banaias: Ecce septem. Triginta hi sunt: Asael, Eleanan, Semmade, Arari, Elica, Heles, Hira, Abiezer, Mobonai, Selmon, Macharai, Heleb, Itai, Banaian pharathonites, Hebai, Abialbon, Azmauer, Elibaba, Semma de Horodi, Ahiam, Eliphelch, Eliam, Hefrai, Pharai, Igaal, Bonni, Selec, Naharai, Hira, Gareb, Vrius Hethaus. Ideo ergo Vrius Hethaus ultimus ponitur, propter id quod sequitur in sequentibus. [Et addit furor domini irasci contra Israel.] Iam enim ultio facta fuerat in Dauid & in domo eius. In populo uero qui noluit resistere Dauid in pereundo Vria, & hac non diu ultio diuina facta fuerat: idcirco hic ultimus ponitur, ut ultio magni eius peccati monstraretur. Caeterum in hoc numero omnis perfectio sanctorum designatur. Denarius numerus ad decalogum legis pertinet: Ternarius uero ad fidem sanctae trinitatis: Septenarius autem ad septiformem gratiam spiritus sancti. Ter deni, triginta fiunt.

## Caput XXIII.

**E**t addidit furor domini irasci contra Israel, commouitque Dauid in eis, dicentem: Uade, numera Israel et Iudam. Dixitque rex ad Iob principem exercitus sui: Perambulata omnes tribus Israel a Dan usque Bersabee, et numera populum. & reliqua. Factu enim superbiae tactus, & repentino tumore elationis inflatus pro culpa populi, maxime qui eum in proditione Vriae non redarguit, occulto iudicio dei contra uoluntate domini eundem populum numerare compulsi: culpa enim illius punita fuerat, sed peccatorum populi (ut dictum est) inultum manebat. Dedit ergo Iob numerum descripti omnis populi regi, et inuenta sunt de Israel, octingenta millia uirorum fortium, qui educeret gladium. Et de Iuda, quingenta millia pugnatorum. Notandum autem, quod in Paralipomenon legitur, mille millium centum millia de Israel. De Iuda quadraginta sex triginta millia, quos quidem ab Iob numeratos esse, sed summam eorum noluisse ostendere Dauid, nisi tantum, quantum in Samuelis libro scribitur. [Perussit autem cor Dauid postquam numeratus est populus, et dixit Dauid ad dominum: Peccati ualde in hoc feci: sed precor domine ut transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis, & reliqua.] In libro quoque Exodi, praecipit dominus Moysi, dicens: Quando tuleritis summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen dimidium sceli, iuxta mensuram templi. Siclus uiginti habet obulos: Media pars sceli offeret domino, qui habet in numero, a uiginti annis & supra dabit pretium: Diues non addet ad medium sceli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam quae collata est a filiis Israel, trades in usum tabernaculi testimonij, ut sit monumentum eorum coram domino, & propitiis animabus eorum. Hoc ergo oblitus est Dauid facere, idcirco offendit deum, & ob hoc plaga uenit in Israel. [Cumque uenisset Gad ad Dauid, nuntiavit ei, dicens: Aut septem annis ueniet tibi fames in terra tua, &c.] Sed mystice hic intelligi potest fames septem annorum, &c. si cui placuerit, Septem annis infideles Iudaei famem sustinent, quia septiformis gratia spiritus sancti, pane uerbi dei eos nequaquam pascit. Ipsi enim tribus mensibus inimicis suis se persequentibus cedunt, quia ob hoc in nomine sanctae trinitatis, per lacrum regenerationis innouati non sunt: hostibus, hoc est immundis spiritibus resistere non ualentes, terga dant. Ipsos denique angelus percutiens, quasi tribus diebus flagellat: quia negantes patrem & filium & spiritum sanctum, ex cuius fide uiuere poterant, in impietate sua increduli moriuntur. [Immisitque deus pestilentiam in Israel, de mane usque ad tepus constitutum, et mortui sunt ex populo, a Dan usque Bersabee, septuaginta millia uirorum.] Et hoc qualiter gestum sit, Iosephus refert, uerbis plurimis, dicens: Prophetis itaque declarantibus Dauid, quod ei deus irasceret, supplicare coepit eumque rogare, ut propitius esset, & ueniam peccati concederet. Tunc ergo Gad prophetam misit ad eum deus, tres supplicij conditiones portantes, ut eam quam probaret, eligeret, utrum uellet famem in prouincia generari, septem annis, aut tribus mensibus pugnando uinceretur ab hostibus.



bus, aut certe morbus & languor accideret tribus diebus Hebræis. Cumq; ille esset in anxietate & uehementer animo confusus, & propheta diceret: hoc omnimodo imminere, & responsum uelociter exigeret, ut electam ab eo conditionem renuntiaret deo. Cogitans rex, quia si famem eligeret, contra alios hoc facere uideretur, quando ipse quidē habens multa frumenta, non pateretur inopiam, reliquis uero esset angustia. Item si eligeret trium mensium uictoriam hostium, ipse quidem habens circa se uiros fortissimos & custodes, nihil omnino merueret: neci uero eius exercitus subiaceret. Inter hæc autem communem potius passionem & regum & subiectorum elegit, in qua timor omnibus est æqualis, dicens: Quia multo melius in manus dei, quam in hostium manus incidere. Hæc audiens propheta, renuntiabat deo: qui morbum & interitum misit in exercitum Hebræorum. Moriebantur enim (ut idem historiographus ait) non uno modo, ut facile languor potuisset agnosci, facile peribant. Alius enim super alium moriebatur. Alij super mortuos quos sepeliebant, ipsi quoq; moriebantur. Sic diuersis morbis (sicut ille refert) interibant. Incipiente itaq; pestifero languore eos ab hora matutina perimere usq; ad horam prandij, consumpra sunt septuaginta millia. Hic enim nihil aliud dicere ualemus, nisi quod papa Gregorius moraliter, egregius tractator in hoc facto Dauid prouit. Ait enim: Pro qualitatibus subditorum, disponuntur acta regentium: ut sæpe pro malo grege, etiam uere boni delinquant uita pastoris. Ille enim, deo attestante, laudatur, ille supernorum mysteriorum conscius Dauid propheta, tumore repentinae elationis elatus, populum numerando peccauit: ei tamen uindictam populus, Dauid peccante, suscepit. Cur hoc? quia uidelicet secundum meritum plebium, disponuntur corda rectorum. Iustus uero iudex peccantis uitium ex ipsorum animaduersione corripuit, ex quorum causa peccauit. Sed quia ipse sua scilicet uoluntate superbiens, à culpa alienus non fuit, uindictam culpæ etiam suscepit. Nam ira fauens quæ corporaliter perculit, rectorem quoq; populi intimo cordis dolore prostrauit. Cerrum uero est, quod ita sibi inuicem & rectorum merita connectantur & plebium, ut sæpe ex culpa pastorum, deterior fiat uita plebium, ut sæpe ex merito plebium, mutetur uita pastorum: Sed quia rectores habent iudicem suum, magna cautela subditorum est, non temere uitam iudicare regentium. Neque enim frustra per semetipsum dominus æs numulariorum fudit, & cathedras uendentium columbas evertit; nimirum significans, quia per magistrorum quidem uitam iudicat plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum. Quamuis etiam subditorum uitia, quæ à magistris modo uel dissimulantur iudicari, uel nequeunt: eius proculdubio iudicio referuntur. Igitur dum salua fide res agitur, uirtutis est meritum, si quicquid prioris est, toleratur: debet tantummodo humiliter suggeri, si fortasse ualeat quod displiceat emendari. Sed curandum summo opere est, ne in superbiam transeat iustitiæ inordinata defensio; dum enim rectitudo incaute diligitur, ipsa magistra rectitudinis humilitas amittitur: ne eum sibi præesse quisq; despiciat, quem fortasse conringit ut in aliqua actione reprehendat. Contra hunc tumorem superbiæ subditorum, mens ad custodiam humilitatis edomatur, si infirmitas propria incessanter attenditur. Has uires nostras ueraciter examinare negligimus, & quia de nobis fortiora credimus, idcirco eos qui nobis prælati sunt, districte iudicamus. Quo enim nosmetipsos minus agnoscimus, eo illos quos reprehendere nitimur, plus uidemus: singula hæc mala sunt, quæ à subditis sæpe in prælatos, sæpe à prælatis in subditos committantur: quia & omnes subditos hi qui præfunt sapientes minime arbitrantur: Et rursum, qui subiecti sunt, rectorum suorum actiones iudicant: & si ipsos regimen tenere contingeret, se potius agere putant melius. Vnde plerumq; sicut & rectores minus prudenter ea quæ agenda sunt uideant, quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat. Et nonnunquam is qui subiectus est, hoc cum prælatus fuerit, facit, quod dudum fieri subiectus arguebat: & pro eo, quod illa quæ iudicauerat, perpetrat, saltē quæ iudicauit, erubescat. Igitur sicut prælatis curandum est, ne eorum corda æstimatione singularis sapientiæ locus superior exollantur subiectis prouidendum est, ne sibi rectorum facta displiceant. Si autem magi-

Luc. 19.

strorum uita uere reprehenditur, oportet utique subditi etiam cum displiceat, magistris uenerentur. Sed & hoc solerter inueniendum est, ne aut quæ imitari despicias, uenerari contemnas. Subtilis etenim uia tenenda est, rectitudinis & humilitatis, ut sic reprehensibilia magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens à seruanda magisterij reuerentia non recedat. [Erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Jebusæi. Dixitq; Dauid ad dominum, cum uidisset angelum cædētem populum: Ego sum qui peccavi & ego inique egisti qui oues sunt, quid fecerunt? Uertatur obsecro manus tua contra me, &c.] In Paralipomenon ita scriptum est: Porro angelus domini stabat iuxta aream Ornan Jebusæi. Leuansq; Dauid oculos suos, uidit angelum domini stantem inter cælum & terram, & euaginatam gladium in manu eius, & uersum contra Ierusalem. Et reliqua.] Area Areuna, uel area Ornan, ipsa est uidelicet Ierusalem. [Uenit autem Bad ad Dauid, & dixit ei: Ascende, constitue domino altare in area Areuna Jebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Bad, quem præceperat ei dominus. Conspiciensq; Areuna, animaduerit regem & seruos eius transire ad se, & egressus adorauit regem prono uultu in terrā, & ait: Quid cause est, ut ueniat dominus meus rex ad seruum suum? Qui Dauid ait: Ut emāsa te aream, et ædificem altare domino, et cesset interfectio quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid &c.] Areuna namq; interpretatur arca, & Ornan latine resonat, lumē nobis. Bene ergo cum deum pro offensa quo peccauit placare uellet, altare iubeat in area Areuna uel Ornan cōstruere, ut inde unusquisq; coniciat, quia aliter diuinitas ab homine placari non potest, nisi in arca cordis, per lumen rectæ fidei, & ueræ dilectionis, altare illi deuota humilitatis constituat, in quo sacrificium piæ cōfessionis ac laudis deo acceptabile offerat. Quod recte per eundem Prophetam in psalmis manifestatur, ubi dicitur ex persona domini: Sacrificium laudis honorificabit me. Et iterum: Sacrificium (inquit) deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. [Emit ergo Dauid aream & boues argenti siclis quinquaginta.] Quod in Paralipomenon ita legitur: [Dedit ergo Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos.] Intelligenti namq; est boues argenti siclis quinquaginta, aream uero sexcentis aureis emisit. [Et ædificauit ibi Dauid altare domo, & obtulit holocausta & pacifica. Et reprobatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.] Hinc quoq; uerba dierum ita narrant. Tabernaculum autem domini quod fecerat Moyses in deserto & altare holocaustorum, ea tempestate erat in excelso Gabaon, & non prauauiit Dauid ire ad altare, ut ibi obsecraret dominum. Nemo enim timore fuerat perterritus, uidēs gladium angeli domini. Dixitq; Dauid: Hæc domus domini, & hoc altare in Holocaustum Israel. Et præcepit ut congregarentur omnes profelyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, ut ædificaret domus domini. In illo siquidem loco, ut Hebræi autumant, aliquando contigerat Abraam offerre filium suum Isaac, quando cum iam paratus esset occidere filium, & in holocaustum exhibere, improviso aries apparuit, & altare circumstitit, quem Abraam pro filio immolauit. Potest uero area Areuna ubi Dauid altare construxit altius intelligi. Quid per aream Areuna Jebusæi, nisi ecclesiam hoc est, saluator noster erexit, cōfessim mors impietatis, quæ in populo dei grassabatur, cessat. Hanc arcam Dauid quinquaginta argenti siclis emit: quia & dominus Iesus Christus ecclesiam suam pretioso sanguine suo emptam, ac per septiformis gratiam spiritu sancti à cunctis suis delictis purgatam, in domum sibi sempiternam sanctificauit.

h. iij

22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

# ANGELOMI LEXO

VIENSIS, IN LIBRI TERTII REGVM  
STROMATA, PRAEFATIO.



**X**PLETIS duobus libellis regum uoluminis, diuina uidelicet immeriti auxiliati clemētia, tanquam quodammodo ex thesauris diuinitum, sanctorum scilicet doctorum, duo minuta abstrahentes, quæ, ut potuimus, in gazophylacium domini contulimus, ne ingrati ex nostræ paupertatis ingenio fortassis uideremur à domino, ne talentum etiam idipsū frugalitatis collatū, rure defossum inueniretur absconditum, & damnationis pena multaremur acerrime. Vbi admodū uastū transiimus æquor, auxiliati uidelicet cunctipotentis ope, qui imperat uentis ne noceant rati. Nunc si quidē quanquam pauidi, tertium aggredi conabimur librum: in quo maxime statu indigemus quidē diuini spiraminis, ne nostra carina tandem fracta, ueniat in scopulis, & syrtem illisa demersa remaneat in reumate gurgitum. Sed ipso afflante ac dignanter opitulante, portum quietudinis ouans obtineat: ut dominica quodammodo commercia illa sa permaneant, & ex tanta profunditate uoluminis, ac thesauro diuini gazophylaci, saltem ualeamus cum magis auri & thuris & myrrhæ domino conferre donaria. Quoniam si in omnibus egemus spiritu sancti iuuamine: nunc quoq; in hoc sacro uolumine præmaxime indigemus diuino suffragio, quia multis obscuritatibus abditus uidetur in allegoriarum sententijs, præsertim in templi ædificijs & prophetarum mysterijs, ut ipso administrante, qui dedit Salomoni sapientiam plurimam, ualeamus cœptum opus explere sagaciter. Vnde iam eius freti auxilio, ad eum describendum uertamus articulos.

Caput .i.

**E** Rex David senuerat, habebatq; ætatis plurimos annos. Et reliqua. Senectus David humani generis figurauit uetus testamentum, in quo quia fides defecerat, uelut in David dilectio dei frigerat. Vestimenta eius quibus ad opertus calc fieri non poterat, typum habuisse Iudaicæ plebis non dubium est. Quæ ante aduentum saluatoris per cognitionem legis, uelut uestimenta domino adhaerant. Sed quia eadem plebs, ut Apostolus dicit, seruitutis spiritum, & nō libertatis habuit, in amore diuino minime caluit. Virgo uero speciosa quæ in cunctis finibus Israel quæsitæ est, ac p seruos David ad eum perducta, quæ in sinu eius dormiens, eum calefecit, & uirgo permansit. Haud dubium quin sanctæ ecclesiæ personam gestauit, quæ de cunctis gentibus per apostolos ad Christum puenit: & tanto ardore fidei in eius dilectione caluit, ut propter illius amorem, uarijs periculis se ultro committeret, & ad ultimum pro eius nomine mori non recusaret. De qua plenius dicemus in subditis. Adonias autem filius Hagith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Et reliq. Adonias enim iste q; superbia elatus, gratis regnare uoluit, qui à Salomone interfectus est, figuram gestauit supbia Iudæorum: qui propterea quod regnum terrenum obtinere uoluit, à Salomone uidelicet Christo, & regnum amisit, & uitam perdidit. De quo hic prælibando prædiximus, sed in sequentibus huberius indagabimus. Rex autem senuerat nimis, & Absag Sunamitis ministrabat ei. Quæritur itaq; quid in hoc facto significet, q; David annos natus septuaginta bellicosus quondam uir, senectute frigescente, non poterat calefieri. Et propterea quærit ista puella speciosa, quæ cum rege dormiret, & senile corpus calefaceret, & ministraret regi. Siem occidētem sequimur literam, uidetur quasi figmentum esse de mimo, eo q; frigidus senex obuoluitur uestibus, & nisi complexu adolescentulæ non tepescit. Viuebat adhuc Bethsabee, & supererat Abigail, & reliquæ uxores & concubinæ, quæ à scriptura omnes quasi frigida repudiantur; & in unius tantum adolescentulæ grandæuus calefit amplexibus.

Abraam multo David senior fuit, & tamen uiuente Sara, aliam non quæsiuit uxorem. Isaac duplices David annos habuit, & cum Rebecca uetula, nunq; refrixit. Taceo de prioribus ante diluuium uiris, qui post annos quingentos, non dico senilibus, sed penē iam cariosis artubus, nequaquam puellares quæsiuere complexus. Certe Moyses dux Israelitici populi centum uiginti annos habebat, & Sephoram non mutauit. Quæ est igitur ista Sunamitis uxor & uirgo, tam seruens ut frigidum calefaceret, & tam sancta ut calentem ad libidinem non prouocaret, nisi sapientia (ut beatus Hieronymus ait) quæ in senibus feruere solet: licet sicut superius inuimus sanctæ ecclesiæ iniisset personam? Hanc exponat sapientissimus Salomon, patris sui delicias & pacificas bellatoris uiri narret amplexus, posside sapientiam, posside intelligentiam; ne obliuiscaris eam, & ne declinaueris ab ipsa. Ne derelinquas eam, & apprehendet te: ama illam, & seruabit te. Principium sapientia, posside sapientiam; & in omni possessione tua, acquire intelligentiam. Et reliq. Ista quidem sapientia, licet frigescentibus membris, tamen senis feruenti dilectione, & summo studio charitatis amplectitur, & spirituales etiam delicias administrat. Omnes penē uirtutes corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia, decrescunt cætera, lesumia, chameunia, & elemosynæ, huc illucq; discursus, peregrinor; suscepio, defensio pauperum, instantia orationum & perseuerantia, uisitatio languentium, labor manuum unde præbentur elemosynæ. Et ne sermōem longius traham, cuncta quæ per corpus exercentur facta, corpore senili minora fiunt: sola sapientia non dico in iuuenibus, sed etiam in senibus (qui in lege domini meditati sunt die ac nocte) permanet: & dulcissimos fructus studiorum metit. Vnde Abisac merito interpretatur, patris mei gaudij, uel patris mei rugitus. Quod in præsentī loco uirtutem sonat, quod amplior in senibus & redundans est, ac larga sapientia. Et bene rugitus, quod maris fluctus resonat, & (ut ita dicam) de pelago ueniens fremitus auditur, ex quo ostenditur abundantissimum & ultra humanam uocem in senibus diuini sermonis tonitruum cōmorari. Sunamitis uero, cocinea in lingua nostra sonat. Ut significet calere sapientiam, diuinaq; lectione feruere. Quod licet dominici sanguinis indicet sacramentum, tamen & feruorem ostendit sapientia: Hinc dominus noster in euangelio ait: Ignem (inquit) ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Qui discipulorum corda succendens, cogebar dicere: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Hanc siquidem puellam amplecti ac diligere debemus, quæ sapientiam significat senum ampliorem: non pueriles declamationes, & sapientium flosculos, dialecticorum, ac uerborum lenocinia, & cætera huiusmodi ex humana sapientia figmentisq; poetarum; neq; curas istius seculi, aut honores huius mundi: sed sapientia tanquam Abisac cum David, quæ nunquam senescit, in nostro requiescat sinu. Impolluta enim est uirginitatis perpetua, & in similitudinem Mariæ, cum quotidie generet semper que parturiat, incurrupta est. Si enim Cato Romani generis disertissimus, (ut quidam doctor protulit) cenarius iam & senex Græcas literas nec erubuerit, nec discere desperauerit. Esti certe (ut aiunt) Homerus refert, quod de lingua Nestoris, iam uetuli & penē decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit. Et sapiens quidam Græcia cum completis centum & septem annis se cerneret mori, dixisse fertur: dolere quod tunc egrederetur è uita quando sapere cepisset. Plato etiam octogesimo anno, scribens mortuus est. Socrates septuaginta & nouem annos in docendi scribendiq; labore compleuit. Quanto magis calefcente corporis iuuentute, inter bella corporis, & inter incentiua uitiorum sapientiam edificere debemus: ut in senectute etiam frigescentibus membris, in sinu mētis nostræ requiescat & foueat, dormiatq; nobiscum, imò cibum spiritualis intelligentia nobis ministrat. Potest nimirum etiam ista mulier contemplatiuæ uitæ gestare figuram, quam omnes perfecti incredibili amore complectentes, in eius dilectione flammescunt. Adonias autem filius Hagith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitq; sibi currum & equites, et quinque uiros qui ante eum currerent. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Et reliqua. Quod autem Adonias filius David maior, in regnum pro

2. Corin. 5.

11

11

11

Hieronymus.

Luce. 12.

11

11

11

11

patre succedere uoluit, per factum superbiae, non p uirtutem disciplinae, quid significat  
 nisi q Iudaicus populus, q quasi maior natu filius uidet esse, cum prior legem suscepit,  
 gentilem populum q per gratiam dei posterior uocatus est spernens, solum se cum dño  
 aestimabat regnatur. Vnde & bene nomen Adoniae, qui dominator dñs interpretat, ty-  
 pum expresse: qui solum se dominare cum dño arbitratus est. Sed ecclesiae populus cū  
 uero Salomone, id est pacifico nfo, cuius ipse corpus est, p diuinam ordinationem in re-  
 gnum substituit. De quo merito perfidia maior filius, id est, prior populus, praecipita-  
 tus est. Hic ergo Adonias, Bethsabee interueniente, quae interpretat filia saturitatis, Abi-  
 sac Sunamiten corrumpere gestiuit: quia Iudaicus populus per obseruantiam ceremoni-  
 arum legis, quia satur & plenissimus erat, ueram sapientiam spiritalis sensus, quae Dauid  
 nfo coniuncta est, stuprare uolens, non meruit eius consortium, cuius uiolare appetiuit  
 immaculatum thorum. Quod autem Dauid Salomoni filio suo praecipit de iusta retribu-  
 tione eorum, q sibi solatio fuerunt, uel iniuste nocuerunt, licet ipse patientissime eos  
 regnans toleraret: quid melius significare potest, quam futuram retributionem iudicij  
 uenturi, in qua impij pro mercede poenam perpetuam, iusti autem aeternam beatitudi-  
 nem percipient. In presenti quoq tpe, patientia dei saepe bonos tribulari atq angustari  
 permittit, & e contrario reprobos delicijs tpalibus & prosperitate terrena uti concedit.  
 Quibus tñ uisq; per iudicem uiuorum & mortuorum praemia certa in futuro restitu-  
 et, qñ his qui ad dexteram eius sunt, dicitur: Venite benedicti patris mei, percipite  
 regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Illis aut qui ad sinistram eius erunt,  
 dicit: Discedite à me maledicti in ignem aeternū, qui paratus est diabolo & angelis eius:  
 & ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam. [Inclinauit se Beth-  
 sabee, & adorauit regem.] At uero Bethsabee quae in latinum transfertur filia iuramenti  
 antiquae ecclesiae quae & sanctis patribus sub lege constitutis fuerat, imaginem hoc in lo-  
 co praetulit, de cuius stirpe uerus Salomon, id est pacificus noster, nasci promissus est.  
 [Et nuntiauerunt regi, dicentes: Adest Nathan propheta.] Nathan qui interpretat do-  
 num, figuram ueteris prophetiae gestasse manifestum est. [Dixitq; rex Dauid: Uocate  
 mihi Sadoc sacerdotem.] Sadoc interpretat iustus, figuram in se gerens domini & salu-  
 uatoris nfi: qui est uerus sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. [Et impo-  
 nite Salomonem filium meum super mulam meam.] Mulam Dauid, aliq ecclesiam, aliq ue-  
 ro synagogam, propter infœcunditatem figurasse dixerunt.

Caput II.

**D**ixitq; Dauid ad Salomonem: Tu quoq; nosti quae fecerit mihi Joab filius Sar-  
 uia, quae fecerit duobus principib; Abner, filio Ner, & Amase filio Jerber &c. [Dauid  
 qui praecipit Joab interfici seu Semei, figuram ueteris prophetiae ges-  
 tibat, quae iudicauit atq; praecipit, quid de inimicis Chri & sanctoꝝ eius, scribis uideli-  
 cet atq; pharisaeis, necnon & haereticis, in futuro fieri oporteat. Sicut hoc quod Dauid  
 de Joab & Semei fieri praecipit, Salomon uero impleuit. [Salomon autem sedit super  
 thronū Israē.] Salomon qui patri suo Dauid successit, Chri figuram sine dubio gestauit:  
 in eo scilicet qd templum aedificauit, sicut & Chri ecclesiam: & in eo, qd regnum in pa-  
 ce administravit, & pacem habuit secundum nomen suum: sic & dominus rex pacis e di-  
 ctus, ac per hoc illius uocabulum illi uerissime congruit, per quem mediator, ex in-  
 micis, accepta remissione peccatoꝝ, reconciliamur deo: etenim cum inimici essemus, re-  
 conciliati sumus deo per mortem filij eius. Idem ipse est ille pacificus, qui fecit utraque  
 unum, & mediū parietē maceriae soluens, inimicitias in carne sua, legemq; mandatoꝝ  
 decretis euacuans, ut duos conderet in se in unum nouum hominem, faciens pacem his q  
 longe, & pacem his qui prope: ipse in euangelio dicit: Pacem meam do uobis, pacem re-  
 linquo uobis. His & multis alijs testimonijs dominus Iesus pacificus esse monstrat. In sa-  
 pientia quoq; & diuitijs atq; gloria ipsius domini saluatoris typum gestasse, non dubium  
 est. [Et ait Adonias Bethsabee: Praecor ut dicas Salomoni regi, ut det mihi Abisac Su-  
 namiten uxorem.] Adonias dum in typo Iudaicorum Christi ecclesiam, quae est uirgo in-

Matth. 25.

22

22

Psal. 109.

22

Eph. 2.

Job. 14.

22

22

corrupta, temerare uoluit, iusto iudicio mortem quam meruit, incurrit. [Uenit ergo  
 Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur pro Adonia.] Bethsabee quae apud Sa-  
 lomone pro Adonia interueniente uoluit, nec tamen quippiam profuit, figurā legis hoc  
 in loco praetendisse non dubium est: quam Iudaei sibi adiutricem apud deum esse opinā-  
 tur. [Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: Uade in Anathoth in agrum tuum.] Abiathar q  
 sacerdotio expulsus, non tamē occisus est, significat populum Iudaicorum, quorum licet  
 sacerdotium sit abolitum, ipsi tamen propter eos qui in fine mudi ex ipsis credituri sunt,  
 delicti penitus non sunt. [Fugit ergo Joab in tabernaculum domini, & apprehendit cornu  
 altaris. Nuntiaturq; est regi Salomoni, quod fugisset Joab in tabernaculum domini, et  
 esset iuxta altare. Visitq; Salomonem Banatam filium Joiahae, dicens: Uade interfice  
 eum. Et reliqua.] Joab qui ad altare fugies, iubente Salomone, ibidem interfectus est, si-  
 gnificat scribas & pharisaeos, seu magistros peruersi dogmatis haereticos: qui ob hoc qd  
 proximis suos, uidelicet ecclesiasticos, per insidias perimunt, sicut & ipse Joab, Abner atq;  
 Amasa fecisse legitur: ab altario fidei expulsi, perpetua morte puniuntur. [Dauid aut  
 tem & semini eius & domui & throno illius sit pax usq; in sempiternum a domino.] Hoc est,  
 abolitis Iudaicis, extirpatisq; haereticis, & omnibus Christi inimicis deletis: thronus Da-  
 uid, id est ecclesia, aeterna pace fruens maneat in aeternū. [Dixitq; Salomon ad Semei:  
 Nonne restitutus sum tibi per dominum, & praedicti tibi, quacumq; die egressus ieris huc  
 & illuc, scito te esse mortuum?] Praecipitur nobis à uero Salomone, sicut & Semei à Sa-  
 lomone rege, ut habitemus in Ierusalem, nec unquam egrediamur ex ea. Quod si fuge-  
 rit nos, id quod nobis fuerat ante subiectum, & icrit ad Allophylos, non egrediamur mu-  
 ros ciuitatis nostrae, nec sequamur fugitiuorum uestigia: nedum uolumus saluare fugi-  
 entes, ipsi pereamus. Quin potius dimittamus, ut mortui sepeliant mortuos suos: & scan-  
 dalizantem oculum, manum, & pedem, dum licet, eruamus & abscindamus à nobis.

Caput III.

**A**ccepit nanque Salomon filiam Pharaonis regis Aegypti. [Filia Pharaonis  
 quam Salomon in coniugio copulauit, ecclesiam ex gentibus figurasse nō du-  
 bium est. [Apparuit dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula  
 quod uis ut dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid pax meo miseria-  
 cordiam magnam. Et reliqua.] Gratia dei liberum hominis exquirat arbitrium. [Et di-  
 xit dominus Salomoni: Quia postulasti uerbum hoc, & non petisti dies multos, nec diuiti-  
 as, aut animas inimicorū tuorū, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium.]  
 Quicumq; uult ofonem suam ante deum non frustrari, hoc ab eo postulet, qd Salomon  
 quaesuit, id est, sapientiam & scientiam atq; intelligentiam. Diuitias uero & gloriam tē-  
 poralem, atq; animas inimicorum, seu dies plurimos uitae praesentis, reprobortū est qua-  
 rere, non electorum. [Si autem ambulaueris in ujs meis, & custodieris praecpta mea,  
 longos faciam dies tuos.] Hic praecipue patet, quia sapientiam & diuitias seu gloriam  
 temporale, etiam reprobi hic in praesenti uita habere possunt: Longos uero dies, id est,  
 aeternam beatitudinem, absq; obseruatione mandatorum dei adipisci nemo potest.  
 [Tunc uenerunt duae mulieres meretrices ad regem Salomonem, steteruntq; coram eo.  
 Quarum una ait: Obsecro mi domine, ego & mulier haec habitamus in domo una, &c.]  
 Duae mulieres inter quas Salomon primum iudicium suum exercuit, quarum una dile-  
 ctione ardebat, in altera simulatio surripiebat, ecclesiam atque haereticam prauitatem fi-  
 gurasse non dubium est: inter quas dominus Iesus Christus spiritu oris sui, dum id quod  
 iustum est, dirimit: unicuiq; quod debetur, restituit. Et bene per hanc mulierem haereticoꝝ  
 uel synagoga etiam impietas generat: quae & suos nequiter nutriendo interimunt,  
 & alienos quouiq; pdant, illiciendo psuadent. Sed quia solent post uirtutes uitia subori-  
 ri, ut corda hoim tentando probent, ne animus in culmine uirtutū consistens, tanq Salo-  
 mon in regno ex seipso gloriatur: & hoc permittente deo, qui lucis suae illustratione illu-  
 strare dignetur. Ut ergo ea firmitatis dona habeat, & infirmitatē suam humilit agnos-  
 cat, per accessum gratiae ad alta suscollitur, & per recessum quid ex seipso sit probatur,

Matth. 8  
Marci. 9.

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

22

Quod in ipso demonstratur, qui diuinitus accepit sapientiam; & tamen post acceptam eandem sapientiam, duarum meretricum questione pulsatus est. Quia nimirum saepe cum mentem nostram concessis uirtutibus, respectus intima largitatis illuminat, hanc protinus etiam lubrica cogitationes turbant; ut quae subleuata immenso munere exultat, etiam tentatione pulsata quid sit inueniat. Idcirco quid istae duae meretrices (quas praelibando retigimus secundum quod in dictis doctorum inuenimus) plenius significant, pandere decreuimus. Ait enim sacrae historiae contextus: [Tunc uenerunt duae mulieres meretrices ad regem Salomonem, steteruntque coram eo. Et reliq.] In illo ergo iudicio Salomonis, Christi figura fuit, ubi mulier illa improba, plebs scilicet synagoga uel haereticorum. uere matris, hoc est, ecclesiae, filium appetebat: quae non ut seruaret, sed reuera ut interiret meret, cupiebat. Sed sicut, gladio dirimente Salomonis, propriae matris gemitu, uerus repertus est partus: ita & spiritu Iesu Christi docente, plerumque hi qui a matre seducti & capti sunt errore haereticorum, nonnunquam merentur pro semetipsis gementes, recognoscere ecclesiam matrem. Vnde & satis conuenienterque apparet, hanc mulierem synagogam uel haereticorum figurasse impietatem: quae suos nequitur nutriendo interimit, & alienos quousque perdat illiciendo persuadet. Item alio modo, quantum ad simplicem historiam pertinet, perspicuum est: quod puer annorum duodecim contra aetatis suae mensuram, de intimo humanae naturae iudicaret affectu. Vnde bene admiratus est, & primus in illum omnis Israel: quod scilicet eum manifesta non fugerent, qui tam prudenter abscondita deprehendisset. Quantum ad typicos pertinet intellectus, dicente Apostolo: Haec omnia in figura contingebant illis, Scripta sunt autem de nobis, in quos fines seculorum deuenerunt. Quidam Graecorum autumant super synagogam & ecclesiam sentiendum: & ad illud tempus cuncta referenda, quando post crucem & resurrectionem, tam in Israel quam & in gentium populo, uerus Salomon, id est pacificus, regnare coepit. Quae autem adulterae & meretrices, synagoga & ecclesia, in scripturis dicantur, nulla dubitatio est: & hoc prima fronte uidetur esse blasphemum. Caeterum si recurramus ad prophetas, Osee uidelicet: qui accepit uxorem fornicariam, & genuit filios fornicarios, & deinde adulteram: & ad Iezechiel, qui Ierusalem quasi meretricem arguit, quod secuta sit amatores suos: & diuicauerit omni transeunti pedes, lupanarque in loco celebri extruxerit. Animaduertimus Christum idcirco uenisse, ut meretrices donaret matrimonio: & duobus gregibus unum ouile faceret, medioque pariete destructo in eisdem caulas, oves prius morbidas congregaret. Haec sunt uirgae quae iunguntur in Iezechiel: & de quibus per Zachariam dominus refert: Et assumpsi tibi duas uirgas, unam uocaui decoram, & alteram uocaui funiculum, & pavi gregem. Mulier quoque illa meretrix in euangelio, quae Iesu pedes lachrymis lauit, crine detergit, & cui peccata omnia dimittuntur, manifeste significat ecclesiam de gentibus congregatam. Haec idcirco in prima fronte replicaui, ne cui uideatur incongruum si meretrices dicantur: quarum una Salomonis iudicio filij possessione donata est. Prudens quaerat auditor, quomodo meretrix significet ecclesiam, quae non habet maculam neque rugam. Non dicimus ecclesiam permanisse meretricem, sed fuisse. Nam & Simonis leprosi domo saluator scribitur in ihsse conuuium. Vtque non quia leprosus erat eo tempore, quo habebat hospitem saluatore, sed quia leprosus ante fuerat. Matthaeus quoque in catalogo apostolorum, publicanus dicitur: non quo permanserit publicanus post apostolicam dignitatem, sed quod prius fuerat publicanus: ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Simulque considera quid dicat ecclesia contra synagogam calumniatricem. [Ego et mulier haec habitabamus in domo una.] Post resurrectionem enim domini saluatoris, una de utroque populo congregata est. Et quae melius ganter ecclesia: [Peperi, inquit, apud eam in cubiculo.] Ecclesia enim de gentibus, quae non habebat prius legem & prophetas, peperit in domo synagoga: nec egressa est de cubiculo, sed ingressa. Vnde dicitur in Cantico canticorum: Introduxit me rex in cubiculum suum. Et iterum: Equidem non spernetem assumens, introducam te in domum matris meae, & in cubiculum eius quae concepit me, [Tertia autem die postquam ego peperi, pepe-

rit haec.] Si consideres Pilatum lauante manus atque dicentem: mundus ego sum a sanguine iusti huius. Si centurionem ante patibulum confitentem: Vere hic erat filius dei. Si eos, qui ante passionem per Philippum, dominum uidere desiderant, haud ambigis primam peperisse ecclesiam: & postea natum populum Iudaeorum, pro quo dominus precabatur. Pater ignosce illis, quod enim faciunt nesciunt: Vnaque die crederent tria milia, & alia quinq; milia. [Eramus simul.] Multitudinis autem credentium erat anima una, & cor unum. [Nullusque alius in domo nobiscum, exceptis nobis duabus.] Non blasphemantium Iudaeorum, non gentilium idolis seruientium. [Dormitus est enim filius mulieris huius nocte.] Dum enim legis sequitur obseruantiam, & gratiam euangelij iugo Moisaicae doctrinae copulat, tenebrarum errore cooperta est. [Oppressitque eum dormiens mater sua.] Quae non poterat dicere, ego dormio & cor meum uigilat. Media nocte consurgens, tulit filium de latere ecclesiae dormientis, & in suo collocauit sinu. Relege totam Apostoli ad Galathas epistolam, & animaduertes, quomodo filios ecclesiae, suos facere festinet synagoga: Et dicat Apostolus: Filioli mei quos iterum parturio, nec formetur Christus in uobis. [Uinum tulit.] non ut possideret, sed ut occideret: Non enim amore fecit hoc filij, sed amulae odio: & suum mortuum per legis caeremonias in sinu ecclesiae supposuit. Longum est si uelim per singula currere, quomodo per Apostolum Paulum, & alios ecclesiasticos uiros, intellexerit ecclesia non esse suum filium quatenus in lege, & in luce cognouerit, quem in tenebris non uidebat. Inde iurgium ortum est, praesente rege, altera dicente. [Filius tuus mortuus est, mens autem uiuit.] Altera respondente mentiris: filius quippe meus uiuit, filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege: Tunc rex Salomon (qui manifeste saluator accipitur, secundum psalmum septuagesimum primum, cuius titulus Salomoni inscribitur: ubi nulla dubitatio est, quin cuncta quae dicantur, non Salomoni mortuo, sed Christi conueniant manifestati.) simulat ignorantiam & humanos, pro dispensatione carnis, mentitur affectus. Si cuti & in alio loco. Vbi posuistis Lazarum? Et ad mulierem fluentem sanguine: quis meretigit? Gladium postulat de quo dixerat, nolite putare, quod uenerim pacem mittere in terram: Non ueni mittere pacem, sed gladium. Veni enim diuidere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem suam, & nurum contra socrum suam, & inimici hominis domesticus eius: Et tentat naturam naturae dominus: uultque secundum utriusque uoluntatem, uiuentem filium in legem gratiaque diuidere: non quo hoc probet, sed quo eam adarguat, & uiuentem non nisi per baptismum liberari ostendat. Libentem uoluit diuidi puerum non ut possideat, sed ut interficiat. Ecclesia quae scit suum esse libenter concedit amulae, dum uiuat saltem apud aduersarium, ne inter legem diuisus & gratiam, saluatoris mucrone feriatur. Vnde dicit & Apostolus: Ecce ego Paulus dico uobis, quod si legem obseruatis, Christus uobis nihil prodest. Item alio modo: Quid in hac sententia melius per matrum lactantium nomina, nisi doctorum ordo? Quid uero per earum filios, nisi discipulorum persona significatur? Nam magistri nimirum uigilantes quidem scientia, sed uita dormientes, auditores suos quos per uigilias praedicationis nutriunt, dum quod dicunt facere negligunt, per somnum teporis occidunt: & negligendo opprimunt, quos alere uerborum lacte uidebantur. Vnde plerumque dum ipsi reprehensibiliter uiuunt, & habere discipulos uita laudabiles nequeunt: alienos sibi attrahere conantur, quatenus dum bonos se habere sequaces ostendunt, apud iudicia hominum excusent mala quae agunt: & quasi subditorum uita mortiferam tegant negligentiam. Vnde & illic mulier quae filium extinxit proprium, quae suum alienum. Sed ueram matrem, Salomonis gladium inuenit: quia uidelicet, cuius fructus uiuat, uel cuius intereat, extremo examine, ita districti iudicis demonstrat. Ibi & illud est solerter intueendum, quod filius uiuens prius diuidi praecipitur, ut soli postmodum matri reddatur. Quia in hac uita quasi partiri conceditur uita discipuli, dum ex illa nonnunquam alter apud dominum meritum, alter apud homines laudem, habere permittatur. Sed falsa mater eum quem non genuit occidi non metuit: quia arrogantes magistri & charitatis ignari, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis

Matth. 27

Actuum. 4.

,,

,,

,,

,,

Cantico. 5

,,

Galat. 4.

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

Marc. 2

Matth. 10.

,,

,,

,,

,,

,,

Galat. 5.

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

u. Corin. 10

Osee. 1.

Iezech. 16

Zach. 12.

Cantico. 5. 8.

lis consequi nequeunt, eorum uitam crudeliter insequunt. Inuidia enim facibus succenti si, nolunt alios uiuere, quod se conspiciunt non posse possidere. Vnde & illic peruersa mulier clamat: Nec meus sit nec istius. Vt enim diximus, quos sibi obsequi non uident ad gloriam temporalē, eos alijs inuidēt uiuere per ueritatem. Vera autem mater facit, ut eius filius saltem apud extraneam sit, & uiuat. Quia concedunt ueraces magistri discipulis, ut ex eorū discipulis, alijs quidem magisterij laudem habeant, si tamen integritatem uitae idem discipuli non amittant. Per quae pietatis uiscera, haec eadem mater uera agnoscitur omnino: quia magisterij in examine charitatis approbat; & sola totum recipere meruit, quae quasi torum cessit. Quia fideles praepositi, pro eo quod ex bonis discipulis suis, non solum alijs laudem non inuidēt, sed utilitatem eis etiam profectus exorant: ipsi & integros & uiuentes filios recipiunt, quando in supremo examine ex eorū uita perfectae retributionis gaudia, consequuntur.

Caput III.

**N**umeratis ergo principibus Salomonis, qui in regno eius uarijs officijs deputati fuerant, seu diuersis provincijs praerant, sequitur scriptura dicens: [Salomon autem erat in ditioe sua, habes omnia regna a flumine terrae: Philistin, usque ad terminum Aegypti, offerentium sibi munera, et seruentium ei, cunctis diebus uitae eius.] Et quis in hoc melius significatur quam pacificus noster, quem praefigurabat idem Salomon? Ipse enim omnia regna terrae a solis ortu usque ad occasum, in ditioe sua habet, & dominatur (scriptura teste) a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrae. Ipsi seruiunt omnes populi, & tribus & linguae, offerentes ei scilicet munera rectae fidei & bonorum operum. Reges, inquit, Tharsis, & insulae munera offerent; reges Arabiae & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes terrae, omnes gentes seruient ei. Quod autem subdit, [cunctis diebus uitae eius.] hoc est in seculum seculi, quia ipse permanebit semper, & regni eius non erit finis: eiusque potestas, potestas est aeterna, cuius anni non deficient. [Erat autem cibus Salomonis per singulos dies triginta chori similiae: & decem chori farinae, decem boues pingues, & uiginti boues pascuales, & centum arietes, & excepta uenatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & animum altilium.] Ipse enim obtinebat omnem regionem quae erat trans flumen, quasi a Tapsa usque &c. Quid ergo cibus iste Salomonis significat, nisi refectionem regis nostri Iesu Christi qui bene pascitur recta fide & operibus bonis, quae illi quotidie offeruntur, ab ecclesia catholica. Triginta ergo chori similiae, possunt exprimere fidem sanctae trinitatis, iuxta quod in lege domini scriptum continetur: & sexaginta chori farinae, profectioem bonorum operum, & decem boues pingues, & doctores decalogi: & uiginti boues pascuales, praedicatores noui testamenti: qui quasi geminatum decalogum in se habent, cum nouum & uetus testamentum aequaliter praedicant, pleni dilectione dei & proximi. Centum arietes, quos melius significat, quam eos qui in grege domini bene dominantes, simul cum sibi subditis aeternae beatitudinis gloriam consequi festinant. Venatio quoque diuersorum animalium, non inconuenienter accipi potest acquisitio hominum, qui ex diuersis gentibus quotidie retibus euangelij per spirituales uenatores capiuntur: & in partum saluatoris nostri rediguntur. [Habebatque pacem Salomon ex omni parte in circuitu. Habitauitque Iuda & Israel absque timore illo, unusquisque sub uita sua, & sub sicu sua, a Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.] Isaias quoque de redemptore nro ita dicit: Multiplicabit eius imperium, & pacis non erit finis, sub cuius defensione uerus Iuda & uerus Israel, absque timore illo habitant: cum cordibus erectis ad dominum, cuncta terrena despiciunt, nec hostium minas pertimescunt: sed in laudibus dei iugiter perseverant: delectantes in gratia dei, & dulcedine charitatis, quam incessanter habent ad dominum, & ad proximum. [Habebat Salomon quadraginta millia praesepia equorum currilium, & duodecim millia equestrum: nutriebantque eos supradicti regis praefecti.] Quid per quadragenarium numerum, nisi tempora legis praefcae designantur? Quia & Moyses illam accepturus, quadraginta diebus ieiunauit, & populus Israeliticus qui per eam instruebatur, quadraginta annis in

esalm. 71.

michee. 4.

danici. 4.

isai. 9.

eremo mansit. Duodenarius uero numerus, praesens tempus significat, in quo apostolica doctrina noui testamenti populum nutrit. Bene quoque per quadragenarium, siue duodenarium numerum, praesepia equorum Salomonis numerantur, quia in utroque populo legalis uidelicet & euangelico, illi qui minus intelligentes fuerunt, ad praesepia sanctorum scripturarum inuitantur: ut pabulum ibi sacrae doctrinae acciperent, quatenus equi tati summi regis habiles fierent. Nutriebantque eos, supradicti regis praefecti, cum unusquisque doctorum, sermone fidei & exemplo bonae operationis, satagit partum illis salubrem conferre: unde subsequens scriptura de eis dicit, [sed et necessaria mensae regis Salomonis, cum ingenti cura praebabant tempore suo.] Hordeum quoque & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum, ubi erat ret iuxta constitutum sibi. Quia ne quid desit his qui in domo regis manent, totus ordo sanctorum praedicatorum, scribendo scilicet & loquendo laborat, ut mensa domini abundet in copia librorum, & decentem partum inde habeant quique fidelium. [Dedit quoque deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam quae est in litore maris. Et praecedebat sapientia Salomonis, sapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus. Sapientior Ethan Esraite, et Heman, & Chalcas, & Dorda filijs Babel.] Dedit itaque deus Salomoni nostrum sapientiam & prudentiam, ultra omnes homines, & omnem creaturam rationabilem: De quo Iohannes dicit: Quem enim misit deus, uerbum dei loquitur: Non enim ad mensuram dat deus spiritum: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et alibi ipsa ueritas dicit: Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Hinc Paulus Apostolus ait de ipso domino Christo, Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae: quia in ipso condita sunt uniuersa, in caelis & in terra, uisibilia & inuisibilia: siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium primogenitus ex mortuis, ut sit ipse in omnibus primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter, & in ipso sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Omnibus ergo sapientia ueri Salomonis antecellit: quia multum distat inter eos qui participatione sapientiae sapientes sunt, & illum qui est fons sapientiae & origo uirtutum. Hinc est illud quod sequitur: [Et erat nominatus in uniuersis gentibus per circuitum.] Quia nomen eius praedicatur in uniuerso mundo: nec est nomen aliud sub caelo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. [Locutus est quoque Salomon tria millia parabolarum, & fuerunt carmina eius quinque millia.] Quid enim per tria millia parabolarum, nisi plenitudo fidei in lege & in euangelij a Christo tradita designatur? Quia dum tota multipliciter per allegoriarum sensus sub mysterio trinitatis distat, quasi tria millia parabolarum nuncupantur. Carmina autem eius quinque millia, per quinque sensus corporis intelliguntur, quos qui in diuersis uirtutibus bene regit, beatus est, & per eos quasi quinque millia domino carminum canit. [Disputauit autem Salomon a cedro usque ad hyssopum.] Cedri nomine, celsitudo gloriae in electis accipitur: Vnde propheta testatur, dicens: Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus quae est in Libano multiplicabit. Hyssopus autem herba est humilis saxo haerens, qua designatur humilitas Christi. Redemptor quippe noster a cedro usque ad hyssopum disputauit: quia ab alta excellentia gloriae caelestis, usque ad carnis humilitatem descendendo peruenit. Siquidem & cedri nomine prauorum superba elatio designatur. Sicut & per Dauid dicitur: Vox domini confringentis cedros. A cedro itaque Christus usque ad hyssopum disputat, quia ipse superbiorum corda, & humillimum iudicat. Super ligna autem disputauit, dum in cruce pependit. Tunc enim in cedro seculi arrogantiam indicauit: Quam etiam usque ad hyssopi humilitatem, id est, usque ad crucis stultitiam, ad contemptibilem sermo

99

99

99

99

99

99

99

Iohan. 5.

Iohan. 5.

Colos. 1.

Actuum. 4.

99

99

Psalm. 91.

Psalm. 28.

1. Corin. 1.

Isaie. 29.

nē deduxit fidei. Hinc Paulus ait: Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, id est, nobis uirtus dei est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et paulo post: Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. [Et disseruit Salomon de iumentis & uolucibus & reptilibus & piscibus.] Disseruit Salomon noster de singulis speciebus animalium: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius: nec est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: ipse nouit omnes cogitationes hominum, ipse numerat multitudines stellarum, ipsi patet abyssus, & infernus non est absconditus coram eo. Quasi enim disputare ipseus est, cum singulorum rationem nobis proponit: & in scripturis suis manifestat sacramenta quae fuerunt abscondita a saeculis & generationibus: ut consideremus beatitudinem angelorum, utilitatem hominum, & calliditatem malignorum spirituum: sicut quod malum est, res probantes: quod bonum est, eligamus: & ipsum sectemur semper inuicem & in omnes. [Et ueniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab uniuersis regibus terrae, qui audiebant sapientiam eius.] Hinc propheta Isaias ait: Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite Ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exiit lex & uerbum domini de Ierusalem.

## Caput V.

**A**edificauit domum domini. Domus domini quam edificauit rex Salomon in Ierusalem, in figuram facta est sanctae uniuersalis ecclesiae, quae a primo electo usque ad ultimum, qui in fine mundi nasciturus est, quotidie per gratiam regis pacifici, sui uidelicet redemptoris, edificatur: quae partim adhuc peregrinat ab illo in terris, partim euasis peregrinandi aerumnis, cum illo iam regnat in caelis: ubi peracto ultimo iudicio, tota est regnatura cum illo. Ad hanc domum pertinent electi angeli, quorum nobis similitudo in futura uita promittitur: dicente domino: Illi autem qui digni habentur saeculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, aequales enim angelis sunt, & filii sunt dei, cum sint filii resurrectionis. Ad hanc pertinet ipse mediator dei & hominum, homo CHRISTVS IESVS, ipso attestante, cum ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod exponens euangelista, subiunxit: hoc autem dicebat de templo corporis sui. Dicit Apostolus de nobis: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si ergo ille templum dei, per assumptam humanitatem, factus est, & nos templum dei per inhabitantem spiritum eius in nobis, efficiuntur: constat utique quia figuram omnium nostrum, & ipsius uidelicet domini, & membrorum eius, quae nos sumus, templum illud materiale tenuit: sed ipseus tanquam lapidis angularis singulariter electi & pretiosi, in fundamento fundati: nostri autem tanquam lapidum uiuorum superaedificatorum, super fundamentum apostolorum & prophetarum, hoc est, super ipsum dominum. Designat eandem dei domum spiritalem, etiam tabernaculum quondam factum in eremo per Moysen. Verum quia illa domus in itinere quo ad terram repromissionis ueniebatur, haec autem edificabatur in ipsa terra repromissionis, & in ciuitate Ierusalem: illa ut de loco ad locum crebro Leuitarum ministerio portata, tandem in terram promissae hereditatis induceretur, haec ut mox in patria ipsa, & in ciuitate regia constructa, inuiolabilis semper fundamento consisteret: donec indicatum sibi futurum caeleste munus impleret. Potest in illa, patris ecclesiae labor & exilium, in hoc futura quies, & beatitudo figurari,

Luc. 10.

Iohannis. 2.

1. Corin. 6.

Vel certe quia illa solis filii Israel, haec autem a profelytis etiam & gentibus facta est. Possunt in illa principaliter patres, & ueteris testamenti antiquus ille dei populus, in hac autem congregata de gentibus ecclesia, figuratim exprimi. Quamuis aedificium utriusque domus enucleatius spiritali sensu, excursum & labores praesentis ecclesiae quotidianos, & praemia in futuro perennia, gaudiaque regni caelestis, & electionem primae de Israel ecclesiae, & salutem omnium gentium, in Christo multis modis ostendatur, insinuare figuris. Narrat autem historia, quia Salomon domum domini aedificaturus, quaesierit auxilium ab Hiram rege Tyri, qui erat amicus Dauid omni tempore, & cum ipso quoque Salomone postquam regno potitus est, pacem habere iam coeperat, promptumque mox ad adiuuandum se in omnibus eius inuenerit amicum: ita ut artifices illi, & ligna & aurum, prout opus habebat, dederit. Cuius beneficii gratia Salomon ei per annos singulos plurimos tritici & olei choros in cibum domui eius dabat. Nulli autem dubitandum quod Salomon, qui interpretatur pacificus, & ipso nomine & serenissimo regni sui statu, illum significet, de quo dixit Isaias: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Hiram uero qui laetate uiuens, credentes ex gentibus & uita simul cum fide gloriosos, figuratim exprimit: Neque aliquid prohibet, quin Hiram, (quia rex erat, regalique potentia Salomonem in aedificio domus domini iuuabat) conuersos ad fidem ipsos rerum dominos typice denuntiet, quorum opera constat, ecclesiam sapienter ad iuuatam, ac nobiliter augmentatam: & contra haereticos, schismaticos, & paganos, principalibus erectam esse decretis. [Perijt ergo Salomon in opere templi auxilium ab Hiram.] Quia cum ueniens in carne dominus, dilectam sibi domum uidelicet ecclesiam, aedificare disponeret, non de Iudaeis tantummodo, uerum etiam de gentibus adiutores elegit: Nam de utroque populo ministros sermonis assumpsit. [Misit Hiram Salomoni praecisa de Libano ligna cedrina & abiegna, quae in domo domini ponerentur.] Quia conuersa gentilitas, misit ad dominum uiros quondam & secundum saeculum claros, sed securi dominicae increpationis, de monte suae superbiae iam deiectos & humiliatos, qui ad normam euangelicae ueritatis instituti, in aedificatione ecclesiae pro suo quicunque merito uel tempore, collocarentur. [Misit etiam artifices.] Quia conuersos ad ueram sapientiam Philosophos, qui gratia eruditionis populis quoque regendis, iure praeponebantur, domino gentilitas obtulit: qualis fuit ipsis apostolorum temporibus Dionysius Aetio pagita, qualis deinceps doctor suauissimus & fortissimus martyr Cyprianus, alique quae plurimi. Misit & aurum quod in eadem penes significatione accipitur, quia nimirum uirum sapientia & ingenio praclaros ostendit: pro quibus cunctis oblationibus gentilitas a domino dona expectat gratia caelestis. Conuenit autem apte rebus ecclesiae, quod auxilium operis sancti, flagitans ait ad Hiram Salomonem: [Praecipe igitur ut praecidant tibi cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis, mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris. Scis enim quomodo non est in populo meo uir, qui nouerit ligna caedere sicut Sidonij. Cum ergo audisset Hiram uerba Salomonis, laetatus est valde, et ait: Benedictus dominus deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum, super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem dicens: Audini quaecumque mandasti mihi. Ego faciam omnem uoluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis. Serui mei deponent ea de libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari usque ad locum quem significaueris mihi, et applicabo ea tibi, et tu tolles ea. Praebebisque necessaria mihi, ut deatur cibus domui meae. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina & ligna abiegna iuxta omnem uoluntatem eius. Salomon autem praebebat Hiram viginti millia choros tritici in cibum domui eius, et viginti choros purissimi olei. Haec tribuebat Salomon Hiram per annos singulos. Dedit quoque dominus sapientiam Salomoni sicut locutus est ei, eratque pax inter Hiram et Salomonem, et percusserunt ambo foedus.] Serui quippe Hiram, qui praecidebant Salomoni cedros de libano, doctores sunt electi de gentibus, quos

Isaie. 9.

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

rum officij est, eos qui in hoc mundo rebus & gloria lætabantur, à superbïæ fastu corrigendo sternere, atq; ad obsequium sui redemptoris, eorum uota transferre. Cum quibus uidelicet seruis, erant & serui Salomonis, ac pariter memorato instabant operi: quia primi doctores ex gentibus necesse habebant ipsorum apostolorum, qui à domino didicerant, eruditione in uerbo fidei instituti: ne si absq; magistris docere inciperent, magistri existerent erroris. Idcirco etenim Salomon seruos Hiram cedere sibi uoluit ligna de libano, quia doctiores erant seruis suis ad cædendum. Sed idcirco etiam seruos suos simul adesse uoluit, ut ostenderent cadentibus cuius mensuræ ligna fieri deberent. Cuius rei figura in promptu est: Quia nimirum apostoli certius uerbum euangelij, quod à domino audire nouerunt, sed gentiles ab errore conuersi, atq; ad ueritatem euangelij transformati, melius ipsos gentium errores nouerant. Et quo certius nouerunt, eo artificiosius, hos expugnare atq; euacuare didicerunt. [Elegitq; rex Salomon operarios de omni Israhel, et erat inditio triginta millia uirorum. Vittebatq; eos in libanum decem millia, per menses singulos uicissim, ita ut duobus mēibus essent in domibus suis.] Vbi primo notandum, quod non frustra Salomon operarios de omni Israhel elegit, neq; erat ulla portio populi, de qua non digni tanto opere uiri assumerentur. Quia nimirum nō nunc de una stirpe Aaron sacerdotis eligendi, sed de omni sunt ecclesia quærendi, qui ædificare domum domini uel exemplo suo uel dicto sufficiant; & ubicunq; inuenti fuerint, mox in officium doctorum absq; ulla personarum acceptiōe promouēdi. Tales qui cum ad erudiendos infideles in collegium ecclesiæ uocandos ordinantur, quasi ad cædendas in libano templi materias, uiri strenui atq; electi mittuntur. Et quidem numerus triginta millium, quo idem lignorum cæsores recensebantur, potest ad eorum figuram apte referri, qui in fide sanctæ trinitatis sunt perfecti, quod doctoribus maxime congruit. Verū quia triginta millia ita erant ordinata, ut dena millia per menses singulos operi instarent, magis denarij numeri sacramentum perpendere debemus. Dena namq; millia uirorum de Israhel ad cædenda ligna in opus domus domini mittuntur, quia quicunq; doctores atq; insipientium eruditores sunt ordinandi, decem præcepta legis per omnia & ipsi obseruare, & auditoribus suis debet obseruanda mōstrare, sed & præmia in cælis futura, quæ denario solent figurari, & ipsi sperare, & auditoribus suis speranda debet semper intimare. Terni autem menses, quorum distantia singulis erat lignorum cæsoribus imposita, perfectionem trium uirtutum euangelicarum typice denuntiat: eleemosynæ uidelicet orationis, & ieiunij. Per eleemosynam namq; comprehenduntur omnia quæ ad dilectionem proximi explendam beneuole in fratres operamur. Per orationem, omnia quibus per internam compunctionem nostro conditori coniungimur. Per ieiunium, omnia quibus nos à contagiōe uitiorum, & illecebris seculi obseruamus, ut libera mente, & corpore casto, dilectioni ualeamus inharere semper nostri conditoris & proximi. Et isti sunt tres menses operariorum templi: Nam quia mensis plenitudine dierum lunaris circuli perficitur, recte per illum plenitudo uirtutis cuiusq; spiritalis ostenditur, in qua mens fidelium à domino quotidiana illustratio, quasi luna à sole respicitur. Vnus uero mensis quo ligna ad opus templi cædebant, eleemosyna est, id est, opus misericordiæ, quæ erga salutem proximi, ut in unitatē sanctæ ecclesiæ bene proficiendo perueniant, docendo, castigando, temporalia cōmoda impendendo, uitæ exempla monstrando laboramus. Duo autem reliqui menses, quibus in domibus suis manere, ac suis necessitatibus sunt uacare permitti, oratio est & ieiunij, quibus præter ea quæ erga necessitatē fratrum foris operamur, nostræ salutis propriæ curam intus cōuersi ad dominum mente gerimus. Et quomodo illi solum perfecte uel suæ uel fraternæ salutis curam gerunt, qui se in tuitione di-

uinæ gratiæ humiliter subdunt, recte sequitur: [Et Adoniram erat super huiuscemodi inductionem.] Adoniram quippe qui latine dicitur, dominus meus excelsus; quem melius quam ipsum quem nomine imitatur insinuat, dominum uidelicet saluatorem. Et tunc Adoniram operarij templi præponitur, ut sua prouisione rite ordinet, quibus mensibus singulis ad operandum exeant, quibus denuo ad curandam domum suam redeant, cum dominus & saluator noster mentes sanctorum prædicatorum, sua familiarius illustratione informat ad discernendum, quando oporteat ædificandi ecclesiam opus inire, prædicando uel alia pietatis officia præstando, & quando rursus conueniat ad suam ipsorum conscientiam examinandam, quasi ad inspiciendam domum suam reuerti, & hanc orationibus ac ieiunijs, superno inspectore ac uisitato, dignam reddere. [Fuerunt itaq; Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, et octoginta latomorum in monte absque præpositis, qui præerant singulis operibus, numero trium millium trecentorum præcipientium populo, et his qui faciebant opus.] Latomi dicuntur lapidum cæsores; idem autem lapidum cæsores, quod & lignorum cæsores figurate designant, hoc est, sanctos prædicatorum, qui mentes insipientium dolabra uerbi dei exercent, eos que ab ea qua nati sunt torritudine ac deformitate transmutare contendunt, ac regulariter institutos unitate fidelium, adificationi uidelicet domus dei aptos reddere curant. Quod autem & ligna & lapides in monte cæduntur, & cæsa ac præparata, utraq; materies ad montem domus domini transfertur; patet sensus, quod omnes in monte superbïæ nati sumus, quicunq; autem gratia dei præordinati sumus ad uitam, excidimur catechizando & sacramēta fidei percipiēdo de monte superbïæ, & in montem domus domini transferimur: quia cruti de potestate tenebrarum ad arcem uirtutum, quæ est in unitate sanctæ ecclesiæ perueniemus. Notandum autem, quod idem operarij ita erant distributi, ut pars in monte lapides cæderent, pars item onera portarent. Diuersa namq; sunt dona spiritus, & quidam maiorem dicendi ac proteruos arguēdi, constantiam habent; quidam mitiores ad consolandos pusillanimes & infirmos subleuandos existunt; quidam utriusque uirtutis munere præditi, ad opus domus domini conueniunt. Quales fieri uoluit eos quibus loquitur Apostolus, dicens: Corripite inquietos, confortamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Præpositi autem qui præerant singulis operibus, ipsi sunt sacræ conditores scripturæ, quorum magisterio in omnibus erudimur, quomodo inficos docere & contemptores corripere, quomodo nos inuicem onera nostra portare, ut impleamus legem CHRISTI, conueniat. Recte præfati operarij septuaginta millia, & octoginta millia esse perhibentur. Septuaginta millia uidelicet propter sabbatissimum animarum; septimus enim dies in sabbatum, id est, requiem consecratus est. Octoginta millia propter spem resurrectionis, quæ octaua die, id est, post sabbatum in domino præcessit, & in nobis quoq; octaua die simul & octaua ætate futura speratur. Præpositi autem erant tria millia trecenti, propter fidem nimiam sanctæ trinitatis, quam per sancta nobis eloquia prædicant. Quod uero pro tribus millibus trecentis præpositis, in libro Paralipomenon tria millia sexcenti sunt scripti, ad eandem prorsus sublimitium uiuorum perfectionem respicit. Nam quia in senario numero, dominus mundi ornatum compleuit, recte in eo perfecta bonorum solent opera figurari. Et quia sancta scriptura cum fide ueritatis, opera iustitiæ docet habenda, recte præpositi operum templi tria millia & sexcenti fuisse perhibentur. Nec prætereūdum quod hæc septuaginta millia & octoginta millia portantium onera, & latomorum cum præpositis suis, nō fuere de Israhel, sed de profelytis, id est, aduenis qui morabantur intus eos. Scriptum namq; est in libro Paralip. Numerauit igitur Salomon omnes uiros profelytos, qui erant in terra Israhel, post dinumerationē quam dinumerauit Dauid pater eius,

& inuenti sunt centum quinquagintatria millia & sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus caederent: tria autem millia & sexcentos praepositos operum populi &c. Profelyti autem uocabantur graece, qui ex alijs nationibus progeniti, in fidem & consortium populi dei, accepta circuncisione, transferunt. Fuerunt itaque operarii domus domini de filijs Israel, fuerunt de pelytis, fuerunt de gentibus. De filijs uidelicet Israel triginta millia eorum quae ad praedendas de Libano cedros missi sunt. De pelytis istis, de quibus nunc locuti sumus, lapidum caesores. De gentibus, Hiram ipse & serui eius, qui cum seruis Salomonis ligna caedebant de Libano. Omne igitur hominum genus per quos aedificanda erat ecclesia, in aedificatione templi praecessit. Iudaei namque & profelyti, & gentiles conuersi ad ueritatem euangelij, unam eandemque CHRISTI ecclesiam, siue recte uiuendo, siue etiam docendo construunt. [Praecipitque rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, et quadrarent eos.] Fundamentum templi nullum est aliud intelligendum mystice, quam illud quod ostendit Apostolus, dicens: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, qui est CHRISTVS IESVS. Qui propterea fundamentum domus domini potest recte uocari, quia (sicut ait Petrus) non est aliud sub caelo datum nomen hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In quod fundamentum lapides grandes & pretiosi tolluntur, cum praecipui factis ac sanctitate uiri, familiari mentis sanctitate suo adherent conditori, ut quo firmitus in illo spem suam ponunt, eo fortius aliorum uitam dirigere (quod est latitudinem parietis portare) sufficiunt. Lapidem ergo qui in fundamentum templi ad portandum aedificium omne ponebatur, proprie sunt prophetae & apostoli, qui uerbum & sacramenta ueritatis, siue uisibilibus, siue inuisibiliter ab ipsa dei sapientia perceperunt. Qui bene lapides primo quadrati ac sic in fundamentum poni iubentur. Quadratum namque omne, quocumque uertitur, firmum stare consuevit. Cui nimirum figurae corda assimilantur electorum, quae ita in fidei firmitate consistere didicerunt, ut nulla occurrentium rerum aduersitate, nec ipsa etiam morte a sui rectitudine possint status inclinari. [Quos dolauerunt cementarii Salomonis, & cementarii Hiram.] Dolantur namque lapides pretiosi, cum electi quique praecedentium sanctorum instructione & instantia, quicquid in se habent noxium & inane relinquunt: atque ante conspectum sui creatoris, solam iustitiae sibi iustitiae regulam, quasi stabilem quadraturae formam ostendunt. Dolauerunt autem hos lapides, non solum cementarii Salomonis, sed & cementarii Hiram, quia ex utroque populo doctores fuere sanctae ecclesiae. [Socro Siblij praeparauerunt ligna et lapides ad aedificandam domum.] Giblos est ciuitas Phoenicis, cuius meminit Iezechiel, dicens: Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui, senes Giblij & prudentes eius &c. Pro qua in Hebraeo continetur, Gobel, siue Iabal, quod interpretatur definiens, siue determinans: quod uocabulum apte conuenit eis, qui corda hominum ad aedificium spirituale, quod ex uirtutibus animae constituitur, parant. Sic etenim solummodo suos auditores fidem & opera iustitiae docere sufficiunt, dum ipsi prius sacris paginis edocti diligenter quae sit fides tenenda, quo uirtutum calle, incedendum certa definitione ueritatis didicerint. Nam frustra officium sibi doctoris usurpat, qui discretionem catholicae fidei ignorat. Neque sanctuarium domini, sed ruinam sibi aedificant, qui docere alios regulam, quam ipsi non didicerunt, conantur. In aedificanda ergo domo dei, primo sunt ligna & lapides caedendi de monte: quia eos quos in fide ueritatis instituere quaerimus, primo necesse est, ut abrenuntiare diabolo, ac de sorte primae praeruaricationis, in qua nati sunt, doceamus renascendo erui. Denique quaerendi sunt lapides pretiosi & grandes, atque in fundamentum templi ponendi, ut meminerimus abdicata conuersatione priori, eorum in omnibus uitam moresque inspicere, eos nostris auditoribus imitandos proponere, quos per uirtutem humilitatis spe-

cialiter domino adherere nouerimus. Addendus est in altum paries operum bonorum, & quasi superimpositis sibi inuicem ordinibus lapidum, ambulandum est ac proficiendum de uirtute in uirtute. Vel certe lapides fundamento grandes, pretiosi & quadrati, primi sunt (ut supra diximus) ecclesiae: magistrum, qui ab ipso domino uerbum audire salutis. Superpositi autem rem lapides ordinum siue lignorum, sequentes sunt suo quique tempore sacerdotes ac doctores, quorum uel praedicatione ac ministerio, fabricatur ecclesia, uel ordinatur uirtutibus. Quales autem colore fuerint lapides quibus factum est templum, in libro Paralitipomae non aperte declaratum est, dicente Dauid ad Salomonem, cum ei impensas templi, quas praeparauerat ostenderet: Omnem pretiosum lapidem & marmor parium abundantissime me praeparauit. Marmor autem parium, marmor candidum dicitur: quale eadem insula gignere consuevit. Vnde Poeta de illa:

Olearon niueamque Paron, sparsasque per aequor  
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.

1.P.41.25

Virg. 8. Aeneid.

Niueam ergo Paron dicitur, eo quod candidissimi marmor generis mittat. Est autem una de Cycladibus, quo uidelicet lapide, templum fuisse factum, & Iosephus insinuat, dicens: Eleuauit itaque templum usque ad cameram, ex lapide albo constructum. Altitudo fuit sexaginta cubitorum, &c. Nec mysterij sensus in abdito est, cuius etiam patet, quia marmor candidum, ex quo domus domini constructa est, misericordiam electorum actionem simul & conscientiam ab omni nauo corruptionis castigatam designat. Quales esse uoluit sapiens ille architectus, eos quos super fundamentum Christi locabat lapides pretiosos, auro argentoque redimitos. Charissimi, inquit, mundemus nos ab omni iniquitamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei.

2. Corint. 7.

## Caput VI.

Factum est igitur quadragesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zio, ipse est mensis secundus regis Salomonis super Israel, aedificare cepit domum domino. Quod dicitur, in anno quarto, mense Zio, ipse est enim mensis secundus regis Salomonis super Israel. Ordo sensus est, in anno quarto regis Salomonis super Israel, mense Zio, ipse est mensis secundus. Menssem autem secundum Maium dicit: namque Aprilis quo pascha celebrabatur principium mensium, apud Hebraeos primus erat in mensibus anni. Ex quo manifeste patet, quia mox peracto pascha, cepit aedificare domum domino, & consecratus mystica solennitate populus, manus ad mysticum opus misit. Fit autem commemoratio egressionis ex Aegypto, quando tabernaculum aedificari coeptum est: ut admoneatur lector, quot annorum tempus, inter aedificationem utriusque domus transierit, & huius quoque summam temporis, sacramentum inesse spirituale cognoscat. Quater namque centeni, & uiceni, quadringentos & octoginta faciunt. Quatuor autem euangelicae perfectioni apte conueniunt, propter ipsum euangelistarum numerum: centum uiginti, legalis doctrinae, propter annos legislatoris totidem. In quo etiam numero uirorum, gratiam sancti spiritus primitiua suscepit ecclesia: patenter ostendens, quia qui lege legitime utuntur, id est, qui Christi in ea gratia cognoscentes amplectuntur, iure spiritus eius gratia repleantur, quia in charitate eius amplius ignescunt. Diximus autem per tabernaculum quod fecit Moyses & filij Israel in deserto, synagogam: per templum uero, quod Salomon & filij Israel cum profelytorum & gentium auxilio construxit, ecclesiam gentium posse designari. Permauit autem cultus & religio tabernaculi annos quadringentos & octoginta, ac sic ab eo templum aedificari incipit, Quod autem quarto anno regis Salomonis aed-

02  
02  
02



ficari cepta est domus domini: potest ad eos referri mystice, quod post expletam dispensationem dominicæ incarnationis, quæ in quatuor euangelij libris scripta est, missio de cælis spiritu sancto, ecclesiæ structura cœperit. Et quod mense secundo cepta est, potest ad electionem gentium, quæ secundo loco post Israel aedificationem in se sui suscipere creatoris. Vnde & secundus mensis in lege concessus est ad faciendum pascha, quia immundi super animam hominis uel in uia procul positi ad faciendū in primo mense pascha, occurrere nequirent. Vbi nos apertissime designati sumus, qui immundi sumus per mortem animæ nostræ, & procul adhuc positi à populo dei, non potuimus primum pascha facere, quod in carne & sanguine agni fiebat. Celebramus autem hodie pascha, secundum, quod in corpore & sanguine redemptoris nostri, à quo quæsitū & mundatū sumus, actum est. In quo autem loco templum sit aedificatum, manifestius in libro Paralipomenon ostenditur, ubi scriptum est: Et cœpit Salomon aedificare domum domini in Ierusalem, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in arca Ornan Iebusæi. Aedificatur ergo domus domini in Ierusalem hoc est, in uisione pacis; qua dilatata per totum orbem ecclesia in una eademq; fide, & ueritatis catholica societate consistit. Namq; in scissura mentium, deus non est; sed factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Aedificatur in monte, uidelicet in ipso domino saluatore, de quo Isaias ait: Et erit in nouissimis diebus preparatus domus domini in uertice montium. Et ipse de se in euangelio: Non potest (inquit) ciuitas abscondi super montem posita. Ipse est enim mons montium, qui de terra quidem per originē, assumptæ carnis ortus est; sed omnium terrigenarum potentiam ac sanctitatem singulari culmine dignitatis transcendit. In quo nimirum monte ciuitas, siue domus domini, cōstructa est: quia nisi Sion in illo radicem figat, spes & fides nostra nulla est. Qui recte mons Moria, id est, uisionis uocatur: quia electos suos quos ad aternam suæ claritatis uisionem conseruat, in hac interim uita laborantes uidere & adiuuare dignatur. Qui demonstratus fuerat Dauid patri eius. Ostensus namq; erat Dauid sicut & cæteris prophetis, uerturus in carne dominus; Bene idem locus arca erat Ornan Iebusæi, quia & ecclesia arca solet uocabulo designari, dicente Iohanne de domino: Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam. Ornan qui interpretatur illuminatus, & erat natione Iebusæus, natione quidem gentiles significat: Hos autem eosdem illustrandos à domino, atque in filios ecclesiæ commutandos ostendit: quibus merito dicit Apostolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Iebus eadem est ciuitas, quæ & Ierusalem. Et Iebus quidem interpretatur conculcata: Ierusalem autem pacis uisio. In qua quamdiu Ornan gentilis regnabat, Iebus dicta est, etiam cum in ea Dauid locum hoc locauit emerit: cum uero Salomon in ea templum domino aedificaret, non iam Iebus, sed Ierusalem uocata est. Quia nimirum gentilitas quamdiu diuini cultus nescia perdurabat, cōculcabatur & illudebatur ab immundis spiritibus: ad simulacra muta prout dicebatur, sequens. Cum uero illam gratiam sui conditoris respexit, cōtinuo pacis in se & locum inuenit, & nomen. [Domus autem quam aedificabat rex Salomon dño, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, et triginta cubitos in altitudine. Longitudo domus, longanimitatē designat ecclesiæ, quia in exilio pegrinatōis huius, patient aduersa quæq; tolerat, donec ad patriam quam expectat, perueniat. Latitudo insinuat charitatem, qua dilatatio sinu mentis, non solum amicos in deo, sed & inimicos diligere gaudet propter deum: donec ueniat tempus, quando siue ad pacem suam conuersis, siue funditus omnibus extinctis inimicis, cum solis gaudeat amicis in deo. Altitudo, spem denūtiat futuræ retributionis, cuius intuitu libentē infima quæq; siue quæ demulcēt, siue quæ aduersant contemnit; usq; dñi utriq; transcēsis, sola mereat uidere bona dñi, in terra uiuentiū. Vbi notandū q; triginta cubiti altitudinis, nō usq; ad tectum tēpli,

2. Paralip.

Psal. 75.  
Isaia. 2.  
Matth. 5

Marci. 3.

Ephesi. 5.

33

33

33

sed usq; ad cœnaculum inferius pertingebant. Namq; in lib. Paralipomenon aperte scriptum est, quod altitudo centum uiginti cubitorum erat. De quo post hæc dicturi sumus. [Porticus erat ante templum uiginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.] Templum namq; erat conuersum ad orientem, sicut & tabernaculum. Habebat que ostium porticus ab oriente, contra ostium templi, iuxta quod historicus Iudæorū Iosephus apertissime docet: ita ut sol æquinoctialis orientis, directis radiorum suorum lineis, per ostia tria porticus uidelicet, & templi & oraculi, arcam testamenti perfundere posset. Quia uero templum sanctam ecclesiam designat, porticus quæ erat ante templum, & propior lucem solis accipere solebat, quid apertius quam illam eius partem, quæ dominicæ incarnationis tempora præcessit, typice denuntiat: In qua sunt patriarchæ & propheta, qui orientem huius mundi solem iustitiæ primi susceperunt, & nascenti in carne domino testimonium, siue uiuendo, siue prædicando, siue nascendo, siue etiam moriendo præbuerunt. Ostium uero templi, dominus est: quia nemo uenit ad patrem, nisi per ipsum. Et sicut alibi dicitur: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Ostium porticus, sermo est propheticus, qui quasi recto calle ingredientem, in ostium templi perducebat: quia gratiam domini saluatoris qua mundum erat redempturus, aperte prædicabat. Factura ergo porticus tota, fideles illius temporis significat. Ostium uero in porticu, doctores qui cæteris lucem uitæ ianuamq; intrandi ad dominum pandebant, exprimit. Et bene unum ostium propter consonam in omnibus sanctis fidem, ac dilectionē ueritatis. Quæ uidelicet porticus, iuxta latitudinem templi uiginti cubitis longa erat, quia nimirum antiqui iusti per longanimitatem deuotæ mentis, desiderabant uenire ad dilatationem ecclesiæ, in charitate dei, quæ est in Christo domino nostro. [Fecitq; in templo fenestras obliquas.] Fenestree templi, doctores sancti sunt & spirituales quiq; in ecclesia, quibus mente excedētib; deo arcana secretorum cælestium specialius cæteris uidere conceditur. Qui, dum ea quæ in occulto uident, publice fidelibus pandūt: quasi suscepto lumine solis, fenestree iuncta templi penetralia replent. Vnde bene eadem fenestree obliquæ, id est intus latiores fuisse perhibentur: quia nimirum necesse est, ut quisquis iubar supernæ contemplationis uel ad momentum perceperit, mox sinum cordis amplius castigando dilatet, atque ad maiora capeſſenda solerti exercitatione, se præparet. [Et aedificauit super parietem templi, tabulata per gyrum in parietibus domus, per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod supererat, quinque cubitos habebat latitudinis; et medium tabulatum, sex cubitorum latitudinis; & tertium tabulatum, septem habens cubitos latitudinis.] Hæc tabulata in euangelio ubi dominus tentatur à diabolo, pinnacula templi uocantur. Sed & Iacobum fratrem domini apostolum, in pinnaculum templi, unde ad populum concionaretur, leuatum esse legimus. Vtrum autem moris fuerit doctoribus, ut his sedentes tabulatis ad circumstantem inferius turbam fecerint sermonem, nisi quam scriptum inuenimus. Patet uero ratio sacramenti, quia tabulata hæc tria totidem fidelium gradus, coniugatorum uidelicet, continentium, & uirginum designant, distinctos quidem altitudine professionis, sed societate fidei, & ueritatis eiusdem, omnes ad domum domini pertinentes, eiq; fixa mente inhærentes. Vbi pulchre dicitur, quia tabulatum quod supererat quinque cubitos habebat latitudinis, medium sex, tertium septem. Superpernum ergo tabulatum erat cæteris angustius, medium superno latius, sed infimo erat factum angustius. Quia nimirum altior professio uirtutis, arctiorem debet uitam tenere uiuēdi. Singula autem tabulata, habebant in circuitu latera, id est turrículas, ne facile quæ in eisdem tabulatis consistens siue residens, posset ad inferiora decidere: quod Ochoziæ regi contigisse in Samaria, legimus. Quæ nimirum latera non incōgrue, quotidiana diuinæ protectionis erga nos munimina, designant. De quibus Psalmista: Immittet (inquit) angelum dñs, in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Ascendit quidem in cœnaculū Ochoziæ rex Samariæ, qui se à domo Dauid sepauerat, sed per cancellos decidit. Quia & si hæretici, siue schismatici, aliquam bonæ actionis arcem conscendere uidentur, quia tunc

Ioban. 14.  
Ioban. 10.

33

33

33

33

33

compagem ecclesiasticæ unitatis non habent, quasi patentibus & non solidis lateribus præfidijs, semper ad uitiorum infima relabuntur, dum diuino destituti auxilio, suæ pertinaciæ factu intereunt, Quæ autem arte præfata tabulata parietibus templi sunt affixa, declaratur cum subditur, [Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hærent muris templi.] Trabes ergo quæ intrinsecus domum muniebant & ornabant, tantæ erant longitudinis, ut capita eorum forinsecus prominere. In infimo quidem ordine cubitorum septem, in medio sex, in supremo quinq; atq; in eisdem capitibus, earum tabulata componerentur, nequaquam muris templi infixæ, sed iuxta muros trabibus, quæ de muris exierant, superposita. Quid itaq; per trabes domus, quæ tabulata portabant, nisi prædicatores sancti sunt typice designati, qui dum ipsi sublimes atq; honorabilem in ecclesiâ dei locum tenent, infirmiores quosq; ac fragiles, suis prædicationibus ab infirmorum appetitu sustollunt, atq; ad cælestia desideranda ac speranda suspendunt: suis etiam intercessionibus, ut inceptis persistant, adiuuant. Legimus autem in libro Paralipomenon, quod trabes templi, sicut & cætera eius interiora, fuerint auro uestita. Quod ita factum esse non dubium est, ut illæ trabium partes, quæ intus in templo erant, aureis essent laminis tectæ. Quæ uero foris apparebant, hæc minime deaurata, ipsam cedri speciem formamq; cunctis ostenderent, in qua tamen imposita sibi tabulata, gestabat. Quod ergo extrinsecus eminebat trabium, uitam sanctorum quæ nobis in terris innotescere potuit, designat. Quod intus in templo deauratum fulgebat, claritatem illam qua in cælesti patria, in aspectu sui gaudent creatoris, figurate denuntiat. [Domus autem cum ædificaretur, lapidibus de dolatis atq; perfectis, ædificata est, & malleus & securus & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur.] Hæc ad illam ecclesiæ partem, quæ post huius seculi labores & certamina, ad æterna præmia meruit introduci, propriæ pertinet. Ibi etenim perfecti solummodo, & immaculati atq; ab omni labe iniquitatis castigati, ingrediuntur. Non enim intrat in illam ciuitatem aliquid coinquinarum, facies abominacionem & mendacium: sicut in Apocalypsi scripsit Iohannes. [Vbi malleus & securus, & omne ferramentum non auditur. Quia hic mundum aduersitatibus, & disciplinæ ueritatis exercemur, ut illic locis iuxta meritum congruis disponamur, & castigatione cessante, solo amoris glutino (quo ad inuicem copulemur) uno impleri spiritu pfundamur.] Ostium lateris medijs, in pariete erat domus dextræ, & per cochleas ascendebant in medium cœnaculum, & a medio in tertium. [Quidam hunc locum male intelligentes, putant ostium templi à meridie fuisse, non attendentes, quia si hoc significare uoluisset, scriptura non ita diceret: Ostium lateris medijs, in parte erat domus dextræ.] sed ita potius simpliciter: & habebat domus, ostium ad meridiem. Nunc autem longe aliud significat: Pars namq; domus dextræ, latus templi meridianum dicitur, in cuius parte orientale ostium erat in ipso angulo factum iuxta terram, in quod introeunt, statim ad altiora gradatim ascendebant. Habentes uiam ascensus per ipsa parietis interiora, donec ascenderent ad medium cœnaculum, & à medio peruenirent ad tertium. Nec dubitandum, quam libet hoc scriptura non dicat: quia sic ascendentes creberrimas habebant à meridie fenestras, quarum luce per omnia, & sine offensione iter agerent: qui nimirum locus, proprie ad corpus dominicum quod de uirgine sumpsit, respicit. Ostium namq; lateris medijs, in parte erat domus dextræ, quia defuncto in cruce domino, unus militum lancea latus eius aperuit. Et bene in parte domus dextræ, quia ad dextrum eius, latus à milite apertum, sancta credit ecclesiâ. Vbi apto etiam uerbo usus est euangelista, ut nō diceret, percussit latus eius, aut uulnerauit, sed aperuit, uidelicet quasi ostium lateris medijs, per quod nobis iter ad cælestia panderetur. Deniq; ita subiunxit: Et continuo exiuit sanguis & aqua. Aqua scilicet, quo abluimur in baptismo, & sanguis quo consecramur in calice sancto. Per hoc namq; ostium nobis est ascensus in medium cœnaculum, & à medio in tertium, quia per fidem & mysteria nostri redemptoris, de præsentis ecclesiæ conuersatione, ad requiem animarum post mortem ascendimus, rursumq; de requie animarum (adueniente die iudicij) ad immortalitatem quoq; corporum, quasi in tertium cœnaculum, sub

limiori profectu penetrabimus, ex quo in magna amborum, & corporis uidelicet & animæ beatitudine, perpetuo uiuamus. Quo quidem iter inuisibile agebat, ita ut soli hoc qui intrauerant nosset, quamuis ipsum ostium etiam foris positi uideret; quia nimirum actus in hoc seculo, & celebrationes sacramentorum, etiam reprobi possunt intueri, uerum arcana fidei intimæ, gratiam dilectionis, nullus (nisi qui per hæc domino duce ad cælestia scandit) agnoscit. Qui enim dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Notandum sane, quod triginta cubiti altitudinis, de quibus supra legitur, usq; ad medium cœnaculum addebatur, quousq; porticus quæ erat circa templum ab austro, & aquilone, & occasu, tectum perueniebat: ut Iosepho narrante didicimus. Deniq; usq; ad supremum templi tectum, alij sexaginta cubiti numerabant, & sic tota altitudo domus iuxta librum Paralipomenon, in centum uiginti cubitos consummata est. Porticus quoq; quæ erat ante frōtem templi ad orientem, iuxta fidem præfati uoluminis, eandem cubitorum summam in altitudine habebat: qui uidelicet liber, illas de quibus prædicimus porticus circa templum, cellaria uocat & cubacula. Dedit autem (inquit) David Salomoni filio suo descriptionem porticus templi, & cellariorum & cœnaculi & cubiculorum in abditijs, & domus propitiacionis. Vbi etiam exteriorum domorum, quæ erant extra atrium sacerdotum in circuitu templi, fecit mentionem, cum protinus adiūxit: Necnon & omnium quæ cogitauerat, atriorum & exedrarum per circuitum, in thesauris domus domini, & in thesauris sanctorum. Quod autem omnis altitudo templi centum uiginti fuit cubitorum, ad idem sacramentum respicit. Quod ex primitiua Ierosolymis ecclesiâ, post passionem, resurrectionem, & ascensionem domini in calos, in hoc numero uitorum, gratiam spiritus sancti accepit. Quindecim namq; quæ ex septem & octo constant, solent nonnunquam ad significationem referri uitæ, quæ nunc in sacro baptismo geritur animarum fidelium: perficietur autem in fine seculi, resurrectione corporum immortalium. Ipsa autem quindecim, in trigonum ducta, id est cum omnibus suis partibus annumerata, centum uiginti efficiunt: quapropter apte numero cœtenario & uicenario, magna cœtorum beatitudo in futura uita designatur. Aptè etiam in hoc tertium domus domini cœnaculum consummatur: quia post præsentis fidelium labores, post acceptam in futuro requiem animarum, plena totius ecclesiæ felicitas, in resurrectionis gloria completur. [Et ædificauit domum, & consummauit eam. Texit quoq; domum laquearibus cedrinis.] Laquearia quid sunt? Laquearia sunt tabulata, quæ magno decore composita & ornata, ab inferiore parte trabibus affigunt: & quia ter gemina altitudinis domus domini facta erat, terena nimirum habebat laquearia. Quid autem aptius per laquearia, quam doctrina cunctis in exemplo proposita, quasi longius in alto præeminet, quosq; suis intercessionibus & exhortationibus animos infirmorum, ne in tentationibus deficiant, protegent. Quæ nimirum laquearia, recte cedrina esse describuntur. Cedrus namq; arbor est imputribilis omnino natura, odoris iucundi, aspectus nitidi, serpentes accensa nidore fugans ac perimens. Quæ uniuersa perfectis quibusq; conueniunt, quorum insuperabilis est patientia, fama uirtutum eximia, præsentia cunctis gratissima, in bonis autoritas, ad reuincendos, confutandosq; eos, qui ueritati resistunt, constantissima: qui & in hac uita & in futura, singulari præ cæteris sanctis eminentia, fulgent. [Et ædificauit tabulatum super omnem domum, quinq; cubitis altitudinis.] Loriculas significat, quæ in supremo domus tecto per circuitum erant factæ, ne quis ad altiora perueniens, reperiretur ad ima: quod in omni domo quam quisq; ædificaret, Moyses fieri præcepit: Cum ædificaueris, inquit, domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne fundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio & in præceps ruente. Hæc autem tabulata siue loriculae, supra sunt latera uocata: ubi cum dictum esset, [Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi.] Continuo subiunctum est, [Et fecit latera in circuitu.] In quibus nimirum lateribus, intelleximus diuina esse præsidia designata, quæ nos in hoc adhuc seculo laborantes, ac pro captu nos

1. Ioh. 1. 2

2. Paral. 3. 1

1. Paral. 23

Apoc. 21.

Ioh. 1. 19

33

33

Dante. 2. 2

33

33

stro ad superiora nitentes, quotidie ne deficiamus adiuuant. Bene autem hoc supremum tabulatum, in recto domus domini, quinque cubitis altum esse memoratur, quia nimirum ita nos in illa patria, diuinæ præsentiae claritas adimplet, ut nihil aliud uisus noster, nihil auditus, nihil olfactus, nihil gustus, nihil tactus dulce habeat, nisi diligere dominum deum nostrum ex toto corde, tota anima, tota uirtute diligere, & proximum tanquam nosmetipsum, [Et operuit domum lignis cedrinis.] Supremum ipsum domus rectum dicitur, id est, tabulatum illud, quod supremis trabibus superpositum erat. Non enim habebat templum culmen in superioribus, sicut nec tabernaculum, sed erat æquale: quomodo omnibus in Palaestina & Aegypto domus ædificantibus, facere moris est. Id ipsum autem hoc tabulatum, quo operta est domus: quod & laquearia designat, id est, eximios quosque in resurrectionis gloria uiros, & singulari sanctitate, ad ipsum uirtutis apicem peruenientes: de quorum uno dicitur, Inter natos mulierum, non surrexit maior Iohanne baptista, cuius hic compar est magnitudinis scire uisus: audi quid patri ipsius, angelus ait: Et ipse præcedet ante dominum, in spiritu & uirtute Eliæ. [Et ædificauit parietes domus, intrinsecus tabulatis cedrinis, a pavimento domus usque ad summam partem parietum, & usque ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinsecus.] Intrinsecus quidem, domus cedro erat uestita: Nam forinsecus tanto nitore lapis ipse, de quo facta fuerat, fulgebatur, acsi calculo esset candido tecta, luxta sensus uero mysticos, parietes templi, sunt fidelium populi, ex quibus sancta uniuersalis consistit ecclesia, quorum dilatationem per orbem, latitudo designat parietum: spem uero & intentionem omnem ad caelestia erectam, longitudo. Vel certe altitudo parietis, quæ ex ordinibus lapidum super inuicem positis constat, præsentis statum ecclesiae significat, ubi electi super fundamentum Christum omnes ædificati, sibi inuicem in ordine, per temporum curricula succedunt, seseque inuicem portantes, legem Christi, quæ est charitas, adimplent. Dum enim qui nunc a præcedentibus eruditiuntur magistris, rursus ipsi alios erudiunt, quasi super inuicem positis ordinibus, quique lapidum uiuorum in domo dei, sic ab alijs fixa constantia portantur, ut ad portandos alios & ipsi sufficiant, usque ad ultimos qui in fine mundi nascituri sunt iustos: qui quasi in summo domus dei cacumine locati, docentur quidem & portantur ab alijs. Sed quos docent, quorum uel fragilitatem tolerent, ipsi non habent. Qui uidelicet parietes intrinsecus tabulatis cedrinis operiuntur, cum corda fidelium amore uirtutum redundant. Sicut enim cedri natura, perfectos homines (ut supra docuimus) typice denuntiat: ita etiam locis oportunitatis celsitudinem uirtutum, quibus ad eandem perfectionem uenitur, non immerito designat. Teguntur autem omnia lignis a pavimento domus, usque ad summam partem parietum, & usque ad laquearia: cum electi a primis fidei rudimentis, usque ad perfectionem bonæ actionis, & usque ad ingressum patriæ caelestis, a bonis insudare non desistunt operibus: cum a primis iustis usque ad ultimos in consummatione seculi, omnes uirtutibus student, quarum meritis uere ualeant protestari, quia CHRISTI bonus odor fumus, deo in omni loco. [Et texit pauimentum domus tabulis abiegnis.] Hoc quomodo factum sit, plenius in libro Paralipomenon explicatur: ubi scriptum est: Strauit quoque pauimentum templi, pretiosissimo marmore decore multo. Vnde patet quia tabulas abiegnas quibus pauimentum teget, nequaquam in terra posuit, sed primo illud marmore prætexit, ac deinde tabulas marmoris superposuit, ac tertium his duobus auri uestitum superaddidit, ut in sequentibus legitur. Sicut autem latitudo parietis, in altum exurgens, atque usque ad laquearia perueniens, profectus uirtutum quibus electi ad regnum caeleste perueniunt, uel certe ipsos electorum choros, sibi met per tempora uaria succedentes, significat: ita æqualitas pauimenti concorditer eorundem humilitatem, qua in temporali ad huc uita positi, socialiter inuicem charitate distante conuersantur, non immerito demonstrat. Quod uidelicet pauimentum pretiosissimo erat marmore stratum, decore multo. Idemque marmor in hoc tabulis rectum abiegnis, quia nimirum uita iustorum, primo fidei firmitate præmunienda in corde, ac deinde spiritualium uirtutum latitudine, adoranda est in opere: Alioquin quid utilitatis habebat decus marmoris pretiosissimi ligno-

rum tabulis obrectis, si non mystici aliqd tacite signabat: hoc est, bonorum amplitudinem operum, fortitudine fidei intemerata: suffulciendam docebat. Abies uero propter altitudinem sui, & robur diu durabile, mentem electorum infima quæque desideria spernente, & caelestium contemplationi semper intentam, uirtute quoque patientia singulariter excellentem, non incongrue demonstrat. Auri autem laminæ marmoris ac tabulis abiegnis superpositæ, ipsa est latitudo charitatis, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quæ, sicut aurum alijs pretiosius est metallis, ita cæteris eximior uirtutibus, in templo dei singulari luce refulget. [Ædificauit quoque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, a pavimento usque ad superiora: et fecit interiorum domum oculi in sanctum sanctorum.] Posteriorem partem templi, occidentalem dicit: Ab ortu enim solis ingressum habebat templum, & ab occasu domum interiorem, hoc est sanctum sanctorum ingrediebatur. Quod autem tabulata quæ interiorem domum ab exteriori separabant, a pavimento usque ad superiora esse dicuntur ædificata, non usque ad laquearia (quæ triginta cubitis erant in sublime a pavimento suspensa, ut supra iam dictum est.) sed tantum usque ad cubitos uiginti altitudinis, ut in sequentibus aperte legitur, intelligendum est: reliquum uero erat super hæc tabulata apertum & inane usque ad laquearia, cubitorum decem altitudinis, & cubitorum uiginti longitudinis, iuxta latitudinem domus: per quam nimirum ianuam, fumus incensorum de altari thymiamatis, solebat in sancta sanctorum ascendere, atque ad arcam domini operendam penetrare. In qua distinctione domus domini, patet figura mysterij: & a postulo exponente luce clarior est, quia prior domus in quam semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, præfens est ecclesia, ubi quotidie pijs insistentes operibus, domino sacrificia laudis offerimus. Interior uero domus quæ ad posteriorem partem templi erat facta, ipsa est promissa nobis uita in caelis. Exterior quidem hæc conuersatio nostri exilij: interior uero est, quæ in præsentia regis summi, ubi perpes beatorum & angelorum & hominum solennitas agitur. Vnde de ea, benemerito seruo, dicitur: Intra in gaudium domini. Sed hæc posterior est tempore, quia post huius seculi labores, ad illius ingressum perducimur. Tabulata autem quæ utraque domum ab inuicem diuidunt, ipsa sunt claustra caeli, quorum nobis apertione quotidie suspiramus: & quantum dominus donauerit, pia semper instantia, donec aperiantur & intrare liceat, pulsamus. Vbi etsi necdum ante solutionem corporum intrare permittitur, apertam tamen habemus ianuam diuinæ pietatis, qua orationum nostrarum, elemosynarum, ieiuniorum, cæterorumque operum bonorum thymiamata, præmittamus. Hinc est enim quod parietibus cedrinis domus interioris ædificata, ianuam habet in superioribus partem, ubi fumus incensorum intraret, quia oculi domini aperti sunt super domum eius nocte ac die, & aures eius in orationes seruorum suorum intendentes: & hoc per totam latitudinem diffusa per orbem ecclesiae. Altare narium thymiamatis, quod in domo quidem exteriori, sed prope ostium stabat domus interioris, typus fuit perfectorum, qui carne quidem adhuc in mundo retenti, sed omni desiderio sunt ad caelestia suspensi: & uelut incensothure, fumum ascendentes in sancta sanctorum emittunt, quia superno amore flagrant, crebris orationum uocibus, aures sui pulsant autoris. Apertaque late ianua fumus incensorum in superioribus uenit: quia quanto mundiores quique in terris, & quasi uiciniores caelesti patriæ commorantur, tanto citius cuncta quæ poscunt, accipiunt. Bene autem interior domus uiginti cubitis longa facta est, propter mysterium scilicet geminæ dilectionis, (de quo & supra diximus) quæ in hac interim uita ex parte maxima, electorum mentes illustrat: sed in illa patriâ cessantibus aliarum uirtutum operibus, sola perpetuo regnat. [Soro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.] Diximus ipsam templum pro foribus oraculi, præsentis ecclesiae typum gessisse. Vnde recte quadraginta fuit cubitorum, qui numerus sepe in significatione ponit pijs fidelium laboris, quomodo quinquagenarius, in significationem futuræ quietis & pacis. Denario namque numero continentur præcepta, quorum obseruatione ad uitam peruenitur, Denario æque significatur ipsa, quam desi-

deramus & pro qua laboramus, uita perennis. Quadratus uero est mundus, in quo pro  
 acquirenda eadem uita certamus: Vnde Psalmista congregandam ecclesiam de gentibus  
 prauidens, aiebat: De regionibus congregauit eos, a solis ortu & occasu, ab aquilone &  
 mari. [Sed & cedro omnis domus intrinsecus uestiebatur, habens tornaturas suas,  
 et iuncturas subrefectas, et caelaturas eminentes.] Diximus de cedro quod insuperabilem  
 uirtutum uenustatem signaret: quo nimirum ligno omnis domus domini intrinsecus  
 uestiebatur, cum corda iustorum solo honorum operum amore nitescunt. Habetq;  
 domus in tabulis cedrinis tornaturas suas & iuncturas subrefectas, cum idem electi sese ad  
 inuicem pulcherrima charitatis copula, connectuntur: ita ut cum innumera sit multitudo  
 fidelium, unum tamen cor, unam habere animam, pro communis fidei ac dilectionis  
 societate, merito dicantur: Namq; tornaturae, quae iuncturis tabularum apponebantur,  
 ut unum ex omnibus fieret tabulatum, ipsa sunt officia charitatis, quibus ad inuicem fra-  
 ternitas sancta copulatur, atq; in unam CHRISTI domum toto terrarum orbe composi-  
 nitur. Quae etiam domus habet caelaturas eminentes, cum opera uirtutum, sancti nequa-  
 quam occulto tegunt, sed manifesta expressioe foris omnibus quales sint ipsi, quid agant,  
 in exemplum uiuendi proferunt. [Omnia cedrinis tabulis uestiebantur, nec omnino  
 lapis apparere poterat in pariete.] Et lapides parietis siue pauimenti, & tabulae & au-  
 rum, sancto: in ecclesia uitam omnia designant. Sed ea utiq; distinctioe, cum pariter po-  
 nuntur, ut lapides uiui sint sancti, fortitudine fidei in una eademq; regula sibimet adglu-  
 rinati. Tabulae cedrinae siue abiegnae, sunt sancti, latitudine uariarum uirtutum secudum  
 donationes spiritus sancti, in una eademq; fide sibimet alterutrum connexi. Auri laminas  
 sunt sancti super eminentem scientiae charitatem habentes, huiusq; fulgore gratissimo ad  
 inuicem congraudentes: Quae tria beatus Apostolus una sententia complexus est, dicens:  
 Nam in CHRISTO IESU neq; circuncisio aliquid ualet, neq; praeputium: sed fides quae  
 per dilectionem operatur. Fidei namq; inuictae, lapis figuram tenuit. Cedrus actionis  
 odorifera. Aurum, transcendentis omne dilectionis. Vestiturq; lapideus paries, tabulis  
 cedrinis, cum professio fidei bonis ornatur operibus, ne otiosa iudicet esse, aut mortua.  
 Verum quia lex in lapide scripta, doctrina uero euangelij, per lignum est dominicae pas-  
 sionis confirmata: unde & populus ille lapide circuncidebatur in praepotio, nos signo  
 crucis consecramur in fronte. Possunt non incongrue parietes templi lapidei, siue pau-  
 imentum pretiosissimo marmore stratum, eorum qui in lege fideliter ac perfecte uixerunt,  
 typum tenere. Tabulae uero cedrinae siue abiegnae, noui testamenti iustos indicare, qui uo-  
 lentes post dominum uenire, abnegant semetipsos, & sumpta cruce sua quotidie, sequun-  
 tur illum. Et quo utriusq; temporis iustos, communis gloria superna: manet retributio-  
 nis, lapidibus ac lignis pretiosis tertia est species aureae: adiuncta laminarum. Nec con-  
 trarium debet uideri, quod supra diximus, porticum quae erat ante templum, antiquo-  
 rum figuram gestare fidelium: ipsum uero templum, eorum qui post incarnationis do-  
 minicae tempus, in mundum uenerunt. Porro domum interiorum, regni caelestis gaudia,  
 quae utriusq; iustis dantur figurare. Nunc autem dicamus parietes lapideos antiquum dei  
 populum, tabulata cedrina nouum, aureas laminas utriusq; in caelis praemia designare: cum  
 idem parietes templi & in porticu, & in ipso templo, & in sanctis sanctorum parietibus  
 xint modo, de lapidibus & lignis & auro compacti. Multiplex namq; est in diuersis rebus  
 earundem repetitio figurarum. Sed & hoc dicendum, quia fuerunt & in lege & ante scripta lege,  
 plurimi qui legaliter deo deseruirent, non fornicantes, non furti facientes,  
 non falsum testimonium contra proximum loquentes, honorantes patrem & matrem, &  
 diligentes proximos sicut seipsos, hi ad parietes porticus lapideos pertinebant. Fuerunt  
 alij, qui maiori perfectione, relictis mundi negotijs, & assumpta cruce sua, sequebantur  
 dominum: quod Apostolus scribit: Ludibria & uerbera experti, insuper & uincula & car-  
 ceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circumierunt  
 in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Hi  
 q; ante manifestata tempora euangelij, uitam duxere euangelicam, non aliter atq; ante in-

gressum templi, tabulata cedrina in porticu fulgebant. Quos utrosq; quia idem regnum  
 caeleste communiter (quamuis in mansionibus discretis) recipit, quasi porticus temp-  
 li, post lapides & cedrum, intrinsecus est auro cooperta. Sunt in hoc tempore per plures q  
 legalibus contenti praecipis (quae supra commemorauimus) sufficere sibi credunt tantum,  
 si ad uitam uenire mereantur: Sunt alij, qui ad perfectionem non desides, uenditis quae  
 habent omnibus, sequuntur dominum; memores promissi illius, quod talibus in resurre-  
 ctione non solum uitam, sed & specialem praedixit honorem esse tribuendum: Amen dico  
 uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in se-  
 de maiestatis suae, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Is-  
 raël. Hi ad parietem templi albo de lapide factum, illi figuratiter ad cedrina pertinent  
 tabulata: utriq; praemia a domino perpetuae lucis, quasi auri laminas quibus decorentur  
 expectant. Sunt in adytis lapides pretiosi, sunt tabulae, ligni aromatici, utraq; auro coo-  
 perta, quia & illi qui in lege domini immaculati ambulauerant, & qui gratiam euangelij per  
 fecte susceperant, pariter aeterna uita perfruuntur. [Oraculum autem in medio domus  
 in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam sederis domini.] Hoc superius praecur-  
 pando expositum est, quia uidelicet interior domus, secreta patriae caelestis: arca foederis  
 dominum saluatorem: in quo solo foedus pacis apud patrem habemus, designaret: qui  
 post resurrectionem suam ascendens in caelum, carnem quam de uirgine sumplerat, in  
 patris dextera collocauit. [Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & tri-  
 ginta cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis.] Quod dicitur uiginti cubitos  
 altitudinis, parietem significat cedrinam, qui oraculum, id est, sancta sanctorum ab aede  
 exteriori segregabat: sicut & supra diximus. Oraculum uero ubi erat arca, habebat uis-  
 cenos cubitos in longitudine, & latitudine & altitudine, id est, per quadrum: quia in su-  
 perna illa patria ubi regem in decore suo uident oculi sanctorum, sola charitatis diuinae  
 ac fraterna negotia per omnia fulgent: quod sequentibus quoq; uerbis asseritur, cum di-  
 citur: [Et operuit illud atq; uestiuit auro purissimo.] Quod est aperte dicere, quia  
 supernae moenia ciuitatis, gratia charitatis impleuit. [Sed et altare uestiuit cedro.]  
 Altare dicit thymiamatis quod erat ante oraculum. De quo paulo post subinfertur,  
 [Sed et totum altare oraculi texit auro.] Vnde intelligi datur, quod idem altare  
 de lapide quidem fuerit factum, & cedro uestitum, ac deinde auro coopertum, signifi-  
 ficat autem typice perfectorum uitam iustorum, qui quasi in uicinia oraculi sunt posi-  
 ti, quia desertis infimis delectationibus, de solo regni caelestis ingressu, curam omnem  
 impendunt. Vnde bene in hoc altari non carnes uictimarum, sed sola incendebantur thy-  
 miamata, quia tales non adhuc peccata carnis, & illecebras cogitationum in se macula-  
 re opus habent, sed tantum orationum spiritualium & caelestium desideriorum odo-  
 ramenta, per ignem interni amoris in conspectu sui conditoris offerunt. [Domum  
 quoq; ante oraculum uestiuit auro purissimo, et affixit laminas clauis aureis.] Do-  
 mum ante oraculum, praesentis ecclesiae typum tenere diximus, ubi ita redemptoris nos-  
 tri amore flagramus, ut necdum ipsum uidere facie ualeamus ad faciem. Vnde apte do-  
 mus hac auro quidem purissimo cooperta: sed interposito erat medio pariete ab ora-  
 culo secreta. Oraculum namq; uocatur, cum uel diuina hominibus uel angelica allocutio,  
 cum secretorum quorumq; reuelatione conceditur. Vnde bene oraculum in adytis, hoc  
 est in interiori domo factum est, quia superna patria, & angelorum nobis uisio atque al-  
 locutio, & ipsa dei praesentia reuelabitur. Domus ergo ante oraculum, auro tecta est, quia  
 perfecti quicq; iusti in hac uita, ubi necdum palam de patre audire, id est necdum palam  
 patrem uidere queunt, fidem & opus iustitiae diuino ornant amore: per quem plenam  
 dei cognitionem mereantur attingere. Laminas auri quibus operata est domus, operatio-  
 nes sunt multifariae pietatis, quas in obsequium uel sui creatoris, uel fraternae necessita-  
 tis, amor castus exhibet. Clauis aurei quibus erant affixae laminas, ipsa sunt praecipua cha-

ritatis, siue promissa aeternae claritatis, per quam in exercitio studioque uirtutum ne deficiamus, donante CHRISTI gratia, continemur. Vnde bene de eisdem clauis in libro Paralipomenon scriptum est: Sed & clauos fecit aureos, ita ut singuli clauis quinque generos appenderent. Quinquagenario namque numero, solet in scripturis remissio peccatorum, & gratia spiritus sancti, & requies aeterna figurari. Et quinquagenorum erant scilicet clauis singuli, quibus laminae auri affigebantur in parietibus domus domini. Quia nimirum uerba caelestia, quibus in amore bonorum operum proficimus, & conseruamur, ueniam nobis promittunt peccatorum, gratiam sancti spiritus, & sabbaticum in futuro pollicentur aeternum. Et hi quidem sunt clauis dilectionis. Sunt uero alii clauis timoris, quibus incipientes quique & necdum ad perfectionem peruenientes, illecebras uitiorum, carnaliumque uoluptatum mortificant. Illi uidelicet sermones ueritatis, quorum institutione carnem nostram crucifigere cum uitijs & concupiscentijs docemur; quas habere desiderabat Propheta, cum ait: Confige clauis a timore tuo carnes meas, a iudicij enim tuis timui. Qui rursus ad perfectiora perueniens, dicit de clauis dilectionis: Mihi autem adherere deo, bonum est. [Nihilque erat in templo quod non auro regeretur. Sed et totum altare oraculi rexit auro.] Deaurata est quippe porticus ante templum, quia patres ueteris testamenti, deo per charitatem placuerunt. Deauratum est ipsum templum, quia eadem ipsa charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Deaurata est domus interior, quia in superna patria sola charitas regnat. Sed ibi eo uerius & securius, quo praesens ipse deus, qui est charitas, uideretur. Ibi eo certius, quo ipse mediator dei & hominum, qui solus paternorum est conficius secretorum, uelut arca testamenti semper aspicitur. Quod autem coenacula quoque recta sunt auro, ad eundem sensum respicit. Sicut enim interior domus sancta sanctorum ubi erat arca, internam sanctorum uitam in conspectu sui conditoris & redemptoris significabat, iuxta illud Psalmistae: Abscondes eos in abscondito uultus tui, a conturbatione hominum: ita coenacula in alto, eandem uitam, hoc est in caelis esse, & non in hoc mundo designat, dicente Apostolo: Quae sursum sunt quaerite, ubi CHRISTVS est in dextera dei sedens. Quae sursum sunt sapite, non quae super terram. [Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis.] Cherubim sicut propheta Iezechiel aperte declarat, angelicae dignitatis uocabulum est: numeroque singulari Cherub dicitur, plurali Cherubim. Vnde aperte in figuris, Cherubim qui erant in oraculo facti, angelica ministeria quae conditori suo in caelis semper assistunt, possunt intelligi. Qui recte de lignis oliuarum facti esse perhibentur, quia nimirum uirtutes angelicae gratia spiritus sancti, ne unquam ab amore dei arescant, unctae sunt. Decem autem sunt cubitorum altitudinis, quia denario uita aeternae struuntur, habentes inuolantam in se sui conditoris imaginem seruata, perpetuae sanctitatis ex iustitia & ueritate, quam in prima conditione perceperunt. Denarius namque decem obolis constat, & continere in se nomen regis & imaginem consuevit. Quapropter & figurae regni caelestis aptissime congruit, ubi & angeli sancti ad imaginem sui conditoris ad quam facti sunt semper manent, & electi homines imaginem quam peccando amisserant, recipiunt. [Quinque cubitorum ala Cherub una, et quinque cubitorum ala Cherub altera, id est decem cubitos habentes a summitate alicuius usque ad aliam alterius summitatem.] Ala cum in sanctorum hominum figura ponuntur, uirtutes significant eorum, quibus ad caelestia semper uolare, atque in his conuersationem delectantur habere. Cum uero in significationem angelorum ponuntur, quid aptius quam gratiam demonstrant perpetuae & indefectuae felicitatis eorum, qui semper in caelestibus in ministerio sui persistunt autoris? Vel certe quia leuitate spiritalis naturae sunt pra-

diti: ita ut ubicunque uoluerint statim quasi uolando perueniant, & hic cum alijs figurati, & prophetis sunt cum alijs ostensi. Bene autem dicitur, Quia quinque cubitorum fuerit ala Cherub una, & quinque cubitorum ala Cherub altera, quoniam uirtutes angelicae legem dei quae in quinque libris descripta est, indefessa deuotione custodiunt: diligendo uidelicet dominum deum suum ex omnibus uiribus suis, & proximos tanquam seipsos. Plenitudo enim legis, charitas est. Proximi autem eorum, & ipsi adinuicem, sunt angelici spiritus, & homines electi eorum aquo concius. Cherub unus & utraque ala, eiusdem mensurae perhibetur: quia uidelicet eadem ipsa deuotione qua sese alterutrum in deo diligunt, nostram quoque ad se ascendendum societatem desiderant. Sicque simul alicuius decem cubitos complent, cum in geminae charitatis exhibitione, angelis de conditoris sui praesentia laetantur. [Decem quoque cubitorum erat Cherub secundus mensurae pari, et opus unum erat in duobus Cherubim, id est altitudinem habebat unus Cherub decem cubitorum, et similiter Cherub secundus.] Duo erant facti Cherubim, propter consortium eiusdem de qua loquimur charitatis significandum, quia minus quam inter duos charitas stare non potest. Vnde & saluator binos ad praedicandum discipulos mittere curauit, ut tacite doceret eos qui uerbum fidei praedicarent, uirtutem dilectionis ante omnia esse tenendam. Vniusque mensurae & operis erant duo Cherubim, quia disparilitas uoluntatum siue cogitatum in superna patria nulla est: ubi una omnis eademque dei praesentis uisione & gloria illustrantur. [Posuitque Cherubim in medio templi interioris. Et tendebant autem alas suas Cherubim, et tangebant ala una parietem, et ala Cherub secundus tangebant parietem alterum: ala autem altera in media parte templi se inuicem contingebant.] Manifestum est ex his quae praedicta sunt, quare Cherubim in medio templi interioris sint positi: quorum habitatio est semper in caelis. Extendebant autem alas Cherubim quasi ad uolandum, quia spiritus angelici semper habent animum, ad obsequium diuinae uoluntatis paratum. Quod uero ala una tangebant parietem, & ala Cherub secundus alterum parietem, ad illam charitatis administrationem quam nobis exhibent angeli pertinent. Quod ala altera in medio templi se inuicem contingebant, eam dilectionis gratiam qua se alterutrum complectuntur exprimit. Bene autem sequitur, [Texit quoque Cherubim auro, et omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs caelaturis et torno. Et fecit in eis Cherubim et palmas et picturas varias, quasi prominentes de pariete et egredientes. Sed et panniculum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, postesque angulorum quinque, et duo ostia de lignis oliuarum. Et sculpsit in eis picturam Cherubim et palmarum species, et anaglypha ualde prominentia, et texit ea auro, et operuit tam Cherubim quae palmas et caetera auro. Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos, et duo ostia de lignis abiegnis intrinsecus, et utrunque ostium duplex erat, et se inuicem tenens aperiebatur. Et sculpsit Cherubim et palmas, et caelaturas ualde eminentes, operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Et reliq. Texit inquam Cherubim auro,] quia & naturam eorum conditor immortalis claritate sublimauit, & mentem uera dilectionis atque humilitatis luce repleuit. Notandum sane quod Moyses dum tabernaculum faceret, fecit & duos Cherubim aureos, quos posuit in propitiatorio, quod erat super arcam. Salomon autem addidit alios duos multo maiores quos in templo poneret, sub quorum alis arcam in medio poneret cum propitiatorio, & Cherubim prioribus. Sicque factum est, ut in tabernaculo quidem essent Cherubim duo, in templo autem quatuor: ad unam uero eandemque significationem utriusque pertinent.

Sed repetitum est opus, atque augustius factum per Salomonem, ut typice doceretur, quia multiplicata post incarnationem dominica ecclesia, latius esset gentibus sublimitas cæli ciuium pandenda; qui sic conditorem de collato sibi munere beatitudinis collaudant, ut de ipsa quoque ereptione atque ad eandem beatitudinem introductione cõgaudeant. [Extendunt enim alas aduicem super arcam.] Cum ad laudem domini saluatoris, referunt bonum omne quod acceperunt. [Extendunt alteras alas ad parietes oraculi.] Cum sanctos etiam homines secum uidere lætantur, eos que quos uolunt alarum suarum summitatibus tangunt, quos consortes atque imitatores fuisse in hac uita suæ puritatis exultant. [Duos autem æque parietes alis suis tangunt,] quia fideles utriusque populi, Iudæi scilicet & gentilis, possessores secum habent aulæ cælestis: non quod in illa patria distinctio localis inter utrumque populum, sed quia maior fiat festiuitas interna: beatitudinis, de consortio adunata in deo fraternitatis. [Extendunt ergo Cherubim ad utrumque parietem oraculi alas suas,] quia lætantes in cælesti patria iustos utriusque plebis, uisione quoque suæ gloriæ ad laudem sui creatoris excitant. Non solum de illorum quos secum intus habet hominum iustorum felicitate, lætantur agmina cælestia, uerum etiam nostri qui foris adhuc positi de profundis ad dominum clamamus, curam gerunt sedulam. Vnde bene de eisdem Cherubim in libro Paralipomenon scriptum est: Ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum uersæ erant ad exteriorem domum. Quia nos ab huius arumna peregrinationis ereptos, ad suum desideratum peruenire confortium. [Sic ergo pedibus stant erectis, sic alas suas auro tectos ad oraculi parietes extendunt, ut facies habeant ad domum uersas exteriorem,] quia sicut angeli suâ perpetuo innocentiam conseruant, sic de animarum sanctarum in cælis beatitudine cõgaudent, ut eis quoque quos in terris adhuc peregrinari conspiciunt electis, opem ferre non desinant: donec & illos ad cælestem patriam introducant. Omnes enim sum administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis.

Posiunt etiam per duo Cherubim, duo testamenta figurari, [qui nimirum Cherubim in oraculo sunt facti,] quia in consilio diuinæ prouisionis nobis utique inaccessibili atque incomprehensibili, ante secula dispositum est quando & qualiter quibus ue autoribus, sacræ scripturæ conderentur. [De lignis oliuarum sunt facti,] quia lucem nobis scientiæ tribuunt, iuuante flamma charitatis dei, qui per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris. [Decem cubitis sunt alti,] quia per obseruantiam decalogi legis deo seruiendum prædicant, quia deo fideliter seruientes denario, remunerandos esse regni perpetuitate ostendunt. [geminas habent alas,] quia testamentis sui conditoris per aspera æque ut prospera, indefesso suis auditoribus animo gradiendi esse demonstrant. [Quinque cubitorum ala Cherub una, et quinque cubitorum ala Cherub altera,] quia in omni labentium rerum uarietate, sancti uniuersos sui corporis sensus, in obsequium sui conditoris extendunt. [Et unum opus erat in duobus Cherubim,] quia utriusque testamenti scriptores, una eademque castitate operis, & charitatis deuotione domino seruebant, una & consona domini uoce ac fide prædicant. [Alæ igitur Cherubim interiorum super arcam se inuicem constringebant,] quia testamenta pari de domino attestatiõne consentiunt. Item alis exterioribus iste unum parietem, ille alterum contingebant, quia uetus testamentum proprie antiquo dei populo scriptum erat, nouum uero nobis, qui post incarnationem dominicam ad fidem uenimus. Et secundo parietem, hoc est septemtrionali recte comparatur, quibus post frigora ac tenebras idololatriæ, lucem ueritatis agnoscere datum. [Versas habent facies Cherubim ad exteriorem domum,] quia nostri gratia (qui adhuc foris stamus, neque re ipsa, sed spe salui facti sumus) diuini sunt libri conditi: quia scriptores eorum iam regnantes cum deo, illum collaudant in cælis, curam nostræ gerunt salutis, pro que nostris erratibus apud eius pietatem interpellant. [Et oes parietes tēpli per circuitū sculpit varijs cælaturis & torno,] Oes parietes tēpli

per circuitum, omnes sanctæ ecclesiæ populi sunt, quibus super fundamentum Christi locatis, totius ambitum orbis repleuit. Cœptumque fidei ædificium, quotidie noua membris suis progenie, quasi lapidum pretiosorum appositione, super augmentare nõ desistit. Qui nimirum parietes uarijs cælaturis sculpuntur, cum alij datur per spiritum scientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia curationum in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Et ut ad illas ueniamus, quas omnes habere ualeamus uirtutes, charitas, gaudium, pax, longanimitas, patientia, benignitas, bonitas, fides, modestia, continentia, & ceteri fructus spiritus, quid nisi cælaturæ sunt parietum tēpli? quia ornatus sunt mentium populi dei. Sculpuntur item parietes & ad patiendum, cuncta que promittunt, dicentes ex animo per singula quæ occurrunt: Benedicam dominum in omni tempore. Et, Paratum cor nostrum deus paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea domino. [Sculpuntur torno,] cum intantum uirtutum operam impendunt, ut ab harum tramite nullis circumstantiarum rerum contrarietatibus, nullis possint blandimentis auerti. Quia enim tornatura ceteris artibus uelocitate præcellit, & ipsa sibi regulam qua sine errore opus perficiat seruat: apte per hanc pia sanctorum uita signatur, quæ & parata est semper ad obsequium diuinæ uoluntatis: & hoc absque diuerticulo errandi complere, longo uirtutum didicit usu exercitata. [Et fecit Cherubim in eis & palmas & picturas varias, quasi prominentes de pariete & egredientes.] Cherubim uanque in parietibus tēpli facit Salomon, cum electos suos dominus ad regulam scripturarum sanctarum (in quibus est multitudo scientiæ,) uitam suam dirigere donat, Cherubim facit, cum eos in hoc mundo castratam angelicæ conuersationis, pro modulo suo docet imitari: quod maxime uigilijs ac laudibus diuinis, dilectione synœra conditoris & proximi geritur. Palmas facit, cum memoriam æternæ retributionis eorum mentibus infigit: ut eo minus ab arce iustitiæ labi queant, quo mercedem iustitiæ semp ante oculos habeant. Facit picturas uarias quasi prominentes de pariete & egredientes, cum multifarias uirtutum operationes fidelibus tribuit. Verbi gratia: uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam. [Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus.] Intrinsecus & extrinsecus, in oraculo & in ipso templo significat. Texit ergo Salomon pauimentum domus auro intrinsecus & extrinsecus, quia rex noster pacificus, & angelos atque animas iustorum in cælis perfecte ac plenarie dono dilectionis, à ceterorum mortaliu uisione secreuit. [Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, posteaque angulorum quinque, & duo ostia de lignis oliuarum.] Quod primo dixerat, fecit ostiola de lignis oliuarum, hoc ipsum uidetur apertius explicare uoluisse cum adiunxit: & duo ostia de lignis oliuarum. Vnus quippe erat ingressus oraculi: sed idem ingressus duobus ostijs claudebatur. Rursum que referatis eisdem aperiebatur: sicut etiam templum. Sicut porticus ante templum, unum non amplius habebat introitum. Certi utique causa mysterij, quia unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus. Vnus in seculum præfens per baptisma, unus in regnum cæleste per opera fidei est sperandus introitus. Nam quod unus esset ingressus oraculi, testatur hoc quod inferius de arca scriptum est: [Cuius eminent uertes, & apparerent summitates eorum, foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant, ultra extrinsecus, qui & fuerunt ibi usque in præsentem diem.] In arca autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horreb, quando pepigit dominus foedus cum filijs Israel cum egredierentur de terra Aegypti &c.] Vbi patenter (ni fallor) ostenditur, quod unus erat ingressus oraculi: & hic est regione factus arca, quæ in medio eiusdem stabat oraculi. Cuius ingressus ostiola, per significationem multifarie possunt accipi. Nam & angelicos spiritus quorum ministerio in habitationem patriæ cælestis introducimur, aptissime designant. Et apostolorum æque, apostolicorumque uirorum, quibus clauis regni cælorum sunt data, tenent figuram

Ezech. 5.

1. Corin. 12.

Ephesi. 5.

Psalm. 57.

Psalm. 107.

22

22

22

22

22

22

Ephesi. 4.

3. Reg. 8.

qui accepta à domino potestate ligandi atq; soluendi, & dignos intra regni ianuam admittunt, & contumaces, impuros, ac superbos, excommunicando, siue anathematizando, ab ingressu uitæ perennis eliminant: Sed & opera iustitiæ, quorum merito ad regnum cælestis peruenitur, recte per ostia (per quæ in sancta sanctorum pontifice ingressus diebat) possunt typice designari: iuxta hoc quod in lib. Sapientie scriptum est: Custoditio aut legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio aut facit esse proximum deo. Concupiscentia itaq; sapientia, deducet ad regnum perpetuum. Quibus omnibus apte congruit, quod eadem ostiola de lignis fiunt oliuarum, quia nimirum & angeli & homines perfecti, fructu misericordiae & operibus lucis, sese in domo dei gloriosos exhibent: imò omnes electi per arma lucis & pietatis, aditum sibi patriæ cælestis aperiunt. Duo autem sunt ostiola, siue quia deum ac proximos diligunt & angeli & omnes sancti, neq; uelut ianuam uitæ, nisi per geminam hanc dilectionem poterit intrare: seu quia utriusq; populi fidelibus, & Iudæi scilicet & gentilis, eadem uitæ ianuam referatur. Postes angulorum quinq;, quia non solum animas electorum aula recipit, sed & corporibus immortalis gloria præditis, in iudicio suas fores aperit. [Et sculpsit in eis picturam Cherubim et palmarum species, et anaglypha ualde prominentia, et teretia auro, et operuit tam Cherubim q; palmas et cætera auro.] Anaglypha græce, quæ latine dicuntur cælaturæ: quia uirtutum operibus (quæ per totum orbem ecclesia in sanctis suis ac perfectis exercet) illi præcipue, quibus fidelium cura commissa, & clauis regni cælorum sunt data, omni debent solertia insistere, ut quantum gradu præminent cæteris, tantum & merito præcellant bonæ actionis. Habent namq; in se picturam Cherubim sculptam, cum angelicam in terris uitam (quantum mortalibus possibile est) & mente imitant & opere. Habent palmarum species, cum dona supernæ retributionis fixa semper intentione meditant. Palma namq; manus uictoris ornatus est. Habent anaglypha ualde prominentia, cum certissima bonorum operum documenta, & quæ nemo in sinistram partem interpretari uelatenus ualeat, cunctis sese inuentibus ostendunt. Et hæc omnia sunt auri laminis operata, cum (sicut sæpe dictum & semper dicendum est) cæteris uirtutum floribus specialius in magnis ecclesiæ membris, fulgor supereminet amoris. His ostioliis etiam uelum fuisse additum, uerba dierum narrant: Fecit quoq; uelum (inquit) ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso, & intexit ei Cherubim: quod decoris quidem gratia factum est, ut inter parietes deauratos etiam holosericum fulgeret. Sed in eiusdem mysterij, cuius & ostiola, congrua significatione, ante arcam atq; ingressum oraculi appensum, ut sicut ostiola congruis horis aperiiebantur, licet uelum reuelaretur quoties aduenirent, quibus in sancta sanctorum esset ingrediendum. Huius ergo ueli sedula reuelatio, secundum legem apertionem significat regni cælestis, quæ nobis per incarnationem domini & saluatoris nostri donata est. Vnde & baptizato eo, cæli aperti sunt, ut ostenderetur quia per baptismum quod nobis ipse consecrauit, ianuam patriæ cælestis deberemus ingredi. Et moriente illo in cruce, idem uelum scissum est mediu, à summo usq; deorsum, ut aperte diceretur, quia figuræ legales iam tunc ad finem uenissent, ac ueritas euangelij arcana que cælestia & ipse cæli ingressus, non adhuc prophetandus ac figuratim significandus, sed iam iamq; esset proxime omnibus aperiendus, qui ab initio mundi usq; ad id temporis in fide ueritatis de mundo transferunt. Bene idem uelum, sub quo in oraculum intrabatur, ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso factum esse, et quoq; Cherubim intexti esse memorantur. Hyacinthus quippe qui cæli colorem imitatur, supernorum desiderijs apte comparatur. Purpura quæ sanguine conchiliorum cõficitur, & sanguineam ipsam præfert speciem, non immerito sacramentum dominicæ significationis: quod nos intueri crucem nostram portando debemus. Cocco, quod rubeo colore flammescit, congrue uirtus exprimitur amoris. De quo mirantes dixere qui cum domino ambulauerant discipuli, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Bysus quæ de terra uirenti germine nascitur, & longo artificij exercitio natiuum exiit uirorem, atq; ad albam perducitur speciem, congrue castigatione car-

Sapient. 6

2 Paral. 4

Ezech. 41

Ezech. 14

nis nostræ insinuat: cuius quasi humorem ingentem exicari iubet Apostolus, dicens: Morificate membra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiã, quæ est simulacrorum seruitus. Ad quantum uero candoris gratiam hanc uelit produci, alias ostendit, dicens: Obsecro uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Intextum Cherubim eidem, quod quatuor eximij coloribus conficitur, cum uirtutibus uersa, quæ pie agimus à uenenatis demonum telis, per angelicam præsidia domino donante protegitur. Intextuntur uero Cherubim, cum in bonis quæ agimus, multitudine scientiæ indefinenter utimur, respicientes semper ad eloquia diuina: & ne forte à uirtutum calle aberremus, horum intuitu continuo uestigia nostra regimus. [Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulos, et duo ostia de lignis abiegnis altrius secus, et utriusq; ostium duplex erat, et se inuicem tenens aperiiebatur.] Sicut ingressus oraculi quo ad arcam domini Cherubim que perueniebatur, introitum significat regni cælestis, quo ad uisionem nostri conditoris superiorumq; ciuium nos introduci speramus, ac desideramus: ita introitus in templum, primordia nostræ structuræ ad deum conuersionis, quando in presentem ecclesiam ingredimur, typice demonstrat. Iste ingressus nostrum ad fidem: ille designat ad speciem. Vnde apte postes huius introitus quadrangulati sunt facti, siue propter quatuor sancti euangelij libros, quorum doctrina in fide ueritatis erudimur, seu propter totidem uirtutes principales, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam, quarum ueluti fundamine quodam firmissimo, omnis bonorum actuum structura innititur. Prudentia est namq; qua discimus quid nos agere, qualis uirtute deceat. Fortitudo, per quam ea quæ agenda didicimus, implerimus. Quas uno uersiculo uirtutes, Propheta breuiter complectitur, dicens: Dominus illuminatio mea & salus mea, Illuminatio uidelicet, ut quæ agere debeamus, doceat. Salus uero, ut ad hæc nos peragenda confirmet. Temperantia est, qua discernimus, ne plus aut minus iusto, prudentiæ siue fortitudinis operam dare inueniamur. Et quia quisquis prudentia ac fortitudine temperanter utitur, absq; ulla contradictione iustus esse probabitur. Virtus quarta post prudentiam, fortitudinem, & temperantiam, iustitia sequitur. Duo ostia quæ in hoc ingressu facta sunt, dilectio est dei & proximi. Quæ bene altrius secus facta esse dicitur, quia ad inuicem respiciunt, adeo ut una sine altera nequaquam possit haberi. Omnis enim qui credit, quoniam IESVS est CHRISTVS, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. Et sicut iterum dicit: Qui non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Vnde recte ostium exterius dilectio fraterna, interius est dilectio intelligenda diuina, quia illa prior tempore, hæc diuinitate sublimior. Et per illam ad hanc intratur, quia in amore proximi discitur, qualiter amari conditor debeat. Norandum sane quod in ingressu oraculi, duo quidem fuisse ostia dicuntur. Sed hæc duplicia fuisse non dicuntur. In templi uero, id est, domus prioris introitu, ita erant duo ostia, ut duplex esset utrunq;. Quia nimirum in præfenti ecclesia, talem nos ingredi ac ducere uitam necesse est, in qua dilectionem dei & proximi per fidem & operationem, per patientiam & benignitatem feruemus. In futura autem uitam ubi deum & proximos in luce æternæ beatitudinis uidebimus, eandem utique dilectionem gemina, absq; ullo prorsus labore, imò in magna multitudine diuinæ dulcedinis fruemur. Vnde apte introitus interioris domus, duo quidem ostia, sed hæc simplicia habebat. Non enim ibi fides necessaria est, ubi ea quæ nunc credimus ac speramus, omnia manifesta luce uidebimus. Non labor operum necessarius, ubi mercede perpetua eorum quæ hic laboramus donabimur. Non necessaria patientia, ubi nemo aduersi aliquid irroget. Non munificencia benignitatis, ubi nemo indiget, opus est.

Hæc de ostio figura pro modulo nostro, sequentes patrum uestigia disseruimus. Vnde iuxta formam ipsius operis, decoris gratia prouisum est, ut in uno eodemq; templi ingressu, duo essent ostia. Necesse etenim erat parietes domus, quæ centum uiginti cubitos habebant in altitudine, nonnullos etiam grossitudinis cubitos habere, in cuius



Psal. 26

Iohan. 5

Iohan. 4

nimirum grossitudinis extrema parte ostia erant affixa, ita ut æquale parieti esset ostium utriq; & siue intus siue foris templum quisq; positus ostium inspiceret, unus ei p omnia paries esset uideretur. Similiter & cedrinus paries cum uicenorū in longitudine & altitudine esset cubitoꝝ, non paruam & ipse debuit habere grossitudinē. Quapropter & huius ingressu duo facta sunt ostia, ut uidelicet ab utroq; latere, hoc est, & intus & foris æquale parieti ostium pareret: & quo p easdē picturas ostioꝝ quas & paries habebat, ueraciter unus per omnia & continuatim extētus paries uideretur: unum decoris gratia prætendens, aliud ministerij, dispensationem perfigurans. Quod uero de scriptis templi ostijs sequitur: [ Et sculpsit Cherubim & palmas, & celaturas valde eminentes, operuitq; omnia laminis aureis, opere quadro ad regulam. ] Quia nimirum eadē arcana fidei, spei, & charitatis, quæ sublimes quiq; ac perfecti sublimiter capiunt, quæq; omnes electi plene diuina uisione percipiunt, etiam catechizandis rudibus pro suo cuiq; captu discenda & confitenda traduntur: quatenus sacris initiati mysterijs, quandoq; etiam ad capiēda ea quæ pie credere, perueniant. [ Et ædificauit rex Salomon atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri. ] De interiori atrio breuiter loquitur, de exteriori proſus tacere uidetur. Verum in uerbis dierum utriusq; fit mentio, ubi ita scriptum est: Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica quæ: textis ære. Atrium uero interius, quod uocatur sacerdotum, eo q; sacerdotis & leuitæ in eo ministrarent, ex omni parte erat templo circumdatum. Sed ab oriente eiusdē templi, erat ingressus multo longius a templo, quam a cæteris tribus plagis secretus: quia nimirum in ea plaga, id est, in facie templi, fiebant ministeria sanctorum, ibi altare æneum ad hostias domino offerēdas, ibi decem luteres ad lauandas easdem hostias, ibi mare æneum erat positum ad lauandas manus pedesq; sacerdotū. Habebat autem hoc atrium trecentos cubitos altitudinis (ut Iosephus narrat) quatenus ab ingressu templi cæteros perhiberet, & solis sacerdotibus hoc licere significaret. Eratq; ei ianua ad orientālē plagam, ad quam usq; populus hostias suas & sacrificia inferebat, inde suscipienda a sacerdotibus atq; ad altare proferenda. De exteriori uero atrio, quod uerba dierum basilicam grandē uocant, ita scribit Iosephus: Extrinsecus autem huius templi, aliam ædificauit aulā quadranguli schemate factam. Erigens maximas porticus atq; latas, & portas excelsas & amplas per quatuor mundi partes in eo constituens, quarum singulæ ad unumquēq; uentū quatuor angulis attendebant, ubi aureas ianuas collocauit. Et paulo post: In hoc ergo sacrarium, omnes populi quibus purgatio & obseruatio legitimorum inerat, introibant. Has uero porticus, Cassiodorus senator, in pictura templi quam in pandectis posuit (ut ipse in psalmorum expositione commemorat) triplici ordine distinxit. Primum uidelicet ordinē ponens, extra atrium sacerdotum ex omni parte per quadrum. Secundum, eodem modo extra intimas porticus, undiq; uersum in gyro. Extremum, similiter ex omni latere priorum porticum in circuitu. Sicq; templum triformi ædificiorum præsidio, ab omni parte munitum: facta pauimento sub diuo, inter ædificia singula de marmore & parietibus domorum interioribus, hoc est, eis qui ad templum respiciebāt factis in columnis exterioribus uero solidis. Sicq; fiebat, ut omnis structura templi per graduum esset uarietatem, rationabiliter distincta. Namq; in sancta sanctorum ingrediebatur pontifex, in ipsum templum sacerdotes purificati: in atrium sacerdotum, sacerdotes purificati & non purificati una cum leuitis & cantatoribus: in intimum atrium basilicæ maioris, uiri Iudæi purificati stantes & orantes sub diuo, si serenum esset: si tempestas, in porticus proximas sese recipientes. In exteriori atrium mulieres uiduæ purificatæ. In extremum atrium gentiles & Iudæi, qui nuper uenerant ex gentibus usq; ad sextum purificationis diem, hæc ut in pictura Cassiodori distincta reperimus breuiter annotare curauimus: rati cum ab antiquis hæc Iudæis didicisse, neq; uirum tam eruditum uoluisse exemplum legendi proponere, quæ non ipse prius uera esse cognouisset. Hæc sunt loca, quorum meminit supremus gaudium psalmus, qui ita incipit: Ecce nunc benedicite domino omnes serui domini, Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. In his por-

ticibus Ieremias & propheta alij, in his dñs & apostoli, uerbum populo prædicabant. In hoc aliqua dominus sedebat docens, quando a tentantibus phariseis mulier illa adultera iudicanda oblata est. In his inuenit uendentes & ementes, oues, boues, & columbas: hosq; cum suis mercimonijs eliminauit è templo. Et his Petrus & Iohannes claudum inuenientes sanarunt, ac secum ingredientes interius adorandum duxerunt. In his orabat omnis multitudo populi, quando incensum ponenti Zachariæ angelus ad altare thymiamatis apparuit, eumq; de præcursoris domini natiuitate perdocuit. Non autem hæc atria cum porticibus suis aspectum templi de longe aspectantibus abscondere potuerūt: quia locus in quo templum erat situm, multum sublimior erat, quam ubi fundatæ porticus fuere. Nam sicut Iosephus scribit, extremæ atriorum fabrica, cum in quadringentis cubitis essent erectæ tantum ad uerticem usq; montis in quo templum ædificatum est, peruenerunt. Hæc quidem de structura templi, studioso lectori credidimus intimanda, uerum in eis quæcunq; scriptura sacra referre commodum duxit, figuras mysteriorum quarumam, cæteris pro historiæ cognitione simpliciter utamur. Ædificium ergo templi intra atrium sacerdotum, perfectorum in sancta ecclesia & sublimiua uitam exprimit uirorum, eorum uidelicet qui & excellentia uirtutum domino appropinquare, & alijs uerbo atq; opere ducatum solent ostendere salutis. Sacerdos namq; ab eo latine nomen accepit, quod sacrum præbere ducatum minoribus debeat: quo nomine in scripturis mystice non solum altaris ministri, episcopi uidelicet & presbyteri, sed & omnes utiq; censentur, qui altitudine rectæ conuersationis, ac doctrinæ salutaris eminent: nec sibi metipsis tantummodo, sed & pluribus profunt: qui dum corpora sua hostiam uiuētem, sanctam, deo placentem, exhibent: sacerdotes tale profecto ministerium spiritaliter exercent. Neq; enim episcopos solum & presbyteros, uerum omni dei ecclesiæ loquebatur apostolus Petrus cum ait: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquiritionis. Cuius honore dignitatis, etiam antiquus populus dei erat insignitus, dicente ipso ad Moysen: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Israel. Et paulo post: Et uos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. Basilica uero grandis quæ erat extra atrium sacerdotum, in quo omnis populi multitudo adorare, siue ad uerbum audiendum cōfluere solebat, carnalium in sancta ecclesia uitam moresq; figuratim insinuat. Qualibus dicit Apostolus, Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. Qui bene per basilicam grandem designantur, quia absq; ulla dubietate multo maior est, in sancta ecclesia ratio quam perfectorum numerus. Sed quantum numero præstant, tantum succumbūt merito. Vnde apte basilica hæc grandis etiam plurimos capit, non eos tamen in interiora templi deaurati, non ad altaris officium, nō in ipsum saltem atrium sacerdotum intrōmittit: quia carnales quiq; atq; infirmi adhuc in ecclesia, etiam ob meritum castæ fidei ac pietatis domino deuotæ ad electorum sortem pertinent, longe tamen abest ut illis æquentur, qui cum fiducia proloquuntur. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, uerbo & factis. Et iterum: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui: De cætero reposita est mihi corona iustitiæ. Accedebat quidem uulgus usq; ad atrium sacerdotum, hostias suas ad usq; huius ianuam deferrebat, susceptas a sacerdotibus, atq; in altari oblatas, oculis prosequeretur. In ipsum etiam templum cum aperiebatur intuitum suum a longe dirigebat, nec tamen atrium sacerdotum intrandi facultatem habebat. Verum de inferioribus clamabat ad dominum, quia nec carnalium in ecclesia simplicitas a domino despicitur, quando fideliter ea quæ ualent illi uota pietatis offerunt. Dirigunt enim uisus a longe in templum dei, cum uis tam sublimium discere, & admirari sedulo gaudent: & quos uirtutis imitatione sequi nequeunt, piæ uenerationis complectuntur affectu. Vident hostias sacerdotū in altari igne sacro sanctoq; consumi: quia magnorum opera cognoscunt a domino per spiritum sanctum dignanter accipi. Afferunt & suas hostias ad atrium sacerdotum, offerendas domino pro illis: dum bona quæ præualent operantes, maiorum ac doctorum & confirmantur.

Iohan. 8.  
Matth. 21.  
Matth. 5.  
Lucæ. 1.

Roma. 12.

1. Petri. 2.

Exodi. 19.

1. Corin. 5.

Roma. 15.

2. Timo. 4.

Iosephus.

Cassiodorus.

psalm. 133.



tur exhortatione & intercessione domino commendantur. Offerunt etiam tunc hostias suas sacerdotibus per eos domino commendandos, cum sanctis quibusque gentibus necessaria mundi huius, quibus ipsi abundant, summa mercedis inuitu, domino tribuunt admonente ac dicente: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. Bene atrium sacerdotum tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri aedificatum esse, memoratur. Tres quippe ordines sunt lapidum politorum, fides, spes, charitas. Et recte politorum, quia certa necessaria est discendi solertia, qua quisque quomodo credere, quid sperare, siue diligere debeat, dignoscat. unus autem ordo lignorum cedri, ipsa est bona operatio, ac sine corruptione simulationis exhibita, sine cuius superadiectione, fides, spes, charitas, uera esse non ualeat. Dictum namque est sapientius, quod ligna cedri propter odoris gratiam & impuribilem suae naturae potentiam, perseverantiam famamque pie designant actionis. Ad hoc atrium usque uniuersi ascendunt electi, qui fide, spe, dilectione, atque opere deo placere appetunt. hoc alta meritorum gratia transcendunt perfecti, cum in tanto uirtutum culmine proficiunt, ut dicere suis auditoribus possint: Imitatores nostri estote, sicut & nos Christi glorianturque & dicunt, Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? In quarto fundata est domus domini, in mense tertio, & in anno undecimo mense. Bul, ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in uniuersis utensilibus, & diffinitis cum annis septem. Pater allegoriae sensus, quare domus domini aedificata sit annis septem, quia nimirum sancta ecclesia, toto huius seculi tempore, quod septem dierum circuitu peragitur, ex electis constituitur animabus: & in fine seculi suum quoque cremum ad finem ipsa perducit: uel certe, septem annis aedificatur, ob significationem gratiae spiritalis, per quam ecclesia solum ut sit ecclesia percipit: septem quippe dona spiritus sancti enumerat scriptura, sine quibus nemo uel fidelis effici, uel fidei merito fidei, ad coronam potest peruenire iustitiae. Quod autem in octauo anno, & in octauo eius mense, perfecta est domus in omni opere suo, & in uniuersis utensilibus, ad futurum seculum diemque iudicij pertinet: quando ad tantam iam perfectionem sancta ecclesia perueniet, ut quod ei amplius addici possit, inueniri non possit: habebit enim tunc quod pius ille desiderator supplex a domino quarebat, dicens: Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis. Sed non contemnenda nascitur quaestio, quomodo dicatur domus domini in mense octauo perfecta in omni opere suo, & in uniuersis utensilibus, cum in sequentibus legatur, mense septimo dedicationem esse eius completam. Neque autem credibile est, quod septem quidem templum aedificauerit Salomon, octauo mense octauum anni perfecit, sed usque ad septimum annum noni mensis dedicationem perfecte distulerit. Unde potius uerisimile uidetur domum septem annis, ac septem mensibus aedificatam, ita ut eodem mense septimo, dedicationis sit celebrata solennitas, ac die uicesimo tertio ipsius mensis (ut uerba dierum narrante) populos Salomon ad tabernacula sua dimiserit. Sic que post unam septimanam adueniente mense octauo, perfecta inuenta sit domus domini, & operibus uidelicet eius in uniuersis, & ipsa dedicatione prius completa. Nisi forte putandum est, praedicto templo, aliquid adhuc utensiliorum in ministeria eius additum fuisse: utque ad ingressum octauum mensis, accelerante rege, ut omnino mense septimo (qui erat totus solennis) templum dedicaretur: atque ita uerum reperiatur utrumque, & templum uidelicet octauo mense in opere suo atque utensilibus perfectum, & in ipso septimo mense dedicatum.

#### Caput VII.

**M**isit quoque rex Salomon & tulit Hiram de Tyra, filium mulieris uiduae ex tribu Nephtali, patre Tyrio, artificem aeternum, plenum sapientiae, & intelligentiae & doctrinae ad faciendum omne opus ex aere. Qui cum uenisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius. Et hoc mysterij gratia factum est: Artifex quippe Tyrius quem adiutorem Salomon sui assumpsit operis, electos de gentibus uerbi ministros significat, Qui uidelicet artifex pulchre dicitur, quia filius erat mulieris uiduae de Israel,

in qua persona solet nonnunquam praesentis temporis ecclesia figurari: pro qua uir suus uidelicet Christus morte gustata resurrexit, atque in caelos ascendens, eam interim peregrinantem a se, reliquit in terris. Non autem laborandum in explanando, quomodo huius uiduae filij sancti sunt praedicatorum, cum omnes electi se filios fateantur ecclesiae, cum etiam de eis praedicatoribus noui testamenti, specialiter ei promittatur, dicitur Propheta: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. *Psalm. 44.*  
**L**fecit autem Hiram omne opus Salomonis. Quia nimirum doctores sancti, dum ministerio uerbi fideliter insistant, opus utique dei operantur. Quoniam illis loquendo foris uiam ueritatis aperiant, quos intus illustrando ipse ad uitam praedestinauit aeterna. Ego *1. Corin. 3.* (inquit) plantauit, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Lfecit hoc opus ex aere. In qua illis committere uerbum quaerit doctor strenuus, qui hoc pie suscipere, ac perseueranter custodire desiderant, quique etiam alijs praedicando latius diffamare, quaque ipsi didicerint recta, fatagunt. Aeris namque metallum ualde esse durabile constat, atque omnimodo sonorum. *Galat. 2.* *Et* sicut duas columnas aereas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam utranque. Haec sunt columnae de quibus Paulus ait, Iacobus & Cephas, & Iohannes, (qui uidebantur columnae esse) dextras dederunt mihi & Barnabae societatis: ut nos in gentes, illi autem in circuncisionem. Quibus uerbis quasi exponere uidetur mysterium columnarum materialium, & quid uidelicet figurauerunt, & quare duae sint factae, apostolos namque, & doctores cunctos spirituales significant, fortes nimirum fide atque opere, & contemplatione ad supernam erigunt. Duae sunt autem, ut & gentes, & circuncisionem praedicando in ecclesiam introducant. Stabant in porticu ante fores templi, & in gressum illius suo decore ac pulchritudine, ex utraque parte mirabiliter ornabant. Ostium autem templi, dominus est, quia nemo uenit ad patrem nisi per ipsum. Et sicut alibi dicitur: Ego sum ostium per me si quis introierit, saluabitur. Cui uidelicet ostio columnae ab utroque latere coram posita circumstant, cum ministri sermonis, utriusque populo introitu regni caelestis ostendunt, ut siue a luce scientiae legalis quisque, siue ex rigore gentilitatis ad fidem euangelij uenerit, habent paratos eos qui sibi iter salutis & uerbo demonstrent & exemplo: uel certe quia de eisdem columnis in libro Paralipomenon ita scriptum est: *2. Paral. 3.* Ipsas quoque columnas posuit in uestibulo templi, unam a dextris, & alteram a sinistris. Ideo sunt duae factae columnae, atque ita dispositae, ut nobis & in prosperis, & in aduersis, ingressum patriae caelestis ante oculos mentis habendum esse doceant. Notandum sane in hac sententia Paralipomenon quam posui, quod ea porticus templi, etiam uestibulum templi uocabatur, & quod in prophetis legimus, quia inter uestibulum & altare orabant sacerdotes: inter porticum & altare debere intelligi. Bene autem utraque columna octo decim cubitos altitudinis habere memoratur. Ter etenim seni, decem & octo faciunt. Tria uero, ad fidem pertinent propter sanctam trinitatem. Sex ad operationem, quod in eodierum numero mundus sit factus, luce clarius est. Et tria per sex multiplicantur, cum iustus ex fide uiuit, cognitionemque pie credulitatis executione bonae actionis accumulatur. Columnaeque ante fores templi decem & octo cubitis alta est: cum praedicator quisque egregius, palam cunctis insinuat, non nisi per fidem & opera iustitiae, nos ad superna gaudia uitae posse peruenire. *Et* linea cubitorum duodecim ambiebat columnam utranque. Linea duodecim cubitorum norma est apostolica institutionis: quae nimirum linea ambiebat columnam utranque, cum quisque doctor, siue Iudaeis seu gentilibus praedicare missus, ea tantum facere curat ac docere, quae per apostolos accepit, ac didicit ecclesia. Nam si quis aliter uiuere, siue praedicare uoluerit, & uel apostolica decreta spernere, uel pro suo libitu noua quaelibet statuere maluerit, non est talis columna templo dei apta: quia dum apostolica statuta sequi contemnit, quasi uel exilitate inertiae suae, uel elationis uitio, de profunditudine duodecim cubitorum linea non conuenit. *Quo* quoque capitella fecit, quae ponerentur super capita columnarum fusilia aere, quinq; cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinq; cubitorum altitudinis capitellum alterum. Capita etenim columnarum, hoc est, superna pars eorum, praecordia sunt fidelium doctorum, quorum deo deuotus cogitati

onibus sicut capite membra, ita ipsorum omnia & opera diriguntur & uerba. Duo autem capitella quae his capitibus erant superposita, duo sunt testamenta, quorum meditationi atque obseruantiae doctores sancti toto & animo subduntur & corpore. Unde bene utrumque capitellum quinque cubitos habebat altitudinis, quia nimirum quinque libris scripturae Mosaeicae legis comprehensa est, & quinque etiam seculi aetates, tota ueteris instrumenti series complexa est. Nouum uero testamentum non alia nobis praedicat, quam quae Moyses praedicanda per hoc esse praedixerat & prophetae. [Et quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere coniectarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat.] Quod in libro Paralipomenon ita scriptum est. [Necnon et quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum.] Species namque catenarum & similitudo retis in capitellis, uarietas est uirtutum spiritualium in sanctis; de qua domino cantae in psalms: *Astitit regina a dextris tuis, in uestitu deaurato circumamicta uarietate*; hoc est in uestitu fulgidae dilectionis, circumamicta uarietate diuersorum charismatum. Vel certe multiplex contextio catenarum, & retis expansio, multifarias electorum personas innuat; quae cum uerbis sanctorum praedicatorum fideliter auscultando atque obediendo adhaerent, quasi columnarum capitibus superpositae retis & catenulae, miraculum suae connexionis cunctis aspectantibus praebent. [Septena uersum retacula in capitulo uno, et septena retacula in capitulo altero.] Septenario namque numero spiritus sancti solet gratia designari, Iohanne attestante in Apocalypsi, qui cum uidisset se diceret agnum habentem cornua septem & oculos septem, mox exponendo subiunxit, qui sunt septem spiritus dei missi in uniuersam terram. Quod propheta Isaias aptius explicat, cum de nascituro in carne domino loquens, *Et requiescet* (inquit) *super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.* Septena ergo uersum retacula erant in capitulo utroque, quia patres utriusque testamenti cognitionem per gratiam unius eiusdemque spiritus septiformis utique electi, acceperunt. [Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum reticulorum singulorum, ut tegerent capitella.] Duo quidem ordines erant reticulorum in gyro capitelli, sed uterque ordo septemplici uersum numero curriebat, donec circumactis capitulo, rursus in seipsum quasi circulo facto rediret. Nec figura sacramenti in abscondito est, quare duo ordines sunt reticulorum, cum constet geminae discretionis esse uirtute dilectionis; quod uidelicet dominus ex toto corde, tota anima, tota uirtute, & proximi tanquam nosmetipsos amare praecipimur. Sed uterque ordo ille septem uersum retacula, quia nec deus absque gratia spiritus sancti potest amari nec proximus. Facta sunt autem retacula haec ut tegerent capitella, hoc est, undique in gyro circumdarent; quia omnis scripturae sanctae pagina, cum recte intelligitur, gratiam per omnia charitatis sonat ac pacis. Capitella etiam uolumina diuinorum eloquiorum, retacula sunt uincula mutuae dilectionis; Et reticulis teguntur capitella, cum sacra eloquia (ut ita dixerim) dono charitatis undique probantur esse uestita: nam & in eis quae in scripturis non intelligimus charitas laet, & in eis quae intelligimus charitas late patet. Bene autem de eisdem reticulis siue capitellis adiungitur: [quae erant super summum malogranatorum.] Malogranata namque, quorum natura est, uno foris cortice, multa interiori grana circundere, apte in figura sanctae personae ecclesiae: quae catholico unius fidei munimine innumera electorum agmina solet includere. Potest autem & uniuscuiusque iusti uitam moresque designare, quae uelut plurima uo cortice circumspectens, multa cogitationum uirtutumque spiritualium insignia (ne forte desuuant) firma fidei & humilitatis curat uallare custodia, & apto prorsus ministerio. Capita columnarum malogranatis erant in gyro circumdata, quia doctores sanctos necesse est, prius uitam fidelium ad memoriam reuocare, eorumque semper exemplis, actus suos ac sermones omni ex parte communiri, ne si aliter forte quam illorum habet regula uixerint aut docuerint, erent. Cum uero dictum sit de reticulis ut tegerent capitella, quae erant super summum malogranatorum, uideatur iuxta ordinem operis ipsius, quia malogranata fuerint facta in circuitu capitulo: a parte inferiori, atque ex eisdem malogranatis orirentur retacula, quibus capitella ex parte aliqua tegerent. Patetque figura mysterii, qua retacula super sum-

2. Paral. 5.

Psalm. 44

Apoca. 5.

Isaia. 11.

Matth. 22.

mitatem fuerint malogranatorum annexa, quae ad unam pene significationem, siue personarum seu uirtutum pertinent spiritualium. Scimus enim uirtutes de uirtutibus nasci, & sanctos ambulare de uirtute in uirtute, donec uideatur deus deorum in Sion; quae uirtute nulla potest maior dici, unde & Apostolus: *Sciētes, inquit, quia tribulatio patientiam operat, patientia autem probat fidem, probatio uero spem.* [Capitella autem quae erant super capita columnarum, quasi opere lili fabricata erant, in porticu quatuor cubitorum.] Quid enim per lilia, nisi supernae claritatis patriae, atque immortalitatis, floribus redolens, paradisi designat amoenitas? Quid per quatuor, nisi euangelicus sermo, qui introitum nobis aeternae illius beatitudinis promittit, & iter quo ad hanc perueniat ostendit? Cum ergo sancti doctores promissa nobis limina regni caelestis, in quatuor euangelii libris ostendunt, quasi capita columnarum opus in se lili quatuor cubitorum exhibent. Vbi notandum iuxta litteram, quia cum opus lili in capitellis quatuor cubitorum esse memorat, neque addit latitudinis aut altitudinis, lectoris utique iudicio, utrum in altitudine an in latitudine intelligi debeat, relicti est. Constat autem absque ulla prorsus dubietate, quia colūna quam duodecim cubitorum restis ambiebat, quatuor cubitos habebat grossitudinis. Omnis circulus quantum habet spatium in diametro, tantum habet in gyro. Denique mare aeneum, quia diametrum habebat decem cubitorum, ut in sequentibus legitur, consequenter habebat triginta cubitos in gyro. Verum quia dicitur opus lili quatuor fuisse cubitorum, siue latitudinem, seu designet altitudinem, nihilo minus ratio figurae perspicua est. Quia non nisi per euangelium exoptatissima illa mundo uox insonat, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Quod uero sequitur [et rursus alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram colūnae.] id est, tantae fuerunt amplitudinis, quanta erat & colūna, cuius tantum altitudo quanta fuerit, minime narrat. Haec autem capitella, qualiacumque & quantacumque fuerint (non enim mensuram eorum aperte scriptura designat) in ore lili uidentur esse apposita. De quorum factura, si quid mysticum inquirere delectat, illam regni pennae sublimitate potest non incongrue designare, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligētibus se. Quae nimirum, quia eadem supernorum societas ciuium, utriusque populi fidelibus tribuit, recte subiungitur [Malogranatorum autem ducti ordines erant, in circuitu capitelli secundum.] Diximus enim malogranata, uel totius sanctae ecclesiae, uel singulorum quorumque fidelium typum tenere. Centenarius uero numerus, qui ad dexteram manum primus uenit, nonnunquam in aeterna beatitudinis figura poni consueuit. Duplicat autem hic numerus malogranatorum in circuitu capitelli secundi, ut insinuetur mystice, quod utriusque testamenti populus adunandus in Christo, atque ad aeternam uitam sit introducendus coronam. [Et statuit duas colūnas in porticu templi. Cuius statuit colūnam dexteram, uocauit eam nomine Iachin,] quae interpretatur firmitas. Similiter erexit colūnam secundam & uocauit nomen eius Boos] hoc est in robore. Dextra colūna (ut supra diximus) illorum exprimit figuram doctorum, qui primitiuam in Ierosolyma instituerunt ecclesiam. Secunda eorumque ad praedicandum gentibus destinati sunt. Vel certe dextra colūna eos significat, qui uenturum in carne dominum prophetando praedixerant. Secunda illos qui hunc iam uenisse, & mundum suo sanguine redemisse testantur. Et apte simili uocabulo ambae celebant colūnae, cum una, firmitas; altera in robore, dicta est; ut una fidei & operis fortitudo effectis inesse doctoribus monstraret, nostrisque temporis inertia notaret; ubi se nonnulli doctores, sacerdotes, & columnas domus dei uideri, atque appellari uolunt; cum nihil in se prorsus firmum fidei & ad contentendas seculi potestas, ac desiderata bona inuisibilia, nihil habeant roboris ad corrigendos, nil industriae, saltem ad intelligendos, eorum quibus praelati sunt, errores. [Fecit quoque mare fusile decem cubitorum, a labio usque ad labium rotundum in circuitu.] Mare hoc fusile in figuram lauacri salutaris, quo in remissione peccatorum emundamur factum est. Namque sacerdotes in ea lauabantur, ut uerba dicitur apte testantur. Sacerdotes autem constat omnes electos typice in scripturis uocari, eo quod sint membra summi sacerdotis domini nostri Iesu Christi. Et recte huic uasi scriptura mare nomen indidit, in memoriam uidelicet maris rubri, in quo prius per extinctionem Aegyptiorum, & populi dei liberationem, baptismi forma praecessit. Exponete Apostolo, ac dicente: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transie-

Roma. 5.

22

Matth. 5.

22

1. Corint. 2

22

22

22

2. Paral. 4.

1. Corint. 10.

runt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Sacramentum autem baptismi & uitæ nobis mundiciem quærit in hoc seculo, & uitæ nobis æternæ gloriam promittit in futuro: quod utriusque in mari hoc æneo una sententia designat, cū esse decem cubitoꝝ: à labio usque ad labiū perhibet. Decem namque præceptis in lege dñs omnia quæ facere debeamus expressit. Denario autem mercedē benefactorū signauit, cū hunc in uinea laborantibus dandū esse prædixit. [Erat ergo mare decem cubitoꝝ: à labio usque ad labiū. Quia à primo baptizato in nomine Iesu Christi, usque ad ultimū, quod in fine seculi crediturus & baptizandus est, omnis fidelium chorus, unam candēque uiam ueritatis ingredi, & communē debet à dño coronā sperare iustitiæ. [Rotundū erat in circuitu.] ut orbis uniuersus in gyro, lauacro uitæ à sordē peccatorū designaret esse mūdandus. De quo bene subdit, [Quinq; cubitoꝝ altitudo eius. Quia nimirum quicquid uisu, quicquid auditu, quicquid olfactu, quicquid gustu, quicquid tactu, delinquimus: totū hoc nobis gratia dei, p̄ abluionē uiuifici fontis, relaxat. Sed non sufficit præteritorū remissio peccatorū, si nō quæ deinceps bonis studuerit insistere operibus: Alioquin diabolus qui exierat de homine, si hunc à bonis uiderit uacare, multū plūcius redire facitque nouissima hominis illius peiora prioribus. Vnde apte subdit: [Et reticula triginta cubitoꝝ cingebat illud per circuitū.] Per reticulam namque disciplinā præceptorū cælestiū, quæ à nostris uoluptatibus relegamur, potest apte signari: scriptura dicente, quia funiculum triplex difficile rumpit: quia nimirum obseruatio mandatoꝝ dei, quæ in cordibus electoꝝ fide & dilectione supernæ retributionis firmata est, nullo temporalium regū potest obstaculo dissolui. [Et sculptura subter labium circūibat illud, decem cubitis ambiens mare. Duo ordines sculpturarum histriatarū erant fusiles.] Cum prædictum sit supra, quod reticula triginta cubitoꝝ mare circūierit, & nunc additur, quod sculptura hoc subter labium posita, decem cubitis ambierit, patet ex utraque relatione: quia uas erat in modū phialæ, repandū ac diffusum, quo triginta cubitis circūierit, quæ habebat in labio, usque ad decem cubitos coartatus sit. Sculptura autem histriata est, quæ historiarum aliquas imitatur. Vnde recte per sculpturas histriatas, quibus mare circūdabat, exempla sunt priorum temporum designata, quæ necesse est nos solerter intueri: ut uideamus quibus operibus sancti deo placuerunt ab initio: qua obstinatōe in sceleribus perdurarunt, quanta infelicitate ob scelera perierunt reprobi. [Et stabant super duodecim boues. Ex quibus tres respiciebāt ad aquilonē, & tres ad occidentē, & tres ad meridiē, & tres ad orientem.] Duodecim ergo boues, duodecim sunt apostoli, & oēs qui uice eorū regēdam in Christo susceperunt ecclesiam sanctam. Qui nimirum boues mare sibi superimpositum portant, cum apostoli apostolorūque successores iniunctū sibi euangelizandi officium, prompta implere deuotione satagunt. [Tres ad aquilonē, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem respiciunt.] cum uniuersis quadrati orbis partibus fidē prædicant sanctæ trinitatis: [quorum posteriora uniuersa intrinsecus latitabant.] Quia qua mercede sancti prædicatores in perpetuū donent, in interni arbitris examine dispossicum est, sed nobis quod adhuc foris sumus manet omni modo occultū: quibus tñ hoc esse occultum nullatenus potest, quod omnis qui lauacrum baptismi ad salutem accipit, & ueram fidem, spem, & charitatem debet habere, nec sine his tribus uirtutibus quisque aliquid iam operari, neque intrare ad uitam ualet: unde recte subiungitur: [Grossitudo autem luteris trium unciarum erat.] Grossitudo enim luteris, id est maris, firmitas est uirtutis in baptismo. Et trium unciarum est hæc grossitudo, dum robore fidei, spei, & dilectionis, perceptio baptismi communitur. Neque aliter proficuum esse accipientibus ostenditur, nisi harum firma certitudo uirtutum, mentem accipientium simul & opera confirmet: [labiumque eius quasi labium calicis, & folium repandi lili.] Per labium quippe calicis, gustum dominicæ passionis: per folium repandi lili, patefacta claritas resurrectionis ipsius exprimitur. [Duo millia batos capiebat.] Millenarius namque numerus, pro significatione perfectionis solet poni in scripturis. Quia nimirum denarius numerus in quadratum ductus solidum facit, decem quippe decies ducta, centum faciunt. Quæ uidelicet

cet figura iam quadrata, sed adhuc plena non est. Verum ut in altitudine surgat, & solidificetur, multiplicata centum per decem, & fiunt mille. Quo profecto numero stabilis & insuperabilis, & uelut conuadrata iustorum conscientia designatur. Quocumque enim uerteris quadratum, stabit. Sic & animus nullo tentationum occurfu nouit à statu suæ rectitudinis inclinari. Batus autem Hebræorum mensura est, quam ipsi, bat, nominant, habet modios quatuor & ephi, quod illi epha nominant. Sed ephi ad mensuram pertinet uariarum frugum, tritici, ordei, leguminum. Batus uero est in speciebus liquidis, uino, oleo, aqua. Itaque batus, quia certæ normæ mensura est, opera designat æquitatis & iustitiæ, quibus hi qui in remissionem peccatorum baptizantur, necesse habent instrui. Batos quippe mille capiebat mare, cum aqua baptismatis plebem Iudæorum abluens, ad regnum cælestē transmisit. Recipiebat & alios mille, cum etiam turbas nationum eodem fonte renatas, & operibus iustitiæ confirmatas, eiusdem regni perennis fecit esse participes. [Et fecit bases decem aereas quatuor cubitoꝝ longitudinis bases singulas, et quatuor cubitoꝝ latitudinis, et trium cubitoꝝ altitudinis, et ipsum opus basium intrasabile, Et reliqua.] Multifarie & multis modis, una eademque nostræ salutis sacramenta præfigurantur. Namque idem apostoli uiri que apostolici, qui per boues mare portantes designati sunt. Designantur etiam per bases quæ portandis erant luteribus præparatæ, quomodo ipsi luteris eiusdem lauacri spiritualis, cuius & mare, typum gerebant. Siquidem & uerba dieꝝ narrant, omnia in eis quæ in holocaustum oblaturi erant lauabant: holocaustum autem dñi, generaliter omnis electoꝝ multitudo potest intelligi, quæ iuxta uocem præcursoris baptizata est ab ipso in spiritu sancto & igni. Sicut ergo sacerdotes qui in mari lauabant, formam exprimit eorum qui per baptismum efficiuntur summi consortes sacerdotū, quod est in domino Iesu Christo, ita etiam holocausta eorundem figuram aptissime prætendunt, cum post abluionem baptismi, gratia sancti spiritus implentur. Lauatur namque in lutere hostia, cum quis fidelium aqua baptismi perfundit. Offerunt uero in holocaustum, cum impositione manus episcopi, donum spiritus sancti accipiunt. Quod uero ad portandos luteris decem sunt bases factæ, poterat mystice inter præari, quia ministri lauacri uitalis, ad æternæ gaudia beatitudinis (quæ denario solent numero figurari) eos quos imbuunt, uocent. Verum quia de eisdem luteribus distincte in sequentibus scriptum est, quod uidelicet quinq; ex his positi sint ad dexteram partem templi, & quinq; ad sinistram, magis in eis quinarū numeri sunt intuenda mysteria. In utraque etenim parte templi sunt bases luterū, ut utriusque dei populo sacri fontis gratiam designarent esse pandendam. Et quinq; sunt in utraque parte: ut (sicut in expositione maris, quod quinq; cubitis altum est, iam diximus) demonstraretur typice, uniuersa fidelibus quæ per quinq; sensus corporis deliquerant, p̄ lauacrum baptismatis esse remittenda. Sicut ergo in uno mari duodecim bobus supposito unitas exprimit baptismatis (quæ p̄ apostolos toto erat orbī prædicanda) ita etiam p̄ duos ordines luterum mystice ostenditur, quia gentilitas cum Iudæa in unum fidei consortium p̄ baptismatis erat undam colligenda. Quod autem quatuor cubitoꝝ longitudinis, & quatuor cubitoꝝ latitudinis, & trium cubitoꝝ altitudinis bases singulæ fuere, facile intellectu est. Longitudo etenim ad patientiam longanimitatis: latitudo ad dilationem dilectionis: altitudo pertinet ad spem supernæ retributionis. Quatuor autem sunt principales uirtutes, quibus cætera uirtutū structura iminet. Prudentia scilicet, fortitudo, temperantia, iustitia. Et ideo quaternarius erat cubitoꝝ longitudo & latitudo basium, quia sancti prædicatores siue aduersa mundi & longitudinē exitus ad laborē præsentis foris tolerēt: seu cor in dilectione sui conditoris, suorumque proximorum interna exultatione dilatent, semper operam dare uirtutibus curant: prudenter uidelicet inter bona & mala discernentes, fortiter aduersa sustinentes, cor ab appetitu uoluptatum temperantes, iustitiam in operatione tenentes. Trium uero cubitoꝝ altitudo basium, cum per exercitium uirtutum: quas compatientia malorum & dilectione bonorum exercent, continua intentione ad uisionem sanctæ trinitatis puenire satagunt.

Et ipsum opus basium interrasile erat. Et sculpturae inter iuncturas. Iuncturas dicere uidet eas, quibus ipsae luteae tabulae sibi inuicem connexae sunt: ut scilicet quatuor siue quinq; tabulis una fieret basis. Quales autem sculpturas bases in has iuncturas, id est in ipsis suis lateribus ante & retro, dextra & sinistra & supra quoque habere, subdedit aperit cum dicitur, [Et inter coronulas et plectas, leones et boues, et Cherubim et in iuncturis similiter desuper.] Non ergo plana erat ulla ex parte superficies basium, sed undique uersum myfticis sculpra figuris, quia sanctorum mentes imo uniuersa eorum conuersatio, uirtuti in omnibus gratiam praetendit, neque aliquid illos hora inanis & uacua praeterire, in qua pijs uacare operibus, uel sermonibus, uel certe cogitationibus desistant. Coronulas quippe in se sculptas habent, cum in desideria uitae caelestis quae sursum est, nunquam fraternae societatis quae iuxta est, uincula dissoluunt. Habent in se coronulas & plectas leones, cum ita ad speranda caelestia mentem erigunt, ita ad diligendos proximos dilatant, ut in peccantes quosque qui sibi commissi sunt, feruore asperae inuentionis exercere non tardet. Habet cum leonibus boues, qui ipsam inuentionem corripiendi, cum spiritu mansuetudinis exhibent, qui in feruore arguendi nunquam fessam habere unguam discretae actionis ac loquela, nunquam uerba diuinae lectionis uelut ruminando in ore uoluere cessant. [Et subter leones et boues quasi lorae ex aere dependent,] qui sancti doctores & in seueritate distractionis, qua peccantes iudicant, & in mansuetudine lenitatis, qua poenitentibus remittunt, iudicium sui timent auris forte iniuste ligando aut soluendo quempiam, iam iuste ligari ipsi habeant, & eius iudicium quod errare nequit mereantur. [Et quatuor rotae per bases singulas et axes arci, et per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se inuicem respectantes.] Quatuor rotae, quatuor sunt euangeliorum libri, qui aptissime rotis comparantur: quia sicut uolubilitas rotae citissimo cursu quocumque ducit, currit, ita sermo euangelicus iubente domino, per apostolos uniuersas in breui mundi plagas impleuit. Sicut rota superposita sibi currum terra subleuat, & subleuatum quo auriga dirigit, porrat: ita euangelica praedicationis mentes electorum a terrenis cupiditatibus, in caelestia desideria suspendit, ac suspensas ad profectum bonae actionis siue ad ministerium praedicationis, quocumque adiuuans gratia spiritus uoluerit, ducit: Nunc in sequentibus dicit, [Quia tales erant rotae quales solent in curru fieri.] Luterem autem de sanctis: Curru dei decem millibus multiplex millia latantem. Si ergo bases luteae sancti sunt doctores, qui lauacrum uitae nobis ministrant, & rotae quaternae basium, quatuor sunt libri euangeliorum: quid axes rotarum qui bases gestant, nisi ipsa eorundem sunt corda doctorum quae dum in praecipis euangelicis sedulo intendunt, eos ab infimo humeruli quo rotis antepositi ne ab axibus delabi possent obfistebant, praconia sunt prophetarum, quibus euangelica & apostolica scriptura, ne cui legentium in dubium forte ueniret, confirmat. Bene autem dicit, quod humeruli qui per quatuor partes subter luterem erant positi, contra se inuicem fuerunt respectantes, quia nimirum omnis scripturae prophetia sibi inuicem consentanea est: utpote uno dei spiritu condita. Quatuor fuere per bases singulas humeruli: uidelicet iuxta numerum rotarum. Non quia quatuor sunt tantum libri prophetici: sed quia in omnibus quae locuti sunt prophetae & Moyses, dictis quatuor euangelistarum testimonium praebuerunt: ut ex consensu utriusque testamenti, una fides & dilectio Christi, nostra omnium corda firmaret. [Os quoque luteris intrinsecus erat in capitatis summitate, et quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat, totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum et dimidium.] Os quoque luteris unius erat cubiti, propter unitatem confessionis & fidei, quia omnes in confessione patris & filii & spiritus sancti baptizantur, dicente Apostolo: Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium. Et ipsum os in capitatis erat summitate, ut ad caelestia nobis regna, per baptisma iter esse patefactum doceret. Ipse uero luter in amplitudine cubitum habet unum & dimidium: per operis nimirum perfectionem, & initium contemplationis. Integer enim cubitus in luterem perfectionem bonae designat actionis, quam absque ulla dubietate habebat ille, de quo tentatori dominus aiebat: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei

Psalm. 67.

Ephesi. 4.

Iob. 2.

similis super terram homo simplex & rectus, ac timens deum, & recedens a malo? Est uero alter cubitus diuinae uisionis, qui ex parte nonnulla etiam in hac adhuc uita retentis fide libus donari consuevit: ut idem Iob deuotio aduersario cum domino loquens, ait: Auditum auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te. Scriptum namque est in sequentibus: [Una rota habebat altitudinis unum cubitum et semis.] Et paulo post: [In summitate autem basis, erat quaedam rotunditas unius et dimidii cubiti, ita fabricata, ut luter desuper posset imponi.] Luterum quippe mensura, unius erat cubiti & dimidii, quia nimirum ea fide in fonte uitae lauamur, ut per opera iustitiae ad uitam intrare ualeamus: quamuis sine peccato dum hic uiuimus esse nequimus. Ipsam uero uitae caelestis dulcedinem gustare ex parte, ac diligere in hac interim uita, perfecte autem uidere nulla ratione ualeamus. Rota quoque uno ac dimidio cubito mensuratur, quia scriptura lectionis euangelicae, qualiter huiusmodi perfecte uelint uiuere debeant ostendit, spiritumque nobis aeternae retributionis in praesenti demonstrat: ipsam uero retributionis illius qualitatem in futuro nobis pandendam, simul & donandam esse promittit. Bases etiam ipsae unum habebant cubitum ac semis: sem amplitudinis in summitate sui, ubi luteris recipere: quia ipsi doctores summi ac ministri lauacri salutaris, opere quidem perfecti in hac uita fuissent, sed luce contemplationis ex parte sunt fructi. Unde & aiunt: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. [In hunc modum fecit decem bases fusura una, et mensura sculpturaque consimili. Fecit quoque decem luteris aeneos.] Quare decem sunt bases factae, totidemque eis superpositi luteris, supra iam dictum est. Quod uero una erat fusura mensuraque & sculptura consimilis omnium basium siue luterum, non in ea significatione factum est, quod aequalia possint esse omnium merita doctorum, sed in ea potius, quod una fides euangelii quo instituitur, unum esse sacramentum baptismi quo abluuntur, unus idemque spiritus quo omnes consecrantur electi: tamen donationes habent diuersas in ipso spiritu, qui dicitur singulis prout uult. [Quadraginta batos capiebat luter unus,] Quadragenarius numerus solet magna perfectionis typum tenere, quia nimirum quater deni faciunt quadraginta: decem autem sunt praecipua, quibus omnis nostra operatio in lege diuina praefixa est. Quatuor uero euangeliorum libri, in quibus per dispensationem dominicae incarnationis, caelestis patriae nobis est patefactus introitus. Et quia omnes qui ad mysterium baptismatis pertinent, cum fide & sacramentis euangelii fructum debent rectae operationis ostendere, apte luteris singuli in quibus holocausta lauabantur, quadraginta batos capiebant. Quod uero sequitur: [eratque quatuor cubitorum.] siue in altitudine siue in latitudine, quid significet intellectus mysterii, in promptu est: Luter enim unus quatuor erat cubitorum, uel propter sancti euangelii libros, in quibus forma nobis baptismi praefixa est, uel propter quatuor cardinales uirtutes, quibus quisque fidelis, si non frustra fidelis est, debet institui, uel certe propter quatuor mundi plagas, quibus lauacrum salutis ministratur: dicente Psalmographo, Quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos. A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Quod uero supra dixit: pariterque habebat unum cubitum, & neque ibi altitudinem, an amplitudinem significaret adiecit, uideat quia fundum ipsius luteris unius esse amplitudinis uoluerit intelligi, quae autem est mensura (nisi fallor) basis in qua positus erat quisque luter facillime conuenit, quae ita describit, [In summitate autem basis, erat quaedam rotunditas unius et dimidii cubiti, ita fabricata ut luter desuper posset imponi, habens caelaturas suas variasque sculpturas ex semetipsa. Sculptis quoque in tabularis illis, quae erant ex aere, et in angulis Cherubim et leones et palmas, quasi in similitudinem stantis hominis, ut non caelata, sed apposita per circuitum uiderentur. In hunc modum fecit decem bases fusura una, et mensura sculpturaque consimili. Fecit quoque decem luteris aeneos. Quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum. Et reliqua.] Latitudo ergo fundi in luteribus unius erat cubiti & di-

105. 42.

1. Corin. 13.

102.

Psalm. 106.

101.

102.

midij, ipsa uero capacitas luterum, quatuor habebat cubitos. Sed utrum in altitudine, an in amplitudine, an in utroque dicat, quis nouerit? [Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, et quinque ad sinistram.] Dexteram partem templi & sinistram, non istos in ipso templo, sed ante templum dicit: ad orientalem plagam uidelicet, in atrio introire, quod sacerdos proprie uocabatur. Ut autem posuit ad dexteram partem templi, propter Iudaeos qui sole iustitiae per doctrinam legis antiquitatis uel solebant. Et quinque ad sinistram, propter nos qui caco diutius corde, seruituti adhaerebamus eius qui ait: Poenam sedem meam ad aquilonem, quod est aperte dicere, illis in cordibus requiescere de sidero, quae a luce ueritatis, & flamma diuinae charitatis aliena esse considero. [Parere autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.] Et hoc in eodem atrio positum est ad orientem: Quod autem ad dexteram partem templi, hoc est quod repetit dicens, ad meridiem. Ingredientibus enim atrium ab oriente, primo diuertendum erat ad meridiem, ubi mare in ipso angulo stabat ad lauandum sacerdotibus paratum. Deinde progredientibus intro occurrebant luteri ad lauandas hostias ab utraque parte positi. Intra hos basis erat aenea, quinque cubitorum longitudinis, & quinque cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis, in qua stabat Salomon, & dedicabat templum. Deinde ultra progredientibus, occurrebat altare holocausti contra medium atrii: Deinde porticus templi, siue uestibulum, in quo erant columnae aerae circa ostium templi. Quod ergo mare posuit ad dexteram partem templi, significat nos per lauacrum baptismi ad regnum caeleste (quod iure uocabulo dextrae figuratur) debere peruenire. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Namque ubi dextra simul & sinistra in bono accipiunt, uel Iudaeam & gentilitatem, (ut in expositione basium supra diximus) uel presentem ecclesiam uitam & futuram, uel laeta & tristitia, uel aliqua designat huiusmodi. Vbi uero absolute in bono ponit dextra, aeterna sapientiae gaudia demonstrat. Quod uero contra orientem posuit mare, ad eandem prope significationem respicit, quod uidelicet per lauacrum sacri fontis splendor nobis internae claritatis aperitur: Quod ad meridianum latus atrii, significat fideles per acceptiorem sancti spiritus, ad flagrantiam solere uerax charitatis accendi. Feruor etenim meridiani solis, consuevit in scripturis, & ardorem dilectionis, & illustrationem significare sancti spiritus, per quem eadem dilectio diffundit in cordibus electorum. [Omnia uasa quae fecit Dns regi Salomoni in domo dñi de aurichalco erant. In regione Jordanis fudit ea rex in argillosa terra.] Apte in regione Iordanis uasa sunt uasa domus dñi, in quo uidelicet flumine, dñs noster baptizari dignatus est, eiusque tinctus undis aquarum nobis elementum in ablutione peccatorum conuertit. Et quia omne fidelium baptismum, quo dño consecrantur, in exemplum celebrat baptismatis illius quo ipse aquas sanctificat. Recte in regione Iordanis, uasa sunt domus dñi facta, neque enim aliter uasa electi onis & misericordiae fieri possumus, nisi & in baptismo eius quod illo in flumine subire respicientes, & ipsi uitali flumine satagimus abluere. Notandum autem quod non tantum in regione Iordanis, sed in campestri regione illius facta dicunt eadem uasa, significans multiplicationem fidelium, quae non solum in Iudaea, sed & in omnium nationum erat latitudine futura, expleta prophetia qua dicitur, Gaudebunt campi & omnia quae in eis sunt. Argillosa autem terra, de qua facta sunt formae ad fundenda uasa dñi, quid melius quam scriptura sacra (de qua regulam bene uiuendi accipimus) ualet intelligi? quasi enim argilla ignibus durata, formam uasis dñi, quanta & qualia fieri debeant, exhibet, cum nobis scriptura sacra, regulam iustitiae quam sequamur ostendit, sanctorumque nobis exempla, quae igne tribulationis inuincibiles pseuerarunt, in omnibus sequenda praemonstrat. Sed uasa in domo dñi electa ac pretiosa esse conspicimus, atque igne liquefactum quod argillae formas ingredit, qua uas posuit aptum ministerijs caelestibus effici, cum ipsi salubriter humiliati, & flamma siue diuinae claritatis, siue etiam humanae aduersitatis emolliti, uiam patrum bene operando intramus, ut ad praemia patrum bene uiuendo perueniamus. [Fecitque Salomō omnia uasa in domo dñi, Altare aureum & mensam, super quam ponerentur panes propositionis aureae.] Altare aureum, corda significat perfectorum iustorum, internae charitatis & castitatis luce corusca, quorum subli-

Marci. 16.

Psalm. 95.

mitati significanda: etiam locus conuenit eiusdem altaris. Stabat enim ante ostium sancti sanctorum, ut in factura tabernaculi manifeste legimus. In quo uidelicet altari, non hostiarum sanguis, neque libamina, sed thymiamata tantum incendebant, quorum fumus ad superiora ascendens, operiebatur arca, atque oraculum odore suauitatis implebat. In quo figura exprimebat sanctorum, qui dum neglectis temporalibus rebus cupiditatibus, tota intentione caelestia quarunt: in uicino oraculo sunt positi, nec longe sunt remoti a uelo, quo templum & sancta sanctorum dirimunt, qui corpe terra incolunt, carere scdm interiorē hominem totā hnt conuersionē in caelis. Ascenditque ab hmoi altari fumus incensorum intra sancta sanctorum, ubi arca est recedida, cum ofones sanctorum flamma charitatis excitatae, ad caelum usque perueniunt: ubi Christus est in dextera dei sedens. Non enim in hoc altari sanguis hostiarum, sed thymiamata tantum incendunt, quia tales uiri non hnt opera carnis & sanguis, quae in ara sui cordis imolantes dño maculent, sed solummodo lachrymarum & ofonum ei uota, per desiderio regni caelestis offerunt. [Fecit quoque altare aeneum viginti cubitorum longitudinis, et viginti cubitorum latitudinis, et decem cubitorum altitudinis.] Et quidem altare thymiamatis Moyses fecit in eremo, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, & duos cubitos in altitudine. Quanta autem magnitudinis, hoc superius dictum altare Salomon fecerit, scriptura praedicit, sed tamen quod altare aureum fecerit, dicit. Constat autem quia tantum facere non potuit, quantum fecit holocausti, quia si uiginti cubitorum in longitudine & latitudine factum esset, totam templi latitudinem impleret. Quanto igitur exterius erat positum altare holocausti quam incensum, quantumque genere oblationis, ac uilitate metalli ignobilius fuit, tantum quantitate mensurae & hostiarum frequentia praestabat. Quia nimis plures sunt multo quibus dicat, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: quae quae audire delectet, Si uis perfectus esse, uade, uende quae habes & da pauperibus. Nec tamen huius mensura altaris mystica ratione caret & numero. Habet enim. xx. cubitos longitudinis, & totidem cubitos latitudinis, & decem cubitos altitudinis. De quo quidē numero supra in expositione templi & uestibuli eius diximus. Sed & nunc dicendum breuiter: Quia si altare holocausti illo in ecclesia typum tenet, quod suum corpus & animam dño consecrare per ignem amoris illius querit, pseuerantia horum in bona operatione per longitudinem altaris, amplitudo in charitate dei & proximi per latitudinem, spes in expectatione diuinae uisionis per altitudinem figurat. Quod autem longitudo & latitudo altaris uicenoque erat cubitoque, magnam utique perfectionem designat eiusdem indefessae longanimitatis, ac syncerae dilectionis, quae per utriusque testamenti nobis obseruantiam tribuit. Quater enim quini, uicenoque numero complent. Quinque autem libri Moisaicae legis, quatuor sunt euangelicae libertatis. Et cum ad intelligentiam atque custodia legis spiritalis, illustrare euangelij gratia, peruenimus, uicenoque perfecto numero proficimus. Fitque idem numerus in longitudine & latitudine altaris, cum corda electorum, docente utroque testamento, & adiuuante ipso uno utriusque testamenti autore, & pseuerantiam boni operis, etiam in persecutione seruant, in hilaritate dilectionis, & etiam in eos qui sequuntur, exhibent. Denario autem numero, spes caelestium promissionum solet designari, dño affirmante, cum eos qui in uinea magni patris familias laborant, denario remuneratos esse testatur. Et idem altare quod in figura factum est electorum, ob significandam eorum uitam perpetuam, decem erat cubitis altum. Cum uero dictum est, quia fecit Salomon altare aureum, additum est cotinuo, & mensam super quam ponerentur panes propositionis aureae. Mensa autem aurea, scriptura est sacra spiritalis intelligentiae, claritate foecunda, de qua Psalmista domino: Paraisti (inquit) in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Ne enim nos aduersarij tribulantes ad errorem fluctant, mensam nobis conditor noster scientiae caelestis, per quam in fide ueritatis confortemur, parauit. Panes namque propositionis, sancti sunt doctores, quorum uel opera nobis, uel uerba salutaria, ad exemplum uitae proposita, semper in diuinis paginis quibus quis bene querit, inuenit. Unde recte apteque hndem panes in Exodo duodecim fieri praeccepti sunt, uidelicet propter apostolos duodecim, per quorum ministerium & nobis scriptura noui testamenti condita est, & instrumenti ueteris, donante domino, reuelata mysteria. Quorum nimirum numero, non tantum hndem apostoli, sed omnes sunt designati, qui uerbum praedicando, pabulum uitae fidelibus ministrant: quia omnes utique

2. Paral. 4.

22

22

Matth. 19.

Matth. 20.

Psalm. 22.

ipsam doctrinam formam, quam à domino apostoli accepere sequuntur. Quod uero in uerbis dierum legitur, quia fecit Salomon mensas decem, & posuit eas in templo, quinq; à dextris, & quinq; à sinistris, phialas quoq; aureas centum; non has mensas tam ad panes propositionis quam ad uasa domini portanda factas esse credibile est, phialas uidelicet quas pariter factas scriptura refert, thimiamateria, thuribula, & cetera quae in sequentibus leguntur; mystice possumus nonnulla intelligere. Nam quod paulo post in eodem uerborum uolumine subinfertur: Fecit Salomon omnia uasa domus domini dei, & alta re aeneum & mensas, & super eas panes propositionis: uel pluralem numerum pro singulari posuit, more scripturae usitatissimo, ut in Iesu Naue; Filij autem Israel prauarica ei sunt mandatum, & usurpauerunt de anathemate, cum Achar solus & non plures filij Israel hoc fecerunt; uel quia certe panes propositionis solebant ante fabbarum coqui, ut fabbaro mox poni possent in mensam propositionis; poruit fieri ut panes noui nouiter cocti, mox illis mensis imponerentur, ibidemq; nocte illa seruari operti, donec primo mane ablatis ueteribus super mensam propositionis ponerentur calidi. Non autem haec mensae decem à figura unius mensae propositionis discrepant. Nam sicut una mensa duodecim panibus onusta, unanimè totius scripturae concordiam auctoritatem apostolica muniam designat; ita ut non immerito decem mensae aureae, diuinae legis & prophetarum eloquia quia figurate denuntiant, quae uel refectionem nobis uerbi dei quasi panes propositionis offerunt, uel nobis exempla fidelium quasi positae in se uasae domini, claritatem & miracula proponunt. Recte autem bis quinque sunt mensae, non solum quia legislator quinq; uolumina scripsit, uerum etiam quia tota series testamenti ueteris, quinq; aetates seculi complectitur. Geminat uero numerus mensarum quinarium, & quinq; à dextris, quinq; à sinistris ponuntur; cum post incarnationem diuinam eadem scriptura siue utriusq; dei populo, iudaeo scilicet & gentili committitur, siue euangelicis plena figuris ostendit, quae quondam antiquo dei populo iuxta ipsam solum intelligenda esse putabatur. [Fecit & hydrias & fuscinulas & phialas & mortariola & thuribula de auro purissimo.] Hydriae enim, praecordia sanctorum signant, aqua sapientiae, & uino compunctionis repleta. Fuscinulae quoque quibus carnes praeparant, iidem praedicatores, quorum uerba sunt ut stimuli, & uelut clauis in altum defixit quibus suis auditoribus cibum spiritualis intelligentiae administrant, praefigurant; quorum uidelicet officium est corpus & sanguinem domini credentibus distribuere, infidelibus abnegare, de quibus in sequentibus dicitur. Phialae namque apostoli & doctores pleni uitalibus aquis. Mortariola quippe, sanctorum poenitentium labor, passioque tolerantiae, quibus mortificantur membra eorum super terram. Thuribula autem figurant uirtutes operum, uel scilicet orationes sanctorum, quibus odor suauitatis ascendit ad deum, ex conscientia pura, & fide non ficta. [Et candelabra aurea quinq; ad dexteram & quinq; ad sinistram contra oraculum ex auro puro, & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas.] Sicut enim mensae in typo sanctae scripturae recte ponuntur, quia & esurientibus sustitiam, panem uerbi dei ministrant. Et uasa fuerunt ministerij caelestis, id est iustorum nobis actus in exemplum proponunt; ita etiam aptissime per candelabra eadem diuina eloquia figurant, uidelicet quia lucem sapientiae errantibus proferunt. Hinc etenim Psalmista: Lucerna (inquit) pedibus meis uerbum tuum domine, & lumen semitis meis. Hinc etiam Salomon ait: Quia mandatum lucerna est, & lex lux. Quare autem quinq; à dextris, & quinq; à sinistris sunt posita candelabra, ex his quae de mensis tractauimus, facillime patet. Cum uero dixisset, quinq; à dextris & quinq; à sinistris, conuenienter addidit, contra oraculum. Oraculum namque ubi erat arca, ut saepe dictum est, adytum designat patriae caelestis, ubi Christus in dextera dei sedens, paternorum utique conscius arcanorum. Et candelabra templi aurea, contra oraculum sunt posita, quia diuina eloquia semper ad habitationem supernae ciuitatis aspectant, ut huius agnitionem ac desiderium nostris cordibus infundant; & eos qui originem carnis aeternam habent, ad appetendam promerendamque in caelestibus sedem perpetuae mansionis accendant. Si autem quaeris, quid inter candelabra & lucernas eorum typice distinetur possumus recte intelligere, lucernas esse uiros sanctos, qui oleo spiritu sancti infusi,

& ipsi igne dilectionis ardent in corde, & proximis lucem scientiae praefertunt in lingua. Candelabra autem quae has lucernas in sublime tollunt, ut longe lateque uideri possint in ecclesia, scripturam esse sacram: quae sanctorum nobis uirtutes, & doctrinam sua lectione demonstrant. Cui uidelicet interpretatiōi annuit sermo domini, quo dicitur de Iohanne: Ille erat lucerna ardens & lucens. Possumus etiam ita aptissime dicere, quia lucernae diuinae sunt eloga, iuxta illud Psalmista, quod & supra posuimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine, & lumen semitis meis. Candelabra autem harum lucernarum, sancti sunt omnes, qui sua & corda & corpora ferendis domini mandatis, humili semper intentione supponunt. Quisquis enim in nullo propriam sequi curat uoluntatem, uel in omnibus quae scriptura sancta dicat attendit, eiusque se subijcere mandatis, eius sagacitatem auscultare promissis, quasi candelabrum domus dei aureum aureas eius gestat lucernas: quia casta corporis sui membra, castas mentis cogitationes, ad facienda quae deus iubet supponere contendit, & hoc tam fixa intentione, quam candelabrum. Necessae est enim firmiter ad superna erectum impositas sibi lucernas, non solum absque ruina, sed etiam absque ulla status sui motione seruare. Quod uero cum dixisset [ & candelabra aurea quinq; ad dexteram, & quinq; ad sinistram contra oraculum ex auro puro ] addidit [ & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas. ] Videatur iuxta literam, quia suprema pars candelabrae, in modum sit lilij repandit deformata, quomodo in candelabro tabernaculi factum esse legimus, cuius est stipes medius, & calami ex ipso procedentes, cum scyphis & sperulis lilia scribunt habuisse per plurima. Flores autem lilij (ut saepe dictum est) amoenitatem semper uiuentis terrae uiuentium designant; de qua dicit beatus Petrus regeneratos nos à domino in spem uiuam, in hereditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in caelis. Et bene lilij flores aurei in candelabro sunt facti domus domini, quia scriptura diuina, spreto temporali gaudio, ad appetenda nos bona patriae caelestis prouocare consueuit. Et quomodo erectum in altitudine candelabrum lilij flores, & lucernas habet aureas in capite, ita electi omnes qui in eadem scriptura sacra continentur, erecto ad superna sensu, caelestia bona à domino quaesierunt & percepisse probantur. [Et cardines ostiorum domus templi interioris sancti sanctorum, & ostiorum domus templi ex auro erant.] Ostia enim domus interioris sancti sanctorum, angelica sunt ministeria, quae nobis de corpore egredientes introitum uitae caelestis referant. Et ostia domus templi, doctores sunt sancti ac sacerdotes, qui instruendo, baptizando, domini corporis & sanguinis mysteria communicando, prima nobis ecclesiae praesentis limina pandunt. Quid cardines utrorumque ostiorum, nisi sensus & corda sunt eorum angelorum siue hominum sanctorum, quibus immutabiliter contemplationi ac dilectioni sui conditoris adherent, ut eo ministerium nunquam oculos avertunt: aperientur enim & clauduntur ostia tempore congruo, sed nullo suum cardinem tempore deserunt: quia & angeli & omnes sancti, siue in hac uita fidei, seu in illa spei fideles atque electos suscipiant, semper animum in radice internae dilectionis fixum tenent. Vnde bene idem cardines ex auro esse facti perhibentur, propter uidelicet uel meritum propriae claritatis, uel illius quam habent in deum charitatis. [Et perfecit omne opus quod faciebat rex Salomon in domo domini.] Perfecit Salomon opus quod faciebat in domo domini, cum rex pacificus noster in die nouissima omnes electos resurrectionis immortalitate glorificat. Alioquin quamdiu status huius seculi geritur, facit quidem opus domus domini Salomon, sed nondum perficit, quia corda electorum dominus uel bona operentur inspirat & adiuuat. Nullum tamen in hac duntaxat uita commorantem absque peccato esse tribuit; namque hoc donum futurae uitae beatitudinis reseruat. Perficit uero omne opus templi sui, & hoc dedicationi aptum reddit, cum translatos de hac uita electos suos aeternum perducit ad regnum, quod bene significat etiam in eo quod templum quatuor annis aedificatum est, octauo autem perfectum ac dedicatum est, septem namque diebus omne hoc tempus uoluitur. Octaua est dies iudicij, & resurrectionis futurae: de qua psalmi sextus & undecimus attulati sunt. Cui uidelicet tempori conuenit apte

quod sequit̄: [Et inuit̄ quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum, et aurum et uasa, reposit̄ in thesauris domus dñi.] Argentum namq; ad nitorem eloquentiæ, aurum ad splendorem sapientiæ. Vasa generaliter ad rationalem pertinent creaturam. Sanctificat̄ q; Dauid pater Salomonis argentum, cum deus pater eloquentes quosq; gratia sui spiritus ad loquendum uerbum euangelij confortat. Sanctificat aurum, cum naturali ingenio præditos suo replens spiritu ad considerandum in lege sua mirabilia illuminat. Sanctificat & uasa, cum omnibus generaliter ecclesiæ filijs eiusdem spiritus gratia largitur, ad amanda illos, & appetenda perpetuæ salutis inflammata. Hoc aut̄ argentū, hoc aurum, hæc sanctificata uasa Salomon infert in templum, cum dñs noster peracto uniuersali iudicio omnes electos, & doctorum uidelicet, & cæterorū fidelium cœtum, in gaudium regni celestis intrōducit. Reponitq; uasa diuersi generis, argentea siue aurea in thesauris domus domini, quando eos qui multitudine dulcedinis eius frui meruerint, abscondit in abdito uultus sui, à conturbatione hominum. Et apte multi sunt thesauri, in quibus uasa electionis reconduntur, sed una domus domini in qua idem sunt facti thesauri, quia & una ecclesiā in qua oēs continent̄ electi, quantūlibet meritis distent. Et una ac nō diuersa est patria illa celestis, quæ electis promittit̄ omnibus, quamuis sicut stella à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum. Quod utrunq; iudex ipse ac distributor præmiōrū dominus, una sententiā demonstrauit, cum ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt.

## Caput VIII.

**E**t intulerunt sacerdotes arcam fœderis dñi in locum suum, in oraculum templi, in sanctum sanctorum subter alas Cherubim. Si quidem Cherubim expandebat̄ alas super locum arcæ, et protegebant arcam, et uectes eius desuper. Cumq; emineret̄ uectes et apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, nō apparerent ultra extrinsecus, qui et fuerunt ibi vsq; in præsentem diem. In arca aut̄ nō erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit fœdus dñs cum filijs Israel cum egredierentur de terra Ægypti, &c. Quod illata arca in sancta sanctorū dicitur, cumq; eminerent uectes, & apparerent summitates eorū foris sanctuarium, nō apparerent ultra extrinsecus, hoc manifestius in Paralipomenon uolumine scribitur: Vectes (inquit) quibus portabant arcam, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum. Si uero quis paululum fuisset extrinsecus, eos uidere non poterat. Vbi notandum, quia etsi uectium capita accedentibus propius ac diligentius inuentibus parebant ante oraculū, nō tñ eminerent. Quia nimis necesse erat ut clauso oraculo, & appenso ante ostia uelo, ipsi quoq; uectes toti cum arca & Cherubim abducerentur interius, quod fieri nō poterat, si prominentes ulterius uectes producendis ad claudendum ostiis locū nō darent. Quorum positionem uectium scriptura nō sine causa, sed magis intuitu sacramenti tam diligenter expedire curauit. Constat enim quia domus templi exterior, peregrinantiē in terris ecclesiā: sancta aut̄ sanctorū internam supernæ patriæ felicitatē, designat. Itē illata in sancta sanctorū arca, assumptā Chrii humilitatē, & intra uelū regiæ celestis inductā. Vectes uero quibus eadē arca portabat̄, prædicatores uerbi (p quos ipse mūdo innotuit) typice nūtriant. Erat aut̄ in arca urna aurea hñs manna, quia in hōie Chrii habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Erat uirga Aaron quæ excisa denuo floruerat, quia potestas omnis iudicandi penes eum est, cuius iudicium in humilitate passionis, uis debatur esse sublatū. Erant & tabulæ testamenti, quia in illo sunt thesauri sapientiæ absconditi. Adharebant ei uectes quibus portabat̄, quia doctores q quōdam laborarunt in uerbo Christi, nunc pñti uisione congaudent gloriæ Chrii. Qd̄ em̄ unus eorū de se dixit: Cupio dissolui, & cum Christo esse, de omnibus utiq; sui operis cōsortibus, intelligēdum relīq̄t. Apparerent summitates uectium foris ante oraculum, nō semp, sed cū ostia eiusdē oraculi aperiri contingeret. Neq; hoc oibus, sed his solūmodo q propius accedētes attētiūs ea quæ intus erāt satagebat̄ intueri. Ipsa aut̄ arca qualis & quō esset posita, solis eis q oraculū intrassent, uidere licebat. Quia nullus sanctorū in hac adhuc uita positus, tamen in altitudine se mentis attollens: sed soli illius patriæ ciuus gloriā inibi sui redemptorū

ris plene contuentur. Sunt & uectes cum arca in oraculo conditi, quia absconditi sunt nunc perfecti quicq; electi, q nos præcesserunt de mundo, in abdito uultus dei, à conturbatione hominum. Quorum tñ summitates uectium aperto oraculo his q; appropriant uisuntur, cum perfectioribus quibusq; oculum sui cordis tota intentione purificantibus, diuina gratia aliquid extremum de supernorū ciuium gaudio contemplandum, donauerit: quia nimis contemplatio his q paulo longius recesserint, minime concedit̄. Quia qñto exterius mente uaga remanent, tanto minus quæ sint interna gaudia uident. Factū est autē cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum dñi, et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria dñi domum dñi, & reliq;. Quod aut̄ nebula impleuit domū dñi, & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam, hæc sententiā superbos Iudæorū pontifices ac doctores insinuat, q dum natiuitatis Chrii sacramenta inuestigare despiciunt, debitum fidei suæ ministerium, p errores nebulam, perdidērunt. Ita eorū mētes infidelitatis caligo repleuit, ut exi gentibus proprijs meritis non agnoscut̄ cultum credulitatis. Nebula ergo synagogam, id est domum dñi impleuit, & sacerdotes propter nebulam ministrare nō poterāt, quia dum in testamento ueteri sensus mysticos literæ uelamine coopertos, inter obscuras alle goriarum caligines inuestigare despiciunt, debitum fidei suæ ministerium, propter nebulam perdidērūt. Quibus & tunc in nebula doctrinæ suæ, uocem dñs protulit, cum de se etiā aperta narrauit. Quid est em̄ apertius quā Ego & pater unum sumus? Quid apertius q̄ Ante Abraham ego sum? Sed quia auditorū mentes infidelitatis caligo cōple uerat, quasi emissum solis radium nebula interiaccens abscondebat. Et dedicauerūt templum dñi, rex et filij Israel. Templū dñi, sancta est ecclesiā, sicut supra ostensum est: hanc dedicauit rex Christus, qñ eam sanguine suo mūdauit, & spū sancti gratia sanctificauit, ac diuersis uirtutū donis multiplicauit. Hanc dedicant & filij Israel secum, qñ unusq; fidelium, secundū sibi donū collatū à deo, uerbo prædicationis & uirtutū opibus proximo suos quoscūq; ualet ad meliora & pfectiora cōuertere, satagit. Templū em̄ dñi (ait Apostolus) sanctū est, quod estis uos. Sed hanc sanctificationē, rex & populus, caput & mēbra, nō æqualiter pficiunt, quia de Chrii Iohānes ait: De plenitudine eius nos oēs accepimus, & gratiā pro gratia. Hinc Paulus dicit: Itaq; neq; q plantat, est aliqd, neq; q rigat: sed q incrementū dat deus. Sed quantū ualeat hōis dedicatio, prædictus Apostolus subsequenter exponit dicens: Qui plantat aut̄ & rigat unum sunt. Unusq; aut̄ propriā mercedē accipiet, secundū suū laborē. Dei em̄ sumus adiutores, dei agricultura estis, nos aut̄ dñi habitaculū eius cōuersando. Sequit̄: In die illa sanctificauit rex mediū atrij, quod erat ante domū dñi. Fecit quippe ibi holocaustū et sacrificiū ad ipē pacificorū, quia altare aeris quod erat corā dño minus erat, et capere nō poterat holocaustū et sacrificiū ad ipē pacificorū. Quid ergo est qd̄ Salomon sanctificauit mediū atrij, offerēs ibi holocaustū et sacrificiū: propterea, quia altare auesti qd̄ iuxta constitutionē legis ante fores templi positū erat, non poterat totū capere: nisi qd̄ Christus ea quæ in lege propt̄ infirmitatē eius p̄fici nō poterant, nunc in ecclesiā catholica plenit̄ gerit. Ipse est em̄ atriū domus dñi, p ipm̄ ingressus patet in domo dñi, in Ierusalē uidelicet celestem. Quia ergo holocausta & sacrificia omnia in altari typico ueteris testamenti nō poterant offerri, eo q; omnia ibi figuratim fiebant, rex noster & sacerdos, erexit altare fidei in ecclesiā catholica, in quo pinguis holocausta & sacrificia acceptabilia quotidie spūali deo offerunt. Hinc est q; dñs reprobans uetus sacrificiū, p prophetā ait: Holocausta & sanguinē uelutimā noluī. Et itē i psalmis: Sacrificiū laudis honorificauit me. Et illic iter qd̄ ostendat illi salutare dei. Fecit ergo Salomon festiuitatē in tēpore illo celebrē, et ois Israel cum eo multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuum Ægypti corā dño deo nostro. Quod dñs, quia fecit Salomon festiuitatē celebrē, & omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Emath usq; ad riuū Ægypti corā dño: p introitū Emath, septentrionalē terræ repromissiois plagam, p riuū siue torrentē Ægypti corā dño, ut uerba dic̄, nominant designat australe,

Nume. 34

Iezech. 48.

De quibus aliqua latius ex uerbis sancti Hieronymi ponere gratum puto esse lectori. Scriptum est in libro Numerorum, in quo omnis terra repromissionis per quatuor plagas breui sermone diuidit. Pars meridiana incipit a solitudine Sin qua est iuxta Edom, & habet terminos contra orientem mare salissimum, qui circuit australem plagam per ascensum scorpionis, ita ut transeat in Senna, & pueniant in meridiem usque ad Cadesbarne, unde egredientur confinia ad uillam nomine Adar, & tendent usque ad Asemona. Ibitque per gyrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Aegypti, & maris magni littore finiet. Pro quo in ultima uisione prophetae Iezechielis ita dicit: Plaga autem australis meridiana a Thamar, usque ad aquas Mariboth. Aquas Mariboth, id est, contradictionis. Cades quoque & torrentes usque ad mare magnum, quod significat latissimam solitudinem Sin, qua est iuxta Edom. Et in mari rubro terminum circuire, & per ascensum scorpionis & Senna & Cadesbarne, & atrium siue uillam Adar, & a Semona puenire usque ad torrentem Aegypti, quae iuxta urbem Rinocorurae mari insluit. Hic uero terminus plagae australis incipit, a Thamar quae urbs in solitudine est, quam & Salomon miris operibus extruxit, & hodie Palmira nuncupatur; Hebraiceque sermone Thamar dicitur, quae in lingua nostra palmam sonat, usque ad aquas contradictionis Cades, quae in deserto esse, non dubium est, & torrens ingrediens mare magnum, hoc quod Aegypti Palaestinaeque praetendit littoribus. Sequitur in libro Numerorum: Plaga autem occidentalis, a mari magno incipit, & ipso sine claudit, hoc est, a mari usque ad mare, a torrente uidelicet Rinocorurae, quae in mare insluit, usque ad eum locum ubi est Emath urbs Syriae, cuius in hac plaga & nomen ponitur in Iezechiele. Et plaga (inquit) mare magnum a confinio per directum donec uenias Emath, quae nunc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudelissimo tyrannorum nomine commutato. Nam cognomen tum habuit Epiphanes. Porro ad septentrionalem (inquit) partem a mari magno termini incipient, puenientes usque ad montem altissimum, quo ueniens in Emath usque ad terminos sedebat, ibuntque confinia usque ad Sephrona & uillam Enan; hi erunt termini in parte aglonis. Dicunt Hebraei septentrionalem plagam incipere a mari magno, quod Palaestinae, Phoeniciae & Syriae, quae appellatur Cele, Ciliciaeque praetenditur littoribus, & per Aegyptum tendit ad Libyam. Quod autem dicitur puenientes terminos usque ad montem altissimum, eundem Hebraei autumat uel Imaum montem significari, uel Taurum; quod nobis uidetur uerius, ibuntque, inquit, confinia usque ad Sephrona, quae Hebraei hodie Zephuim oppidum Ciliciae, uocant. Quod autem sequitur: Et uillam Enan, pro quo in Hebraeo scriptum est Aserenan, quod interpretatur atrium fontis, terminus est Damasci. Unde dicitur in Iezechiele: Et erit terminus a mari usque ad atrium Enan, siue Aser. Enan terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem plaga septentrionalis de uilla Enan Sephama, & de Sephama descendunt termini in Rebla contra fontem, inde puenient contra orientem ad mare Genezaeth, & tendent usque Iordanem, & ad ultimum salissimum cludentur mari. A fine igitur septentrionalis plagae, hoc est, atrio Enan tendunt fines usque ad Sephama, quam Hebraei Aphamiam nominant. Et de Aphamia descendunt termini in Reblata, quae nunc Syriae uocatur Antiochia. Et ut scias Rebla hanc significare urbem, quae nunc in Syria Celes nobilissima est, sequitur: contra fontem, cui proprium est significari Daphnem; de quo fonte supradicta urbs, aquis abundantissimis fruunt. Inde, inquit, puenient termini contra orientem ad mare Genezaeth, id est, ad stagnum Tiberiadis. Mare autem dicitur, cum habeat dulces aquas, iuxta idiomata scripturae, quae congregationes aquarum appellant maria. Et tendent (inquit) usque Iordanem, & ad ultimum cludentur mari, uel mortuo, uel ut alij putant, lingua maris rubri, in cuius littore Abila posita est. Quod autem sequitur in libro Regum, quod septem diebus & septem diebus, id est, quatuordecim diebus, praedicta festiuitas a Salomone & filiis Israel celebraretur, & in die octauo dimisit populos. Intuendum est quomodo in uerbis dicitur de eadem re scriptum sit. Fecit ergo Salomon festiuitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna ualde ab introitu Emath, usque ad torrentem Aegypti. Fecitque die octauo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem. Igitur uicesimo tertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, sed puto non aliud hic uelle intelligi, nisi quod

expletis diebus septem dedicationis templi, subsecuti sunt dies scenopegiae, quae a decimo mense die mensis septimi secundum legem inchoabant, & in die uicesimo secundo finiiebant. Vtrisque ergo festiuitatibus rite peractis, & scenopegiae octaua die finita, dimisit rex Salomon populos ad sua. Laetantes atque gaudentes super bona quae fecerat dominus Dauid & Salomoni & Israel populo suo. Cui sensui uidetur Iosephus suffragari, ita dicens: Dimisit ergo Salomon ecclesiam, cum sacrificia celebrasset pro se & pro uniuersis Hebraeis, id est, uitalis quidem uiginti duo, oues autem uiginti centum. Tunc enim prius in templo sacrificia celebrata sunt, & in eo epulati sunt omnes Hebraei cum uxoribus suis & filiis. Insuper etiam & festiuitate quae uocatur scenopegia, faciens ante templum clare nimis & magnifice diebus quatuordecim, & rex cum omni populo suo pariter epulatus est. Cuius quae haec fuissent sufficienter exhibita, nihilque deesset circa pietatis diuinae culturam, dimisit a rege singuli ad propria remearunt, agentes gratias regi, propter prouidentiam quam habuisset & opera quae fecisset, & orantes deum, ut eis regem preberet, longaeuo tempore Salomone. Agebant cum gaudio reuertentes sublimiter, & cum delectatione hymnos decantantes, ita ut in ea iucunditate sine labore ad propria remearent. Mystice autem hoc quod Salomon completo opere templi festiuitate celebrare fecit, sicut quibusdam uidetur, & omnis Israel cum eo multitudo magna, ab introitu Emath usque ad riuum Aegypti coram domino deo, significat internum gaudium sanctorum, quod cum rege suo Christo uero uidelicet pacifico, perpetua saliter habet: Necnon & loca ipsa quibus termini terrae Israel descripti sunt, Emath uidelicet & riuus Aegypti, huic significationi non contradicunt. Emath enim interpretatur domini ueritas, Et per riuum siue torrentem Aegypti, quae melius intelligere possumus, quam mortem temporalem quia hanc in Aegypto, id est, in tenebris istius mundi consistens, nullus euadere potest. Propheta attestante, qui ait: Quis est homo qui uiuit, & non uidebit mortem? Unde de ipso mediatoris dei & hominum, in psalmo scriptum est: De torrente in uia bibit, propterea exaltauit caput. Torrens fuit turbulenta Iudaeorum persecutio, de qua dominus Christus bibit in uia, id est, in hac uita, dum corpore perterritus, sed dum in uia dicitur, labor interior ostenditur, & uelocissimum transitus indicat, per quam itinerantes uchi solent ad aliam mansionem: Christo enim propter gloriosae meriti passiois, datum est nomen quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genua flectat, caelestium, terrestrium, & infernorum. Omnis ergo Israel a riuo Aegypti usque Emath, festum celebre cum Salomone faciunt, quoniam sancti post finem praesentis uitae, ueraciter aeternis gaudiis cum domino Christo perfruunt. Quod autem septem diebus & septem diebus eandem festiuitate celebrabant, significari potest, quod electi per sepius formae spiritus sancti gratiam illuminati, modo in hac uita (quae septenario numero dicitur discarrie) gaudent in spe; & tunc in sabbato uero, hoc est, in futura animarum rege gaudebunt in ipsius ueritatis perceptione. Quod autem sequitur: In die octauo Salomone dimisit populum quae benedicentes regi, profecti sunt singuli in tabernacula sua, laetantes a lacri corde super omnibus bonis quae fecerat dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo. Iste significare potest finem istius uitae, qui erit post sabbatissimum animarum sanctarum, quo nunc quiescunt ante diem iudicii. In octaua aetate, hoc est, in die resurrectionis sanctos recepturos corpora immortalia, & in mansionibus caelestibus quosque secundum meritorum qualitates collocandos, ubi semper alacri corde latent, gaudentes & laudantes deum, super omnibus bonis, quae in domino Christo pater omnipotens contulit omni populo Christiano.

## Caput IX.

**D**edit rex Salomon Hiram uiginti oppida in terra Galilaeae. Egressusque est Hiram de Tyro ut uideret oppida quae dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait: Haec sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et appellauit eas terram Ebal, uel usque in diem hanc. De hoc Iosephus narrat: Multum aurum & argentum Tyri rex ad aedificium contulit, insuper & ligna cedrina, & cypressina, quem Salomon quocumque magnis compensationibus redonauit, mittensque ei per annos singulos triticum, uinum, & oleum, quibus maxime rebus (eo quod habitaret in insula, sicut praediximus) indigebat. Ad haec autem & ciuitates Galilaeae regionis, uiginti numero, non procul a Tyro positas esse

ad  
adPsalms  
Psalms

philipp.

ad  
ad  
ad



donauit. Quas dum circūisset atq; considerasset, displicuisse ei donum, mittens ad Salomonem, dixit se ciuitatibus non egere, & extunc hæc appellatæ sunt terra Gabalon. Et enim interpretatum lingua Phœnicia, displicere significat. Sed Chabul quasi germen interpretatur, ut in libro Hebræorum nominum inuenimus. Quod autem hoc nomen displicere significet, non inuenimus, nisi forte per ironiam dictum sit quasi germen, cum plenitudinem fructuum non afferret. [Ædificauit ergo Salomon Gazer & Bethoron in feriozem, & Baalath, & Palmirā in terra solitudinis. Et omnes uicos, qui ad se pertinebant, & quæ erant absq; muro muniuit &c.] Vrbes uero quas ædificasse Salomon dicitur, hoc est, Mello, & murum Ierusalem, Hezer, Mageddo, & Gazer, Bethoron, Baalath, & Palmiram, sanctæ ecclesiæ decorem significant; quam uerus Salomon in iucunditate regni sui ad laudem & sempiternam lætitiā sibi præparauit. Interpretatur autem Mello adimpletio; Hezer, separatus, uel sanctificatus; Mageddo, cenaculum eius; Gazer, præfatio, uel diuisor; Bethoron, domus montium; & Baalath, ascendens interpretatur. Sancta ergo ecclesia, ipsa ciuitas dei uiri est, ubi impletur quotidiē dei uoluntas. Hæc superato omni errore infidelium, sanctificata est in fide & bonis operibus. Ibi refectio uirtutum est, hæc discernit mundum ab immundo, uirtutes à uitijs. Et domus est montium, id est, habitatio sanctorum. Et fructus iustitiæ sicut palma florens, ascendit de uirtute in uirtutem, ut uideat deum deorum in Sion. Omnes uicos qui ad se pertinebant & qui erant absq; muro muniuit Salomon. Quia Christus cœtus fidelium suorum, gratiæ suæ protectione ita munuit, ut hostibus spiritalibus insuperabiles semper existerent. [Uniuersum populum qui remanserat de Amorreis, & de Bethæis, & Phereæis, & Heuæis, & Jebusæis, qui non sunt de filijs Israel. Horum filios qui remanserant in terra, quos scilicet non poterant filij Israel exterminare, fecit Salomon tributarios usq; in diem hanc. De filijs autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam, sed erant uiri bellatores & ministri eius, et principes et duces, et præfecti currum, & reliq;.] Uniuersum populum qui non fuerat de filijs Israel, fecit pacificus noster tributarios, cum eos qui non sunt in filio rum numero, sed in seruili conditione positi, in potestate sua continet, & singulis uirtutibus ad proprium seruitium. Siue enim Iudæi, siue gentiles, siue hæretici, in eius dominatio ne consistunt, quia ipse uniuersorum dominator est, & eis utitur ad suam utilitatē, in cuius uoluntatem uniuersa sunt posita, & non est qui possit resistere uoluntati eius. Tales licet in multis aduersentur, tamen frequenter usibus seruiunt ecclesiæ, cum in præsentē tē pore necessaria tribuunt, & de rebus suis solaria præbent. De filijs autem Israel, hoc est, qui non ancilla filij sunt, sed liberæ, quos ipse filius dei sanguine suo liberauit, non constituit Salomon noster seruire quēpiam; quia neminem cogit ritu gētili uiuere, neminem ceremonias ueteris legis temporibus noui testamenti seruare. Sed uiros bellatores esse, qui contra spirituales nequitiās scuto fidei, & gladio spiritus dimicent, & ministros suos fieri, hoc est, spirituale obsequium in bonis operibus sibi præbere. Et principes & duces scilicet, ut bene sibi principentur, & carnis lasciuiam doment, siue ut subditos sibi bñ regant, & in semita iustitiæ ducant. Quod autem sequitur, [Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subiectum populum, & statutis operibus imperabant.] Quid significat, nisi quod hi qui spiritu sancti gratia legis domini scientiam habere merentur, ipsi & semetipsos & alios bene regere possunt? Quinquagesimo ergo die post pascha in ueteri testamento, lex in monte Sina eributa est. Et in nouo super apostolos, & eos qui cum ipsis erant spiritus paracletus uenit. [Offerebat quoq; rex Salomon tribus uicibus per annos singulos holocausta & pacificas uictimas super altare, quod ædificauerat domino, & adolebat thymiana coram domino.] Offert quoq; pacificus noster tribus uicibus per annos singulos holocausta dño in membris, cum per sanctæ trinitatis fidem hostiam acceptabilem exhibet deo. Offert enim unusquisq; fidelis holocausta domino, cum corpus suum castigando macerat, & tota desideria carnis igne spiritu sancti consumere festinat. Offert pacificas hostias, cū bonorum operum munus exhibet, Offert uictimas, cum uota laborum suorum in laudem

psalm. 83.

domini expendit. Et hæc omnia super altare quod ædificauerat domino offerre debet, quia in ara cordis ubi decet ignem diuinum semper ardere, hoc est, flammam charitatis semper feruere, quicquid in abstinentia, quicquid in bona operatione, quicquid in gratia rumactione elaborat, iustum est, ut totum suauitate spū sancti offerat deo. Sicq; adolebit thymiana coram domino, quando orationem puram in cordis secreto præparat deo, & ea quæ sunt deo digna & placita postulat. Cæterum qui transitoria possidet, & quæ ad luxum seculi pertinent, non coram domino adolere thymiana dicitur, quia non in pura conscientia orare comprobatur. [Classē quoq; fecit rex Salomon in Assiongaber, quæ est iuxta Haylam in litore maris rubri in terra Idumæa. Hicq; Hira in classe illa seruos suos uiros nauticos, & gnaros maris, cum seruis Salomonis. Qui cum uenissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.] Assiongaber ferè esse insula haud procul ab Hayla in rubro mari, ubi classis Iosaphat uel tempestatis attrita est. Ophir autem nomen prouinciæ, ex Ophit uno de posteris Eber nominatam, ex cuius stirpe ueniens à fluuio Cophne, usque ad regionem India, quæ uocatur Hæriam habitasse referuntur, ut Iosephus narrat. Classis itaq; quæ fecit Salomon in Assiongaber, quæ festinantes, aut fortes, siue uiriliter interpretatur, non aliam esse puto, quam ecclesiam fidelium, quæ in mari istius mundi posita studium impendit thesauros sapientiæ & scientiæ, opesq; uirtutum acquirere, ubi sunt serui Hiram nautici & gnari maris cum seruis Salomonis, dum gentiles seculari sapientiā eruditi, cū his qui in lege Moyse periti sunt, in unitate fidei sociantur. Hos ergo Salomon noster in Ophir (quæ interpretatur infirmans) mittit, ut sumptum inde aurum ad se deferant, cū suauitate literæ sensum pretiosum fidelium querere. Et sic accepta summa quadringentorum uiginti talentorum auri ad regem deferunt, cum sensum pretiosum historiæ allegorice & tropologicè exponunt, atq; anagogen in duobus testamentis inueniunt, & cum sapientiæ, & consilio diuino ascribentes tribuunt.

## Caput X.

**S**ed et regina Saba, audita fama Salomonis, in nomine domini uenit tentare eum in ænigmatibus. Et ingressa Ierusalem cum multo comitatu & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, uenit ad Salomonem, & locuta est ei uniuersa quæ habebat in corde suo. Regina autem Austri quæ à finibus extremis, excitata ueniens, Salomonis audire sapientiā concupiuit, iam tunc uenturam de gentibus ecclesiam desiderantem Christum figurabat, quæ iuxta prophetiam circūamicta est uarietate in uestitu deaurato, & populi sui & paternæ domus oblita cur rebat, barbara gente non animo, quæ in aperto peregrina fuit, sed in loco culto sanctoq; fieri cuius optabat. Vnde non solum cælesti præmio resurrectionis beata, sed etiam potestate apostolica, de Iudæis adulteris iudicandis, ipsius iudicij digna censet, quia Christum in Salomonem mirata, uerum reginæ cælestis affectum imagine mystica ecclesiæ prouidentis impleuerat. Hinc ipsa regina Saba uiso Salomone & gloria eius, stupens super prudentiam eius, dixit: [Uerus est sermo, quem audiui in terra mea super sermonibus tuis et super sapientiā tua, et non credebam narrantibus mihi, donec ipsa ueni, et uidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Quia & sapientiā tuā & opera tuā, q̄rumoꝝ quæ audiui.] Qd bñ cōuenit sanctæ ecclīæ, quæ auditis miracul' Chri, prouocata est ad querendum eum. Sed postquam ad ipsum peruenit per baptismum & fidem, consideratis sanctæ scripturæ testimonijs, diuinitatis eius potētiam agnoscens, parum ei uideatur esse omne quod sibi antea de eo narratum est, in comparationem perceptæ gratiæ. Vnde & admirando in laudem eius erumpit, dicens: [Beati uiri tui, et beati serui tui qui stant corā te semper & audiunt sapientiā tuā. Sit dominus deus tuus benedictus, cui complacuit, et posuit te super thronum Israel, eo quod dilexerit dominus Israel in sempiternum, et constituit te regem, ut faceres iudicium et iustitiā.] His quoq; similia & Psalm, in desiderio regni cælestis exardescēs ex p̄sona eoz̄ tulit, dicēs

psalm. 44.

Psalm. 83

1. Corin. 2.

Psalm. 106.

1. Ioh. 14.

Josephus.

1. Ioh. 6.

1. Ioh. 9.

Canticos.

Ephe. 6.

Quamabilia sunt tabernacula tua dñe uirtutu, cõcu. & deficit aña mea in arua dñi. Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum uiuũ. Et paulo post Beati (ait) q habitant in domo tua, in seculũ feculi lau. te. Illi uero beati sunt, quoz rex est Chrs; & quia æterna uisio ne eius p̄ruu merent, & gloriã eius quã habet cũ p̄se & sp̄s sancto consp̄icere, & sapiam per quã ipse mundus corde dignat se oñdere, perpetuã percipere latant. Sicq; proba bunt uerz esse hoc quod scriptũ est; quia nec oculus ui. nec auris au. nec in cor hois ascen. quã p̄parauit deus diligentibus se. [ Rex aut Salomon dedit reginã omnia quã uoluit ⁊ petiuit ab eo, exceptis his quã vltro obtulerat ei munere regio. ] Quia pacificus n̄, ue ra reginã ecclesiã uidelicet suã, oĩa quã petit, dabit. De quo scriptũ est: Desideriũ cor dis eius tribuisti ei, & uoluntate labioꝝ eius nõ fraudasti eam. Et in euãgelio ipse dicit Quacũq; petieritis p̄sem i no. meo, dabit uobis. Non solũ aut ea quã petimus, imò etiã illa quã hũana fragilitas, aut nescit, aut nõ p̄sumit petere, gratuita munere largit. [ Fe citq; rex de lignis t̄nis fulera domus dñi, ⁊ domus regie ⁊ citharas lyrasq; cantoribus. Non sunt allata huiuscemodi ligna t̄na, necq; uisa vsq; in presẽtẽ diẽ. ] De quo Iosephus ita narrat: Eodem uero tpe delati sunt regi, a terra quã uocat aurea, lapides p̄tiosi, & li gna t̄na, qbus usus est ad fortitudinẽ tẽpli domuumq; regalũ, & ad instrumẽta musico rum, fecitq; citharas & nablas, ut diceret hymnũ deo leuitã. Oim uero rex quã fuerit quocũq; tpe regi delata, ea quã illo die delata sunt, magnitudinẽ & pulchritudinẽ p̄cel lebat. Nullus igit arbutref, qã ligna t̄na quã nunc p̄pter p̄tium uendentũ sic appellant, illis uicina sint. Illa siquidẽ uisioẽ rotũda q̄si pinea sunt, sed multo cãdidiora & ualde ful gẽtia. Hoc aut dixi, ut nullus naturam uerã pinus ignoraret. Sunt em̄ (sicut in cuiusdã uolumine legi) impu trabilia & spinosa, in similitudinẽ albã spinã, & usq; hodie Iudãia incognita. Bene aut d̄, q rex Salomon de lignis p̄tiosis nimis fecerit fulera domus dñi ⁊ domus regie, & citharas lyrasq; cantoribus; quia conditor n̄ ligna p̄tiosa, hoc est, do ctores sanctoꝝ, quoz uiror nunq̄ decreuit fidei, nec folia uerboꝝ decidunt; sed q fructũ bonoꝝ opeꝝ reddũt t̄pibus suis, ad munimen domus dei & domus regie, hoc est ad cõ firmationẽ ecclesiã suã ponit, ut eoz undiq; uallata doctrinis & exẽplis, ruina eoz sce lesq; nõ sentiat. Talesq; uiri merito ut citharã & lyra ad laudandũ dñm fabricari dicunt; qm̄ quãcũq; fecerint, prosperabunt; & laudem dñi inter aduersã & p̄spera, corde, ore, s̄ mul & opere p̄ntiari nõ cessant. Hi q̄cquid agũt in uerbo aut opere, oĩa in gloriã dei fa ciũt. De qbus ex persona dñi per propheta d̄; Super muros Ierusalẽ cõstitui custodes, tota die & tota nocte nõ tacebũt laudare nomẽ dñi. [ Fecit quoq; Salomon ducẽta scu ta de auro puro. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnus ⁊ trecentas peltas ex auro probato. Trecentã enim minã auri vnã peltã uestiebãt. Posuitq; eas rex in domo syl uã libani. ] In uerbis quoq; diez ita scriptũ est: Fecit igit rex Salomon ducẽtas hastas au reas de summa sexcentoꝝ aureoꝝ, q in hastis singulis expendebantur. Trecentã quoq; scu ta aurea trecentoꝝ aureoꝝ, qbus tegebant scuta singula. Posuitq; ea rex in armamento rium, quod erat consũtũ nemore. Scuta ergo simul & hastã aureã qbus utebant (sicut in sequẽtibus oñdit) duces q excubabant añ ostium domus regis; qd significant nisi arma turam sp̄ialem, quã habent p̄dicatores sancti, q custodiunt domũ dñi, & excubant ad ostia eius, ut callidis insidiatoribus intercludant aditum, ne decipiant innocentes. de q bus in Canticos canticoz scriptum est: Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, oĩmes tenentes gladios & ad bella doctissimi, quia & presẽtẽ ecclesiã quierẽ ac pacem p̄dicatores sancti, cõtra hæreticoꝝ tuent incursum, & internam caelestis patriã requie perfectiores quoq; fixa intentione speculant. Bene aut iterando adiungit; Lex fortissimis Israel. ] Israel q̄ppe, uir uidẽs deũ interpretat. Oes quidem q ad diuinã ul sionis gaudia tendũt, recte Israel noie censent. Sed fortissimi (ingit) in eis sunt utiq; illi, q siue caelestis dono speculatiõis sublimant, seu p̄dicatiõis misterii rite peragendũ suscipi unt. Qui & apte sexagenario sunt nũero designati, qã tales nimis; denariũ æternã retrã buritiõis p̄fectiõẽ bonã opatiõis expectãt. [ Oes tenẽtes gladios & ad bella doctissimi. ] Illos tenẽtes gladios, de qbus dicit A plis; et galeã salutis assumite, et gla. sp̄s, qd̄ e uer, dei

Ad illa bella doctissimi, de qbus idem admonet, dicens: Induite uos armaturã dei, ut pos sitis stare aduersus insidias diaboli. Quia nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sang. sed aduersus principes & p̄tates &c. Et recte doctissimi; qã bellandi magna arte indigẽt, q carne inclusi, in terris positi, cõtra spiritalia neq̄tia, in caelestibus certant. Magna arte, imò magna dei grã indigẽt, cũ contra archangelũ tot millibus annoꝝ ad bella exercita tiũ, carnis fragilitas pugnat. Recte ergo ducẽta hastã de summa sexcentoꝝ sicloꝝ factã sunt, qã uerũq; testamẽti doctrina & opatione p̄fecti esse noscunt, cum q̄cqd sermone docuerint bonis exẽplis p̄bauerunt. Nec nõ & ducenta scuta quoz singula trecenti aurei uestiebãt, p̄fectam fidẽ eoz significãt, quam in sanctã trinitatis cõfessione habebãt. Bene ergo custodes domus dei hastas & scuta aurea portãt, qã sancti p̄dicatores q sunt eccle sia sanctã custodes, claritate supnã sapia splendẽtes, & uerboꝝ iaculis inimicos cõfodi unt, & scuto sacra fidei tela neq̄simi ignea repellentes extinguũt. Quod aut adiungit, [ Posuit ea rex in domo syluã libani. ] apte huic mysterio cõgruit. Quid ergo sylua liba ni, nisi gentiũ ecclesiã significat, quã de fastu supbia abscessã, in fabrica domus dei conue nient aptat; Vnde & p̄ Psal. d̄, Ecce audiui mus eã in campis syluã &c. [ Fecit ergo rex Salomon thronum de eboze grandẽ, ⁊ uestiuit eũ auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus. Et summitas throni rotunda erat in parte posteriori, ⁊ duã manus hinc atq; inde tenentes sedile, ⁊ duo leones stabãt iuxta manus singulas; ⁊ duode cim leuiculi stãtes super sex gradus hinc atq; inde. ] Soliũ ergo qd̄ rex Salomon fecit, bñ ecclesia sancta esse intelligit, in q̄ pacificus n̄ regnans, iudicia sua facere dinoscit; qã aña iusti, sedes est sapia. Et bñ de eboze illud factum esse memorat, q nõ ad solas diuitias in telligamus aptatũ, sed qm̄ elephas cuius hæc ossa sunt nimia castitatis asserit, q in q̄dru pedia & sensu plurimũ ualet, & temperant miscet fœmina sua; ⁊ cõiuge secunda non utit. Hoc pudicis animabus decet aptatũ est, qã illã ebur fuisse noscunt, quã p castitate Chri dñi p̄cepta secuta sunt. Hanc uestiuit auro fuluo nimis, qã splendorẽ gloriã suã i ea clarescere fecit, cum p signa & miracula maiestatis suã potentia oñdit. Habebat autẽ thronus iste sex gradus. Quid p senariũ numẽ, nisi bonoꝝ opeꝝ p̄fectio designat; Sex diebus p̄fecit mundi ornatũ, & septimo regeuit ab opibus suis. Siquidẽ & senarius pri mus est nũerus, q suis partibus p̄fectus esse dinoscit. Habet em̄ medietatẽ triã, tertiã par tem duo, sextam unũ; unũ uero, duo, & triã, sex sũt. Igit quia & sex atatibus mĩdus cõ stat, in qbus licet operari q̄sq; ad calestẽ patriã puenire desiderat, bonis opibus ascẽdere festinet, qã nisi bonis actibus ascẽdat, illuc minime puenit. [ Et summitas throni rotũda erat, in parte posteriori. ] Quid em̄ rotũditas throni in parte posteriori, nisi requie æter nã, quã post hanc uitã sanctis futura est, significat; ubi q̄sq; hic bñ laborat, mercede ope ris sui remuneratus, perenni quiete perfruet. Vnde & in Canticos canticoz de hoc ipso throno sub alio exẽplo cõmemorat ubi d̄, Ferculũ fecit sibi rex Salomon de lignis liba ni, colũnas eius fecit argenteas. Reclinatoriũ aureũ, ascensum purpureũ, media charita te cõstrauit. Ferculum inde dictum, qd̄ uel resistentiũ & discubentiũ in cõuiuio corpo ra ferat, uel ipsũ de loco ad locũ solet p t̄pis oportunitate circũferri. Cui merito san cta ecclesia comparat, quã credẽtes ad æternã uitã refectiõẽ p̄dicatoꝝ suoꝝ mysterio circũfert. Ferculũ itaq; regis n̄si, sancta ecclesia est, quã de fortibus p̄ribus q̄si lignis ce drinis, impu trabilibus mẽtibus est cõstructa. Quã recte ferculũ d̄, qã ipse fert quotidie animas ad æternũ conuiuũ conditoris sui. Cui ferculo colũna argenteã factã sunt, qã p̄dicatores sancti, eloquiũ luce resplendent. Est aut colũnis argenteã reclinatorium aureum, quia per hoc quod a sanctis p̄dicatoribus lucide d̄, mentes audientiũ fulgo re claritatis intimã, in qua reclinent, inueniũt. Item reclinatorium in ferculo fecit, cum spem perpetuã quietis fidelibus promisit: Tollite (inquit) iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requie animabus uestris. Et hoc reclinatoriũ fecit aureum, quia requiem nobis æternã diuinã suã uisiois gloriã co ruscã p̄parauit. Et non nisi purpureus ad hoc ferculum ascensus inuenitur, quia nul lus ecclesiam (nisi sacramentis dominicã passionis imbutus) ingreditur. Vnde ipse ait;

Ephe. 6.

Psalm. 131.

Sapient. 7.

Gen. 2.

Canticos.

Matth. 23.

Nisi mandu. carnē filij hoīs, & bi. eius sang, nō habebitis uitā in uobis. Qui mādu. meam car. & bibit meū sang. habet uitā aeternam, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Media charitate cōstrauit propter filias Ierusalē. Ea ipsa uidelicet charitate, q̄ pro nobis passus est. Maiorem em̄ hac charitatem nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Et hoc est quod addidit, propter filias Ierusalem, id est ppter aīas celestiuū desiderio flāgrātes. Quāto em̄ maiorē deus charitatē suā nobis p nobis patiēdo cōmēdauit, tāto plures ad se reclamandū ac p se patiendū accendit. [ & duæ manus hinc atq; inde tenētes sedile. ] Quid ergo duæ manus tenētes sedile Salomōis significāt, nisi solatia diuinā gr̄æ, quæ sanctam ecclesiā ad celeste regnū puehunt? Et hæc apte p binariū numerū descripta sunt, quia in utroq; testamēto hoc p̄dicat, hoc maxime cōmēdat, q̄a non nisi p diuinum adiutoriuū aliqd̄ bonū p̄fici p̄t. Vnde ipsa ueritas dicit: Sine me nihil potestis facere. [ Et duo leones stabāt iuxta manus singulas. ] Quid p leones, nisi p̄ses utriusq; testamenti figurant, q̄ per fortitudinē animi & sibi & alijs dñari bñ didicerunt? Duo ergo leones iuxta manus stabāt, q̄a in lege & in euāgelio sancti p̄ses q̄cqd̄ boni fecerūt, nō sibi, sed deo deputauerūt. Vnde & Psal. dicit: Non nobis dñe nō nobis, sed no. tuo da glo. Sup misericordia tua & ueritate tua. Et Apostolus: Gr̄a (inqr) dei sum, id qd̄ sum. Et itē. Qui gloria, in dño gloriē. [ & duo decim leuiculi stātes super gradus sex hinc atq; inde. ] Quid p duodecim leuiculos, nisi p̄dicatoꝝ ordo, q̄ apostolicā doctrinā sequit, significat. Hi ergo supra sex gradus hinc atq; inde stant, q̄a bonoꝝ opoꝝ gressus hinc & inde, suis doctrinis atq; exēplis munire certāt, ne pius labor bñ incipientiū in opando uacillet, sed rectitudinē habeat ingressu uirtutū. Hinc scriptū est: Fortitudinē & decor indumentū eius, & ridebit in die nouissimo. Surrexerūt filij eius & p̄dicauerūt, bt̄issimā uir eius, & laudabit eā. Multæ filiaē cōgregauerūt diuitias, tu suppressa es uniuersas. Sequit, [ Sed & oīa uasa de quibus porabat rex Salomon erāt aurca, & uniuersa supellet domus salus libani de auro purissimo; nō erat argentū, nec alicuius p̄ctij putabat in diebus Salomonis. ] Oīa uasa quæ pacifici n̄i mīserio fungunt, aurea sūt: q̄a oēs animæ sanctoꝝ quæ sunt uasa dei, ut uolūtati deseruiāt diuinæ splēdore sapiētia & dilectiōis n̄rētes, cōtinent potum q̄ uitā est, & sit in eis fons aquæ salētis in uitā aeternā. Nec alicuius p̄ctij argentū putabat in diebus Salomōis, q̄a scdm̄ Apostolū: Non est in sermōe uerbū dei, sed in uirtute. Et p̄dicatio euāgelij nō in psuasibilibus hūanæ sapiæ uerbis cōsistit, sed in ostentatiōe sp̄s & uirtutis, ut fides n̄ra nō sit in sapiā hoīm, sed in uirtute dei. Vnde ipsi ait: Non oīs q̄ dicit mihi dñe dñe, intra. in reg. ca. & c. Et itē, Qui soluerit unū de mādatis istis mīnimis, & docuerit sic hoīes, mīmus uocabit̄ in reg. celoꝝ. [ Deserebat ergo Salomōi aurū de Tharsis & argentū, dētes elephantoꝝ, & simias, & pauos. ] Quid aurū, argentū ue significet, notū est. Ceteroꝝ dentes elephantoꝝ possunt doctores, fortes, prop̄ nitorē sapiæ designari. De q̄bus sponsa d̄r, Collū tuū sicut turris eburnea. Per simias uero q̄ actus humanos imitari uident, sed bestialit̄ uiuūt, eos q̄ ad fidē ex gentibus ueniūt, qui fidē tenere uident, & opibus fidē negāt. Per pauos q̄pe quorū caro si siccata fuerit, impuribilis pmanere d̄r, q̄ pennarū pulchritudine uestiunt, p̄fectos igne tribulatiōis decoctos, adeo ut uarijs uirtutibus decorent, & incorruptionē fidei ac mētis retineāt. Quāq; si ad uirgines referri uelint, accipe possumus hæc de Tharsis fortit̄ cōseruet. Qd̄ aut̄ subdit, [ Non ē factum tale opus in uniuersis regnis. ] Aptē sanctæ ecclesiæ cōuenit, de q̄ scriptū ē, uide licet de falsis amarisq; fluctibus huius seculi ad Salomonē n̄m deferunt. Tharsis, exploratio gaudiū d̄r. [ Magnificatus ē rex Salomon super oēs reges terræ diuitijs & sapiā, & uniuersa terra desiderabat uidere vultum Salomōis, ut audiret sapiām eius, quā dederat deus in cor eius. Et singuli deferēbant ei munera, uasa argentea & aurea, uestes & arma bellica & c. ] Bene ergo dictum est, q̄ magnificatus sit rex Salomon sup omnes reges terræ: quia pacificus noster sup omnem celsitudinem sanctorum, q̄ reges uere dicit, exaltatur, & nullus ei coꝝquari p̄t. Qm̄ quis in nubibus æquabit̄ domino, aut quis similis erit deo inter filios dei? Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus & metuendus super omēs qui in circuitu eius sunt. Et item; Magnus dñs noster & magna uirtus eius,

Iohann. 15.

Psalm. 115.

Matth. 7.

Matth. 5.

& sapientia eius non est numerus. Vnde & Iohannes dicit: Et uidimus gloriā eius gloriā quasi unigeniti a p̄re, plenū gr̄a & ueritate. Et uniuersa terra desiderat uidere uultum regis n̄rī: quia uniuersa ecclesia sanctorum hoc solūmodo appetit, ut ad cōspectum gloriæ eius pueniat. Cum per prophetam d̄r, Tibi dixit cor meum, quāsi uultum tuum, uultum tuum dñe requiram. Et alibi: Sicut ceruus (inquit) desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Et singuli deferunt ei munera, dum unusquisq; scdm̄ id quod uires sibi suppetunt, in uerbo seu factis, obsequium student præstare deo.

Caput XI. Et XII.

**R** Et autem Salomon amauit mulieres alienigenas multas, filiam quoq; Pharaonis, & Moabitidas & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Berbeas, de gentibus super quibus dixit dñs filijs Israel: Non ingredimini ad eas, neq; de illis ingredientur ad uestras. Et reliq;. [ Iam porro de ceteris operibus Salomonis, quid dicam, quem uehement̄ arguit sancta scriptura, atq; condemnat: nihilq; de pœnitentia eius, uel de indulgentia dei omnino cōmemorat, nec prorsus occurrit, quid ad salutē in allegoria boni significet, hæc est, stenda uorago submersio. Nisi forte dicat quis mulieres alienigenas, quāq; amore exarserat, significare ecclesiās electas ex gentibus. Posset hoc fortasse non absurde intelligi, si illæ propter Salomonem desererēt deos suos, & cōfiterent deum eius. Cum uero ipse propter illas offendit deum suum, & coluit deos earū, non est quid inde boni coniectari possit. Nec tñ nihil arbitror significare, sed malum, sicut de uxore filiabusq; Lot diximus. Apparet em̄ in persona Salomonis mira excellētia, & mira submersio. Quod igit̄ in illo diuersis t̄pibus extitit, prius bonum & posterius malum: hoc in ecclesia in isto adhuc seculo simul uno t̄pe ond̄it. Nam bona illius, bonos ecclesiā; mala aut̄ illius, malos ecclesiā; significare puto, tanq̄ in unitate illius arca. Sicut in illo uno hoīe bonos in granis, malos ī paleis; aut in unitate unius segetis, bonos in tritico, malos in zizanijs. [ Factum est igitur in tempore illo, ut Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inuenit eum Abias Silonites propheta in uia, opertus pallio nouo. Erāt aut̄ duo tantum in agro. Apprehendensq; Abias pallium suum nouū quo opertus fuerat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dñs deus Israel: Ecce ego scindā regnum de manu Salomōis, & dabo tibi decē tribus. Porro una tribus remanebit ei propter seruū meū Dauid, & Ierusalē ciuitatem, quā elegit ex omnibus tribus Israel & c. ] Illud quod post mortē Salomōis decē tribus a domo Dauid, & a tēplo sepatae sunt & duæ relictae, satis indicat qd̄ de tota illa gente Apostolus ait: Reliquiaē ppter electionē gr̄æ salua factæ sunt. Ieroboam uero q̄ decem tribus a domo Dauid & a tēplo dei separās ad idololatriā pduxit, significat hæreticos q̄ dissensionem amant, & unitatē fidei catholice hæresibus scindūt, ac sic cultui malignoꝝ spirituum subsequentes tradunt. Interp̄tāt Ieroboam, diiudicans populū. Nam & hæretici diiudicare populū uident, cū erroris sui sequacē faciunt. Cui rei bñ cōueniunt uerba prophetae Abiaē Silonitis q̄ missus est ad Ieroboam, ita dicens: [ Tolle tibi decem scissuras. Hæc em̄ dicit dñs deus Israel: Ecce ego scindam regnū Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Porro una tribus remanebit ei ppter seruū meū Dauid, & Ierusalē ciuitatē, quā elegit ex oībus tribubus Israel. ] Decem em̄ scissuras Ieroboā accepit, cū legis præcepta uiolanda corripuit. Et una tribus cū sobole Dauid remāsit, dum fors electoꝝ iuxta apostolī cam doctrinā, in regula fidei catholice pmanit. Quia unus dñs, una fides, unū & baptisma. Deniq; Ieroboam filius Salomonis, q̄ utili senioꝝ cōsilio relicto, adolescentiū cōsiliū secutus est, licet de domo Dauid fuerit, tñ in uia eius nō gradiebat. Fecit em̄ Iudas (scriptura teste) in illis diebus malū coram dño, & irritauerunt eū sup oībus quæ fecerant p̄ses eoꝝ in peccatis suis quæ peccauerant. Aedificauerūt aut̄ & ipsi sibi aras & statuas & lucos sup oēm collē excelsum, & subter oēm arborē frōdosam. Sed & effeminaei fuerunt in terra, feceruntq; omnes abominatiōes gentium, quæ attriuit dominus ante faciem filiorum Israel. Significat ergo malos rectores in ecclesia, qui terrenis cupiditatibus dediti, negligunt curam habere subditorum, & delectantes in multitudine sibi

Iohann. 11.

Psalm. 41.

22

22

22

22

22

22

22

Roma. 9. D.

Ephesi. 4.

3. Reg. 14.

obsequetium, nec tamen condignam habent sollicitudinem sibi commissorum. Interpretatur autem Roboam latitudo populi. Et bene latitudo populi nominari possunt, qui latam & spatiosam uiam gradientes, per quam multi uadunt ad mortem, angustam uiam quæ paucorum est, & ad æternam uitam ducit, ingredi detrectant: relictoque sanctorum patrum consilio, quorum dicta & exempla ad celsitudinem tendunt perfectionis, eligunt iuuenum obtemperare præceptis, hoc est, eorum qui iuuenilibus desideriis mancipati laudibus iniquis & adulationibus eos grauant, & fit in eis quod per prophetam dicitur, Quilibet populus, talis est & sacerdos. Omnes enim à minimo usque ad maximum auaritia studeant, & cæci cæcis ducatum præbentes, in foueam perditionis pariter cadunt. Quibus comminatur sapientia dei, dicens: Vae tibi terra cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Et e contrario de sanctorum populo, & rege eorum Christo laudando subsequitur, dicens: Beata terra cuius est rex nobilis, & cuius principes uescuntur in tempore suo, quia omnia quaecumque fecerint prosperabuntur.

## Caput XIII.

**E**cce uir dei uenit de Iuda in sermone domini in Bethel, Ieroboam stante super altare, & thus iacente. Et exclamauit contra altare in sermone domini, & ait: Altare calare, hæc dicit dominus. Ecce filius nascetur domui David Josias nomine, et inmolabit super te faceret dotes excelsorum, qui nunc in te stura succedunt, & ossa hominum incendet super te. Et reliqua. Igitur propheta qui à deo missus fuerat in Bethel, ut increparet Ieroboam super idololatria quam gessit, & à falso propheta seductus, comedit ibi & bibit contra præceptum domini, & propterea à leone in uia occisus est: quid significat nisi qui in prosperis eleuatur corde & ita ut præcepta domini contemnat, à leone qui circuit rugiens quærens quem deuoret, dente persuasionis malignæ laniatus, per consensum peccati interficitur: ac per hoc necessarium est semper quarere auxilium omnipotentis dei, atque defensionem ipsius, ex toto corde sperare in misericordia eius. Quid enim est homo cui uilibet sit meriti, si conditoris sui protectione deseratur? Quæ nimirum protectio minus necessaria creditur, si semper habeatur: sed utiliter plerumque subtrahitur, ut si bimeti ipsi homo, quam sine illa nihil sit ostendatur. Manus igitur dei aliquando nos nobis per aduersa insinuat, quæ nescientes nos in prosperis portat, quia destituti dum cade te incipimus, & tamen adiuti retinemur, et doctrina fit, quod in lapsu trepidamus, & custodia quod in statu permanemus. Nemo ergo se alicuius uirtutis æstimet, etiam cum quod fortiter poterit: quia si diuina eum protectio deserat, ibi repente eneruiter obruit, ubi se ualenter stare gloriatur. Quid est enim quod uir dei contra altare Bethel ad prophetandum directus, præsentem rege, autoritatem liberæ uocis exercuit, eiusdemque regis extensum brachium in rigore mirabiliter astrinxit, quod tamen mox misericorditer saluti restituit, cuius in domo inuitatus comedere noluit: quia ne in uia comederet, prohibitionis dominicæ præcepta seruauit. Qui tamen in eadem uia & seductus comedit & passus interijt. Qua in re quid subtili consideratione colligimus, quid (ut ita dixerim) formandæ suspicamur, nisi quod forsitan apud semetipsum tacitus, & pro præceptis dominicis regem se contempsisse gloriatus, ab interna mox soliditate quassatus est, & inde ei in opere culpa surripuit, unde sibi gloria in corde surrepsit: ut propheta falsi uerbis deceptus disceret, quia nequaquam propriæ fortitudinis fuerit, quod ad regis uerba restitisset. Bene autem et eius ore mortis sententiam accepit, cuius seductione à uitæ præceptis deuiavit, ut inde poenam ueraciter fumeret, unde culpam negligentem admisisset. Hic autem manifeste ostenditur, quod peccatum inobedientiæ in ipsa fuerit morte laxatum, quia idem leo qui uiuentem præsumpsit occidere, ausus contingere non est occisum. Qui enim occidendi habuit potestatem, de occisi cadauere comedendi licentiam non accepit. Quia is cui culpa in uita fuerit punita, erat iam iustus ex morte. In hoc facto ostendit, quod nemo se alicuius uirtutis æstimare debet, etiam cum quid fortiter (sicut dictum est) poterit. Iste enim quia præceptis dominicis regem contempsisse gloriatus corruit, ut propheta falsi uerbis deceptus disceret: quia non propriæ fortitudinis fuerit, quod regi restitisset.

## Caput XIII.

**I**n quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sefac rex Aegypti in Ierusalem, et tulit thesauros domus domini, & thesauros regios & uniuersa diripuit. Scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta aerea, & tradidit ea in manum ducum scutarioꝝ, & eorum qui excubabant ante ostium domus regis. Quibus ingrederetur rex in domum domini, portabant ea qui præcundi habebant officium, & postea ea reportabant ad armamentarium scutarioꝝ. Et reliqua. De quo rege in libro Paralipomenon plenius narratur, ubi hoc modo legitur: Anno autem quinto regni Roboam, ascendit Sefac rex Aegypti in Ierusalem, quia peccauerunt domino, cum mille ducibus curribus, & sexaginta millibus equitum. Nec erat numerus uulgi qui uenerat cum eo ex Aegypto, Libyes scilicet & Trogloditæ Aethiopes, Cepitque ciuitates munitissimas in Iuda, & uenit usque Ierusalem. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem fugientes Sefac, dixitque ad eos: Hæc dicit dominus, Vos reliquistis me, & ego reliqui uos in manu Sefac. Consternatique principes Irael & rex dixerunt: Iustus est dominus. Cumque uidisset dominus quod humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos: Da boque eis pauxillam auxiliij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sefac. Veruntamen ei seruient, ut sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. Recessit itaque Sefac rex Aegypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus domini & domus regis, omnia que secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex aeneos, & tradidit illos principibus scutarioꝝ, qui custodiebant uestibulum palatii. Quid ergo per figuram hoc insinuat, quod propter peccatum Roboam Sefac rex Aegypti de domo domini thesauros abstulit, & thesauros regios, nisi quod mali rectores propter negligentiam suam regem Aegypti, hoc est, principem tenebrarum in Ierusalem typicam prouocant in ecclesiam, uidelicet sibi commissam: ubi ipsi ad tempus dominari uidentur, qui thesauros domus domini, & thesauros regios auferunt, cum scientiam sanctarum scripturarum simul & operam uirtutum ab incautis & desideriosis abstrahunt? Sefac ergo, byssus cilicij, siue gaudium cilicij, interpretatur. Et quia byssus subtilitatem significat: cilicium uero, quod de caprarum fetis conficitur, peccata: quid melius in bysso cilicij, quam uersutia fraudis diabolicæ, in persuasionem peccatorum accipi potest? Sefac enim Ierosolymitanas opes auferunt, cum diabolus qui callide decipit, & gaudet in multitudine peccatorum, ecclesiasticos quosque à scientia spiritali, & opere uirtutum depredat, eosque qui uidebantur in ecclesia decori esse, spoliatos secum in barathrum perditionis suæ, demergit: necnon & illud quod idem rex scuta aurea quæ fecerat rex Salomon abstulit, pro quibus fecit rex Roboam scuta aerea, & tradidit ea in manum ducum scutarioꝝ, ad eundem sensum respicit. Salomon enim scuta aurea condens custodiens domus suæ dedit, cum redemptor noster spirituales scientiæ per duo testamenta doctoribus ecclesiæ ad uerendam plebem suam commendauit. Hanc antiquus hostis, per incuriam rectorum abstrahit, quia cum intenti sunt rebus terrenis, minusque curant de cælestibus, officio pristino & scientia denudatos, quasi in domo propria opibus spoliatos, dereliquit. Denique tales cum sensu spiritali priuatos se conspiciunt, per eloquentiam uerborum copiam quarunt, quatenus eorum sonoritate, uelut scutorum aereorum firmitate, tutamen contra hostes pro subiectis sibi opponant. Sed quanto æs est uilius metallo auri, tanto inferior est uana eloquentia, ueræ eloquentiæ fructu. Unde per quendam sapientem de eloquentia dicitur: Vbi plurima uerba, ibi frequenter ægestas. Et in psalmis ita legitur: Vir inquisitiosus prædiriget super terram. Nam de sapientia ita scriptum est: Sapientia pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, non ualent ei comparari. Longitudinarius in dextera eius, in sinistra illius diuitiæ & gloria. Qui uero opportunam defensionem ecclesiæ uult exhibere contra hæreticos & contra omnes inimicos sapientiæ, utique que ad miraculo hoc debet perficere. Nec eloquentia aliquid ad hoc sine sapientia proficit, imò plurimum nocet. Porro quod legitur in sequentibus, quod bellum fuerit inter

Roboam & Ieroboam, & Asa regem Iuda, atq; Baasa regem Israel cunctis diebus eorū, non aliud significare puto, quam quod sancta ecclesia quæ in unitate fidei persistit, bellū habeat semper cum hæreticis & schismaticis, & omnibus qui uiolare contendunt fidem catholicam. Omnes enim (ut ait Apostolus) qui pie uolunt uiuere in Christo, persecuti onem patientur: quia draco antiquus persequitur mulierem infidians calcaneo eius, & ipsa conterit caput eius. Asa enim tollens siue sustollens, & Baasa confusio uel siccitas interpretatur. Et bene ecclesiæ populus tollens siue sustollens dicitur, qui metem suam ad superna desideria suspendēs, cōfusionem terrenarum cupiditatum, cum earum suggestore diabolo, spernit; ac uelut sicca & inutilia contemnit.

## Caput XV.

**F**actus est autem sermo domini ad Iehu filium Anani contra Baasa, dicens: Pro eo quod exaltante depulnere & posuisti ducem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in uia Ieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, ut me iritates in peccatis eorum. Ecce ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius, & faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabath. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes, & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedet eum uolucres cæli. Hæc uerba contra omnes peccantes, & contra omnes hæreticos & paganos, maxime prolata sunt. Quippe qui peccatis pristinis, peccata semp noua adiungunt, & malorū exemplis deprauatis uisceribus peiores fiūt. Demetam (inquit) posteriora Baasa, & posteriora domus illius, & faciam domum eius sicut domum Ieroboam filij Nabath. Demetit dominus posteriora Baasa, cum peccata iniquorum post finem uitæ ulciscitur. Demetit & posteriora domus eius, cum imitatoris illorum æternis cruciatibus damnat. Et faciet domū Baasa sicut fecit domū Ieroboam filij Nabath. Ipsi peccatores in iniquitate sua perseuerantes, simul cum diabolo & angelis eius, inferni cruciatibus tradet. Baasa enim (ut diximus) confusio, uel siccitas interpretatur; Ieroboam uero diiudicans populum; & Nabath, spontaneum resonat. Qui ergo confusiones errorum & peccatorum sequitur, & uirorum gratiam spiritalem habere negligens, in ariditate peccatorum usq; ad finem uitæ perseuerat, posteriora eius uelut diaboli dementur, qui propria uoluntate superbiendo sibi mortem generat. Et tunc populum perditorum uelut diiudicare uidetur, cum non iudicium æquitatis, sed damnationis in eis exercere dignoscitur. Tunc enim peccatorum atq; omnium iniquorum posteriora demententur cum capite suo diabolo, quando iudex uiuorum & mortuorum in fine seculi, dicturus est his q; ad sinistram eius stabunt, Disceditis a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & socijs eius. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Qui mortuus (inquit) fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes, & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum uolucres cæli. Quid est ergo mortuum esse in ciuitate, nisi quemlibet fidentem in ecclesia perseuerantem, criminibus capitalibus obnoxium esse? In ciuitate exgo moritur, qui intra ecclesiam dei, opera prauitatis exercet. Ille enim ore canum laceratur, cum sententijs sanctorum doctorum, increpatur, arguit, atq; damnatur. De quibus, uidelicet canibus, in psalmo scriptum est, Ut canes circuibunt ciuitatem. Canes enim a canendo dicti sunt. Ciuitas autem illa, quam canes isti circueunt, Ierusalem est, uniuersaliter per mundum diffusa; hæc ergo circuisse Paulum, salutaris generis humani testant epistolæ, quæ p uniuersas gentes uelut sacra diuina tonuerunt. O canē istū beatū, q; populos persequitur infideles, fures abigit, & ouilia sancta custodit, cuius latratus p totū mundū q̄si grauissona tuba cōcrepuit. Qui em̄ mori ait ex Baasa in regione, comedēt eū uolucres cæli. Illi em̄ ex Baasa, hoc est, ex corpore diaboli, confusione plenissima in regione moriunt, q; extra ecclesiā separati idololatriæ aut hæresi b<sup>o</sup> ore atq; ope nefario deseruiūt, hos em̄ uolucres cæli comedūt, illa uidelicet uolucres, de quibus i euāg. dñs dicit, in pabolas semētis, secus uia semē sparsum, uolucres cæli comedisse. Tūc em̄ istæ uolucres eos comedūt, qñ onustos pctis secū ad æternū rapiūt interitū,

2. Timo. 3.

Matth. 25

psalm. 58.

Matth. 13.

Anno tricesimo primo Asa regis Iuda, regnauit Amri super Israel duodecim annis. In Thersa regnauit sex annis. Emitq; montem Samaritæ a Somer duobus talentis argenti, & edificauit eum, & uocauit nomē ciuitatis quam extruxerat nomine Somer domini montis Samaritæ. Hoc quomodo factum sit, Iosephi uerba manifestant, in quibus ita scriptum est: Tricesimo autē anno regis Asa, Ambri suscepit imperium, & tenuit annis duodecim. Quorum sex quidem annis fecit in Thersa, reliquos autem in ciuitate quæ Mareson appellabatur, a Græcis uentē Samaritæ. Hic uero nominauit eam Samareton a Samaro quodam, qui ei montem auē dederat, in quo constituerat ciuitatem. In nullo differat prioribus regibus, nisi quod peior erat. Et addidit Achab in opere suo irritans dominum deum Israel, super omnes reges Israel, qui fuerant ante eum. In diebus eius ædificauit Abiel de Bethel Jericho. & reliq;. Quod scriptum est de temporibus regni Achab. In diebus eius ædificauit Abiel de Bethel Jericho. In Abiram primogenito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius. Patet sensus, quia cum præfata conditor urbis fundamenta illius ponere inciperet, primogenitus eius, quod uocabatur Abiram mortuus est. Et cum urbe ædificata portas munire tentaret, nouissimum filiorum suorum cognomento Segub amisit. Quod ita futurum Iosue cū eam destructam anathemati traderet imprecando prædixit. Maledictus, inquit, uir coram domino, q; suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamēta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Quia uero Abiel de Bethel destructa a Iosue atq; anathematizata Iericho mœnia restaurat, cum quis eorum qui in ecclesia habitum religionis assumpserat, ad agēda scelera quæ ei dominus lesus in die baptisimatis condonauerat, redit: quasq; ipse anathematizauerat diaboli pompas, luxuriose uiuendo reperit: cum errorum dogmata, uel gentilium fabulas, ueritati ecclesiastica qua imbutus est quasi de Bethel egrediens ruinas Iericho resuscitat. Meritoq; talis coram domino maledictus, & primum filiorum in fundatione nefariæ ciuitatis, & nouissimum in portarum positione amittit, quia & fundamenta fidei a quibus bona ædificia inchoare, & claustra bonæ actionis quibus perfici debuerat, perdit.

## Caput XVII.

**E**t dicit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Uiuu dominus deus Israel in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum domini ad eum, dicens: Recede hinc & uade cōtra orientem, & abscondere in torrente Carith qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruisq; præcepi ut pascant te ibi. Abijt ergo & fecit iuxta uerbum domini: Lunq; abisset sedit in torrente Carith qui est contra Iordanem. Corui quoq; deferebant ei panem & carnes mane: simul iter panem & carnes uesper, & bibebat de torrente. Post dies autem aliquantos siccatu est torrentis, non enim pluerat super terram. Priusquam allegorice quid ista significant differamus, libet inquirere iuxta moralitatem, quid est quod ait: Uiuu dominus in cuius conspectu sto. Sciendum est quod duobus modis in conspectu domini ueniāmus, cum in extremo iudicio ante tribunal eius assistimus. Nā quoties conditoris nostri potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu illius stamus. Vnde recte nunc per uirum dei Eliam dicitur: Uiuu domus deus Israel in cuius conspectu sto. Hic iustus in conspectu domini stat, ut fideliter uiuat, illic ut ueraciter coronam uitæ accipiat. Thesbites igitur unde Elias Thesbites dicitur, ciuitas est Galaaditis regionis. Cæterum spiritualiter Elias rectius dei filio assimilatus est, cui & autoritas & nomen ueri dei congruit: Elias enim dominus deus interpretatur, siue fortis deus, quod nomen substantialiter dei filio inest, autoritatem sibi uidelicet faciendi quid uelit naturaliter uindicās. De quo per Psal mistam dicitur: Fortis dominus potens in prælio. Thesbites autem captiuus siue conuertens, interpretatur: sicut & de domino scriptum est: Conuertere domine captiuitatem nostram. Et sicut Melchisedec in scripturis (qui utiq; typum gessit saluatoris) origo taceatur: ita & Eliæ, in illius enim præfiguratione genus minime narratur, cum subito nomen illius introducit, ex qua tribu uel familia ortus sit minime proferat. Torrens Cifon

11  
12  
1314  
15  
16  
1718  
1920  
21  
22  
23  
24  
25Psalm. 23  
Psalm. 123

qui & Carith, qui interpretatur cognitio, siue concisio, uel diuisio, Iudaico populo congruere certissimum est. Panes uero & carnes ex quibus Elias ministrantibus coruis paratus est, opera pietatis & obsequium, quod eidem domino a fidelibus ex populo Iudaorum exhibitum est, praefigurasse non dubium est. Siccatio torrentis abolitionem significat legis, quam adueniente saluatore, in carnalibus obseruationibus defecisse certum est. Nonnulli uolunt aliter intelligi, quod nobis dissonum esse uidetur, quibusdam in locis. Absconditus est (inquiunt) Elias noster in torrente Carith, qui interpretatur caluus, & ibi de torrente bibit, cum in caluariae loco, ubi abscondita est uirtus gloriae eius, de torrente mortalitatis nostrae dominus gustauit. Corui autem pascebant Eliam deferentes ei panem & carnes mane & uesper, cum gentilitas de nigredine peccatorum ueniens, Christo domino salutem nostram esurienti, panem fidei & spem resurrectionis per gratiam eius illuminata, offert. Mane uidelicet, euangelicae praedicationis. Et item panem & carnes uesper, similiter defert, cum eandem fidem usque ad finem mundi seruans incontaminatam, cum carnis resurrectione ueniendi iudici praesentat. [Post dies autem aliquantulum siccatus est torrens,] Quia consummato cursu praesentis uitae, absorpta erit mors in uictoria: etiam ultra mors non erit, neque luctus, neque clamor, quae prima abierunt. Hanc etiam intelligentiam prudenti lectori relinquimus, si hanc sibi eligere uoluerit, quia nobis de coruorum refragare uidetur intellectu. [Factus est igitur sermo domini ad eum dicens: Surge & uade in Sarepta Sidoniorum & manebis ibi, praecipi enim tibi mulieri uiduae, ut pascat te.] Mittitur Elias pasceus ad alienigenam uiduam, haec igitur uidua gentium designat ecclesiam, quae a suo diutius conditore deserta, populorum fidei uerae, & rectae ueritatis nescium, quasi pauperem filium egenae stipe nutrebat, id est, uerbi fructu ex parte docebat, donec adueniens sermo propheticus, qui exiccato uellere Israelis (ut pote clausa caeli ianua) fame periclitabatur in Iudaea, pasceretur ibi, simul & pasceret, & receptus uidelicet a credentibus, & reficiens ipse credentes. Unde bene haec eadem uidua, in Sarepta Sidoniae dicitur esse morata. Sidonia quippe inutilis uenatio, Sarepta uero incendium, uel angustia panis interpretatur, quia ubi abundauit peccati, superabundauit & gratia. Vbi rebus superuacuis acquirendis, quasi occupandi cura impeditur, ubi dirae sitis incendii panisque spiritalis antea fiebat angustia, ibi farina oleumque ore propheterico benedicuntur. [Quae uolebat duo ligna colligere priusque moreretur,] Non hic solo ligni nomine, sed etiam numero lignorum, signum crucis exprimitur, quo nobis est panis uitae praeparatus aeternae. Benedicuntur farina eius & oleum, hoc est, gratia corporis dominici & chrisimatis unctio, siue fructus & hilaritas charitatis, quae cum impenditur, non defecisse dicitur: Hilaris enim datorem diligit deus. Vidua autem ista quam dominus non frumenti, sed uerbi pane pascebat, eadem ipsa est, de qua dicitur in psalm. Vidua eius benedicens benedicam, & reliq. Illam scilicet, de qua & Paulus ait: Mortuo uiro, quibus uolet nuptijs libera est, quia deficiente legis litera (cuius finis Christus est) ad gratiae libertatem transitum faciens, ecclesia uidelicet ad Christum, quasi uidua legis nupsit. Huius nunc in uasis oleum gratiae & benedictionis farina non deficit, in omnibus ferè gentibus fame manente, quarum cibus uitae esuriam ac fidei trinitatis in ediam, congrue praefigurauit illa quondam triennio fames. [Factum est autem post uerba haec, aegrotauit filius mulieris matris familias: & erat languor eius fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus.] Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi uir dei? Ingressus es ad me, ut remeaueris iniquitates meas, & interficeres filium meum? Et ait ad eam: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius & portauit in cenaculum ubi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & reliq. Hic actus Elias, de suscitato mortuo filio uiduae, apud quam hospitabat, & cuius benedixit farina & oleo, bene exprimit actum redemptoris nostri, in resurrectione populi ad fidem conuersi. Quae enim haec uidua melius intelligi potest, quam synagoga Iudaorum, quae Moyse morte uiduata filium nutrebat paruulum, hoc est, populum carnalem Iudaorum. Hic ergo ad ingressum Elias, hoc est, saluatoris nostri infirmabatur, quia in eum non credendo sed spernendo, ualida febre infidelitatis aegrotauit, Vn

1. Corin. 15.  
Apoca. 21  
Istae. 15

22  
22  
22

Roma. 8.

2. Corin. 9

Psalm. 131

22  
22  
22  
22  
22  
22  
22

de & mater ipsa conquerendo de infirmitate pueri, ad prophetam dicit: [Quid mihi & tibi uir dei? Ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates meas, & interficeres filium meum?] Cum synagoga Iudaorum de aduentu saluatoris conuerit, quasi ipse esset causa interfectionis populi Iudaici. Hinc est, quod Caiphas conspirans de nece Christi, ad turbam ait: Expedi enim ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et uenient Romani & tollent nostrum locum & gentem. Sed sicut propheta dei, uerbis uiduae non exasperatus quin potius miseratus ait ad eam. [Da mihi filium tuum: Tulitque eum de sinu illius et portauit in cenaculum ubi ipse manebat & posuit super lectulum suum & expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, clamauitque ad dominum & ait: Domine deus meus reuertatur oro anima pueri huius in viscera eius.] Ita & redemptor noster non exasperatur malitia Iudaorum, sed miseratus populi credentis, tulit eum de sinu matris, cum eum tulit de carnali obseruatione legis. [ & posuit super lectulum suum.] hoc est, demonstrauit ei uitam habere in morte sua. [Expanditque se tribus uicibus, atque mensus est super puerum.] cum trinitatis fidem illi praedicando & faciendo insinuat. Et clamans ad patrem, dixit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et item: Pater (inquit) clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam aeternam. Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum, deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. [Expanditque se tribus uicibus, atque mensus est super puerum.] cum dominus noster populum saluans credentem, signa & miracula ostendebat incredulis, ut agnoscerent ueraciter illum uiuere, qui credit in nomine eius. Et sic ueniet, ut uerba mulieris admirantis de suscitato puero, plebs Iudaica ueritate superata, praecamet ad Christum ac dicat, [Nunc in isto cognoui, quoniam uir dei es tu, & uerbum domini in ore tuo uerum est.]

Iohan. 11.

22  
22  
22

Iohan. 17.

22  
22

22  
22

#### Caput XVIII.

**P**ost dies multos uerbum domini factum est ad Eliam in anno tertio, dicens: [Clamare & ostendete Achab, ut dem pluuiam super faciem terrae.] Tres anni famis, scientiam sanctae trinitatis, populo Iudaorum uel in toto mundo defuisse praefigurabant. Sex uero menses ad opus bonum pertinent, quod penitus desiderat ab illis, de quibus propheta dicit: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Abdias princeps exercitus Israel, cuius nomem interpretatur seruus domini, illos quodammodo praesignabat, qui ex principibus Iudaorum crediderant & erant occulti discipuli domini, ut Nicodemus & ceteri. Nam quod ait ad populum: [usque quo claudicatis in duas partes?] ita potest intelligi: Illi enim utroque pede claudicant, quod deo pariter & diabolo obsequium prestare cupiunt. [Iuit ergo Elias ut ostenderet se Achab, Erat autem famis uehemens in Samaria. Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suae. Et reliq.] [Quod autem Elias congregans uniuersum Israel, contra prophetas Baal disceptabat, illisque frustra nitentibus, ipse altare domini curauit quod destructum fuerat, & tulit duodecim lapides iuxta numerum trium filiorum Jacob, ad quem factus est sermo domini, dicens: Israel erit nomen tuum; et edificauit de lapidibus altare in nomine domini. Fecitque aqueductum quasi per duas aratinnulas in circuitu altaris, & composuit ligna diuisitque per membra bouem, & posuit super ligna, & ait: Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum & super ligna. Rursumque dixit: Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent secundo, ait: Etiam tertio idipsum facite; feceruntque & tertio. Et currebat aquae circa altare, & fossa aquae ductus repleta est. Et reliq.] [Quod conuenientius figurare potest, quam quod redemptor noster contra mundi principem eiusque satellites decertans ac superans, altare domini quod destructum fuerat, hoc est, fidelium suorum corda ab omni labe iniquitatis purgans, aram deo dedicat: Quae ex duodecim lapidibus constructa esse memoratur, quia ex his qui prophetam & apostolicam fidem seu doctrinam sequuntur, gratissima deo ara construitur, in

Psalm. 13.

22  
22

22  
22

22  
22

22  
22

qua quotidie sacrificium laudis in odorem suauitatis offert. **L**fecitq; aqueductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris, ex cōtrito uidelicet corde, & humiliato spiritus flumina producendo lachrymarum pro timore gehennae, & desiderio uitae aeternae. Ibi & composuit ligna, quia & sanctorum dicta & facta ad exemplum credentibus constituta. Diuisitq; per membra bouem, & posuit super ligna, cum omnes actus suos ad exemplum sanctorum patrum fideles formare docuit. Iussitq; super holocaustum & super ligna semel, iterum, atq; tertio, aquam infundere; quia omni tempore necesse est nobis uerba, cogitatus, atq; opera nostra, in pura oratione atq; compunctione lachrymarum mundare; & non prius cessare, quam fossae aqueductus repleant, id est, donec futurum gaudium, praesenti memoriae succedens, perfecte compleatur. Sicq; erit iuxta id quod sequitur, **I**gnis de caelo cadens ad inuocationem. **E**lias, uorant holocaustum, ligna & lapides, puluerem quoq; & aquam quae erat in aqueductu lambens. Quod cum uidisset omnis populus, cecidit in faciem suam & ait: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus. **Q**uando discrimen superni iudicis, dicta & facta, ac totam uitam nostram perfecte examinans, probandos nos sicut igne probatur argentum, immortales ac beatos factos in sede collocabit per petua; ut ad instar uiroorum Israelitarum in aeternum gratulando canamus: **D**ominus ipse est deus, ipse fecit nos & non ipsi nos. Nos autem populus eius & oues pascuae eius. **M**undato itaq; altari domini, & consumptis holocaustis, dixit Elias propheta del ad populum: **A**pprehendite omnes prophetas Baal, & ne unus quidem fugiat ex eis. Quos cum comprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison (qui interpretatur duritia eorum) & interfecit eos ibi. **S**ic quoq; redemptor noster adueniente die iudicis, mittet angelos suos & colligent omnia scandala de regno eius, & eos qui operantur iniquitatem, & mittent eos in stagnum ignis & sulphuris, ubi est bestia & pseudoprophetae, ubi & missus est diabolus qui seducebat eos, & cruciabantur ibi secundum duritiam & impenitentiam cor eorum, die ac nocte in secula seculorum. **P**ost haec Elias ascendit in uerticem Carmeli, & protinus in terram posuit faciem inter genua sua, & dixit ad puerum suum: **A**spice & ascende contra mare: Qui cum ascendisset & contemplatus esset, ait: **N**on est quicquam. Et rursum ait illi: **R**euertere septem uicibus. In septima autem uice, ecce nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari. Et reliqua. **Q**uid in hac re significatur, nisi quod nascente Christo dei filio inter homines, & tenera rudinem carnis nostrae accipiente, postquam mortem gustauit, & uictor de mundo ad caelos ascendit, imbrem gratiae diuinae per septiformem spiritum de supernis ad terram misit, qui nos a peccato mundaret, & spirituales fructus gignere faceret.

## Caput XIX.

**T**imuit Elias et surgens abiit quocumque cum ferebat uoluntas. **V**enitq; in Beraabece Iudae, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum uiam unius diei. **L**ungus uenisset & sederet subter uiam iuniperum, petiuit animae suae ut moreretur, & ait: **S**ufficit mihi dñe, tolle animam meam, neq; enim melior sum q̄ p̄res mei. **P**rofecitq; se, & obdormiuit sub umbra iuniperi. Et reliq;. **S**ancti uiri qui subleuante spiritu, ad summa rapiuntur, quamdiu in hac uita sunt, ne aliqua elatione superbiunt, quia buisdam tentationibus reprimuntur, ut nequaquam tantum proficere ualeant, quantum uolunt. Sed ne extollantur superbia, etiam sit in eis ipsarum quadam mensura uirtutum. **H**inc est enim quod Elias dum tot uirtutibus in alta profecisset, quadam mensura suspensus est, dum Iezabel postmodum, quamuis reginam, tamen mulierculam fugit. **P**erpendo quippe hunc mirae uirum uirtutis ignem de caelo trahere, & secundo quinquagenarios uiros, cum suis omnibus petitione subita concremare, uerbo caelos a pluuijs claudere, uerbo caelos pluuijs aperire, suscitantem mortuos, uentura quae praesidentem; & ecce rursus animo occurrit, quo pauore ante unam mulierculam fugit. **C**onsidero uirum timore percussum, de manu dei mortem petere nec accipere, de manu mulieris mortem

fugiendo uitare. **Q**uarebat enim mortem dum fugeret, dicens: **S**ufficit mihi, tolle animam meam, neq; enim melior sum quam patres mei, & obdormiuit sub umbra iuniperi. **V**nde ergo sic potens, ut tot illas uires faciat? **V**nde sic infirmus, ut ita foeminam pertimescat? nisi quia dispensationes superni nutus, mensura occulti libraminis appenduntur, ut ipsi sancti homines & multum ualeant per potentiam dei, & rursus quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam. **I**n illis uirtutibus Elias quod de deo acceperat, in istis infirmitatibus, quid de se poterat, agnoscebat. **I**lla potentia uirtus fuit, ista infirmitas custos uirtutis. **I**n illis uirtutibus ostendebat quod acceperat, in istis infirmitatibus hoc quod acceperat, custodiebat. **I**n miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus seruabatur. **E**t ecce angelus tetigit eum, & dixit illi: **S**urge, comede. **R**espexit, & ecce ad caput suum subniceritius panis, & uas aquae. **C**omedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit. **R**euerfusq; est angelus domini secundo, & tetigit eum, dixitq; illi: **S**urge, comede. **G**randis enim tibi restat uia. **Q**ui cum surrexisset, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem dei Horeb. **E**t reliqua. **Q**uid ergo hic Elias bis passus ab angelo exprimit, nisi naturae infirmitatem? **Q**uibus non sufficit simplex passus, sed duplex, quatenus ad superna ualeamus ascendere. **S**icut enim corpus sine alimento corporali subsistere nequit, ita nec anima uiuere potest sine uerbo dei. **A**ngelus enim qui Eliam pascit, quem congruentius quam ipsam summi consilii angelum significat, cuius ope tam in corporali quam etiam in spiritali natura subsistimus? **A**mbulauit enim Elias postquam surrexerat a somno, & comedit & bibit, in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usq; ad montem dei Horeb. **S**ic & nos dum inertia somnum a nobis excutimus, necesse est ut diuino solatio confortati, gressum honorum operum per omne tempus uitae praesentis summo opere continuemus festinemusq; ascendere in montem dei, & in locum sanctum eius, ut ibi requiem inueniamus aeternam. **L**ungus uenisset illuc, mansit in spelunca. **E**t ecce sermo dñi ad eum, dixitq; illi: **Q**uid hic agis Elias? **E**t ille respondens ait: **Z**elo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel. **A**ltaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam ut auferant eam. **E**t ait ei: **E**gredere, & sta in monte coram domino. **E**t ecce dominus transiit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & contereus petras ante dominum. **N**on in spiritu dominus. **E**t post spiritum commotio. **N**on in commotione dominus. **E**t post commotionem ignis. **N**on in igne dominus. **E**t post ignem sibilus aurae tenuis. **Q**uod cum audisset, Elias operuit uultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncae, & ecce uox ad eum, dicens: **Q**uid hic agis Elias? **E**t ille respondit, **Z**elo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel. **A**ltaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam ut auferant eam. **E**t ait dominus ad eum: **V**ade, & reuertere in uiam tuam per desertum in Damascum. **C**umq; perueneris illuc, unges Hazael regem super Syriam, & Iehu filium Namsi unges regem super Israel: **E**liseum autem filium Saphat, qui est de Abelmehula unges prophetam pro te. **E**t reliqua. **S**piritus autem domini montes euertit, & petras conterit, quia pavor qui ex aduentu eius irruit, & altitudinem cordis nostri despicit, & duritiam liquefacit. **S**ed spiritu commotionis & ignis, non esse dominus dicitur: esse uero in sibilu aurae tenuis non negatur, quia nimirum cum mens contemplationis sublimitate suspenditur, quicquid perfecte conspiciere praevalet, deus non est. **C**um uero subtile aliquid conspicit, hoc est, quod de incomprehensibili substantia aeternitatis audit. **Q**uasi enim sibilum tenuis aurae percepimus, cum saporem incircumscripae ueritatis contemplatione subita subtiliter degustamus: tunc ergo uerum est, quod de deo cognoscimus, cum plene nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus. **V**nde bene illic subditur, **Q**uod cum audisset Elias, operuit uultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncae, & ecce uox ad eum, dicens: **Q**uid hic agis Elias? &c. **A**

Post auræ tenuis sibilum uultum suum propheta pallio operuit, quia in ipsa subtilissima contemplatione ueritatis, quanta ignorantia homo tegatur, agnoscit. Vultui namque palium superducere est, ne altiora mens quaerere audeat, hanc considerationem propriæ firmitatis uelare; ut nequaquam intelligentiæ oculos, ultra se præcipitanter aperiat, sed ad hoc quod apprehendere non ualet, reuerenter claudat. Qui hæc agens, in spelunca ostio stetit, describitur. Quid namque spelunca nostra est, nisi hæc corruptionis habitatio, in qua adhuc ex ueritate retinemur? Sed cum aliquid percipere de cogitatione diuinitatis incipimus, quasi iam in spelunca nostræ ostio stamus. Quia enim progredi perfecte non possumus, ad cognitionem tamen ueritatis inhiantes, iam aliquid de libertatis aura captamus. In ingressu ergo speluncæ stare, est represso nostræ corruptionis obstaculo, ad cognitionem ueritatis incipere exire. Vnde & nube in tabernaculo descendente, Israelæ raelitæ longinquo cernentes, in papilionum suorum ostiis stetit, memoratur, quia hi aduentum diuinitatis utrumque conspiciunt, quasi iam ex habitaculo carnis procedunt.

Et ecce uox ad Eliam, dicens: Quid hic agis Elias? Et ille respondens ait: Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filiis Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam ut auferant eam. Et ait ei: Egredere, & sta in monte coram domino. Et ecce dominus transiit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conuerseris petras ante dominum. Non in spiritu dominus, Et post spiritum commotio. Non in commotione dominus. Et post commotionem ignis. Non in igne dominus. Et post ignem sibilus aure tenuis. Quod cum audisset, Elias operuit uultum suum pallio &c. Certum est quod cordis sui oculum per elationis tenebras extinguit, qui cum recta agit, considerare meliorum merita negligit. At contra, magna humilitatis radio semetipsum illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat, quia dum ea quæ ipse fecerit facta foris & ab alijs uidet ac conspiciat, eum qui de singularitate intus erumpere nititur superbia: tumorem premit. Hinc est quod uoce dei ad Eliam solum se æstimantem, dicit. Reliqui mihi septem millia uirorum, qui non curauerunt genua ante Baal: ut cum non solus se remansisset cognosceret, elationis gloriam quæ ei de singularitate surgebat, inclinaret. Propheta nempe erat, & sæpe mysteria supna cognouerat, quid ergo difficile fuit agnoscere in hoc mundo fideliter deo famulos remansisset? sed hinc solerter intuedum est, oculum cordis elatio quam nequiter claudat, quando quæ humilis & occulta dei nouerat, elatus & aperta nesciebat. Et ait dominus ad Eliam: Uade & reuertere in uiam tuam per desertum Damascus. Cumque perueneris, yniges Hazael regem super Syriam, et Jehu filium Namsi yniges regem super Israel; Elifæum autem filium Saphat, qui est de Abeimebula yniges prophetam pro te. Et erit quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu. Et quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Elifæus. Et reliqua. Hoc non ita accipiendum est, quod propheta dei Elifæus homicida futurus sit & tyrannus, sed magis spiritaliter intelligendum, quia iustitia diuina quæ singulis reddit secundum opera sua, punit peccata hominum, aliquando manifesta ultione, aliquando occulto iudicio. Vnde dicit per reges & duces, uindicat per prophetas & sacerdotes, cum alios nocentes facit plecti mucrone, alios transfuerbat gladio linguæ. Vnde Dauid & Salomon, & ceteri reges pœnam aris exigebant, eum eos trucidari iubebant. Et item alibi scriptum est, de superbiorum & inobedientium pœna: Dolauit eos (inquit) in prophetis, & occidit eos in uerbis oris mei. Profectus ergo inde Elias, reperit Elifæum filium Saphat arantem in duo decim iugis bouum, & ipse in duodecim arantibus vnus erat. Cumque uenisset Elias ad eum, misit pallium suum &c. Igitur profectus Elias, reperit Elifæum filium Saphat arantem in duo decim iugis bouum, cum redemptor noster descendens de cælo, diuino iudicio acquisiuit popululum adhuc terrenis operibus inhiantem, in quo salutem fecit, cum eum ad fidem conuertit. Elias enim interpretatur (ut iam diximus) dominus deus; Saphat, iudicatis; & Elifæus dei mei salus, id mirabiliter super quæ propheta pallium suum misit, cum illi dominus fide catholica induit.

Osee. 6.

Omnes (ait Apostolus) qui in Christo baptizati estis Christum induistis. Et ille statim Galat. 3. relicto bobus, cucurrit post Eliam & ait: Osculer oro te patrem meum & matrem meam: & sic sequar te. Quia mox ut electorum chorus audiuit loquentem per euangelium dominum: Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, statim cessauit terrenis lucris inhare, secularibus desiderijs deseruire. Totum se conuulit ad seruitium Christi, nec tamen alijs uerbum uitæ predicare desinit. Hoc enim osculari patrem & matrem cum quoscunque possit, siue de Iudæis siue de gentibus uelle sermone corrigere. Tunc itaque Elifæus par bouum & mactauit illud, & in aratro bouum corit carnes & dedit populo, & comederunt. Cum populus christianns carnalia desideria mactans, totum exercituum suum in opus euangelizando conuertit, unde sufficientem pastum auditoribus suis præbere possit. Ipse uero sequitur nostrum Eliam & ministrat ei, qui uestigia eius sequens, hoc est, mandata illius fideliter obseruans, ministerium ei bonorum operum condigne exhibere satagit.

## Caput XX.

Porro Benadab rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & triginta & duos reges secum & equos & currus, & ascendens pugnabat contra Samariam & obsidebat eam, Et reliqua. Quod Benadab rex Syriæ obsidens & impugnare incipiens Samariam, ait: Hæc faciant mihi dii, & hæc addant si succerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Hunc habet sensum, Samaria necesse est, iuxta morem ciuitatum ut haberet terram interius propter muros, ipsis pene muris æqualem, ne uidelicet eos sine subsidio terræ adiacentis erectos, creber insidente manu hostili deiceret ictus arietis. Extrinsicus autem murorum altitudo longe superficiem terræ transeenderat, maxime cum in montis uertice (ut scriptura refert) fuerit urbs eadem posita. Ait ergo rex superbus obsessam terrenis ciuitatem, quod tantam haberet secum exercituum multitudinem, ut etiam si quisque militum eius, unum solummodo lapidem uel cespitem, uel stipitem ad construendum contra urbem aggerem apportasset, agger exurgeret qui superficiem ciuitatis ipsius, quæ erat intra muros, esse uideretur æqualis, ita ut ex æquo pugnantem contra ciuitatem, tela uel faces mittere possent. Cuius temeritatem arrogantiæ, modesto sermone compefcens, rex Israel, ait: Dicite ei, Ne gloriari quasi accinctus æque ut distinctus. Aliud est enim accinctus, aliud distinctus, aliud non accinctus. Accinctus namque est qui cingulo circumdatus incedit. Distinctus, qui cingulum nuper deposuit. Verbi gratia balneum intraturus, uel lectum ascensurus, uel ad terram forte tunicam induturus. Non accinctus qui nuper tunica indutus, necdum se addita zonæ circumpositione muniuit. Sic ergo in expeditione castrensi, qui positus est, recte accinctus nominatur, id est armis indutus. Qui pugna confecta uictor domum redijt, iure distinctus uocatur: quia nimirum depositis armis optatæ pacis otium gerit. Qui uero necdum pugnare, neque se ad certamen parare iam ceperat, merito non accinctus esse dicitur: Ait ergo rex Israel, regi Syriæ gloriantem, quasi iam cepisset Samariam, quam obsidere ceperat: Ne glorie tur accinctus, æque ut distinctus. Ac si aperte dicat: Noli gloriari quasi uictor bellum ei discriminis, qui adhuc in acie positus, quem uictoria sequatur ignoras. Et uerum profecto dicebat. Nam mox in incertamine, Benadab non uictus aduersarijs triumphans, sed caeso suo exercitu fugiens domum redijt. Mystice autem Benadab hostis Israel, significat diabolum omnium bonorum inimicum, qui diuersos exercitus malignorum spirituum ad subuertendum populum dei, contrahit. Sed per pueros principum Israel uincitur, cum per bonos auditores sanctorum doctorum, quicquid aure audiuit, factis implere nituntur. Antiquus hostis in fugam uertit, omnisque suus exercitus à militibus Christi protrahitur. Qui bene ducenta millia & triginta duo esse dicuntur, quia hi qui utriusque testamenti scientiæ pfecte tenent, & trinitatis fidem cum gemina charitate dei uidelicet & patri conseruât, apti pro omni modis militiæ summi regis esse cõprobant. Fugit quoque Benadab rex Syriæ in equo cum equitibus. Necnon egressus rex Israel percussit equos & currus, & percussit Syriam plaga magna. Quid est quod Benadab rex Syriæ in equo cum equitibus fugere de-



scribitur, nisi quod princeps omnium iniquorum diabolus, quorum oculi sublimes sunt. Syrus enim interpretatus sublimis, in equo suae superbiae confidens, cum equitibus suis, scilicet omnibus superbis, quia ipse est caput super omnes superbiae, ab exercitu Christi, hoc est, humilibus & deum timentibus superatus, in fugam uertitur: Et rex Israel percussit equos & currus: quia de ipso rege regum scriptum est, quod currus Pharaonis & exercitum eius, equum & ascensorem eius submersit in rubro mari: dum nequitas spiritalis cum uero Pharaone, antiquo uidelicet hoste, aquis baptismatis obruit, humani generis delendo peccata. [Accedens autem propheta ad regem Israel, dixit ei: Uade & confortare, & scito & uide quid facias. Sequenti enim anno rex Syriae ascendit contra te. Serui uero regis Syriae dixerunt ei: Dii montium sunt dii eorum, ideo superauerunt. & reliqui.] Quod Benadad rex Syriae semel uictus, iterum instaurat praelium contra Israel, significat diabolus, a malitia suae intentione nunquam cessare. Qui licet a sanctis uiris sapius uincatur, tamen iterum instaurat praelium contra illos. Et dum uno modo uincitur, alio statim uincere conatur. Hinc est quod serui regis Syriae dixerunt ei: [Dii montium sunt dii eorum, ideo superauerunt nos. Sed melius est, ut pugnemus contra eos in campis tribus, & obtinebimus eos.] Quia maligni semper dolose sentientes, si in spiritualibus uincuntur, in corporalibus bellum praeparare contendunt. Hoc quoque diabolus, hoc & totus exercitus eius maxime satagunt, ut animas hominum de supernis ad ima praecipitent, quo facilius eos uincere possint. Si uiderint eos caelestia desiderare, terrena & caduca ad amandum ingerunt. Si uiderint illos prosperitate concessa deo gratias agere, student ut per aduersa frangantur. Sed sicut regis Syriae & seruorum eius non conuenit dictio cum opere: quia ubi se superare posse confidebant, ibi superati sunt: ita & princeps mortis saepe ibi uincitur, cum exercitu suo, ubi se aestimat uincere posse. Quia infirma mundi elegerit deus, ut confunderet fortia: & ea quae non sunt, ut ea quae non sunt destrueret. Tentabatur igitur antiquus hostis beatum Iob, & dum sibi substantiam eius & filios tradidit domino expeteret, ut per hoc eius animum subuerteret, nec tamen in hoc praualeret ad extremum, ut in ipsum sibi potestas daretur, postulauit. Quo concessio, quasi mox uictor existeret, carnem eius graui huiusmodi uulnerauit. Sed quo uehementius de prosperitate in dolore eum depositum persequeretur, eo ualidius per patientiam ipsius prospernebatur. Et Paulo Apostolo datus est stimulus carnis suae angelus satanae, ut eum colaphizaret: quatenus uirtus in infirmitate perficeretur. [Tunc uir quidam de filiis prophetarum, dixit ad socium suum in sermone domini: Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia nolui audire uocem domini. Ecce, recedes a me, & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo atque percussit. Sed & alterum conueniens uirum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum & uulnerauit. Abijt ergo propheta, & occurrit regi in uia, & mutauit aspersione pulueris oculos suos. Cumque retransisset, clamauit ad regem, et ait: Seruus tuus egressus est ad praeliandum. Et reliqua.] Porro hoc de hac eadem re Iosephus taliter refert. Interea quidem propheta, nomine Micheas, accedens ad unum Israelitarum, petijt ut eum in capite pro uoluntate domini percuteret. Cui nolenti praedixit ei: Eo quod inobediens esset deo, eiusque praeepto, leone occurrente perimeretur. Quod dum illi homini contigisset, accessit propheta rursus ad alium, & idem ut faceret imperauit. Qui dum percussisset eum, & eius uerticem cruentasset, alligato capite accessit ad regem, dicens ei: Quod dum esset in exercitu constitutus, accepisset a quodam tribuno seruandum captiuum, sibi quoque ab eo dictum, ut si captiuus fugeret, ipse moreretur. Quo fugiente, is qui eum tradiderat, mortem ei minaretur inferre. Dum respondente Achab mortem ei imminere iustissimam, soluit caput, & agnitus est Micheas esse propheta. Hac enim parabola utebatur propter sermones quos erat ei dicturus. Ait namque quomodo deus ei concessisset, ut supplicium hostis euaderet, ipse inimicum eius Benadad qui deum blasphemauerat, dimississet: & propterea deus decreuisset, ipsum quidem ab illo periri, populum uero ab exercitu inuasionem consumi. Iratus uero Achab prophetam illum quidem clausum seruari iussit, Confusus autem Micheas sermonibus ad suam

domum remeauit. Secundum leges uero tropologiae maxime prouidendum est seruis dei, ne secundum exemplum Achab regis Israel, pernitiosa securitate sibi blandiantur quadiu hostis uiuit, nedum se quasi uictores perpetuos arbitrentur, per fraudem diaboli pacem promittentis, citius elidantur. Quia sicut tunc propheta praedixit regi, proinde considerata pietate, pronuntiauit citius iustam affore ultionem, ita nunc propheticus sermo praenuntiat, si paciscamur cum diabolo, aeternam nobis pro hoc imminere poenam.

## Caput XXI.

Post uerba autem haec, uinea erat Naboth Iezraelitae qui erat in Ierusalem, iuxta palatium Achab regis Samariae. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi uineam tuam, ut faciam mihi hortum holerum, quia uicina est & prope domum meam. Daboque tibi pro ea uineam meliorem: aut si commodius tibi putas argenti praemium, quanto digna est. Cui respondit Naboth: Propitius sit mihi dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Veni ergo Achab in domum suam, indignatus & frendens super uerbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezraelites, dicens: Non dabo tibi haereditatem patrum meorum. Et reliqui.] Narrat scriptura quod Achab rex concupiscerit uineam Naboth Iezraelitae, quae erat in Iezrael iuxta palatium regis, ut faceret sibi in ea hortum holerum. Quo nolente eam illi dare, per consilium impiissimae uxoris eius uidelicet reginae Iezabel, idem Naboth subintroductis falsis testibus, lapidatus est, & mortuus, eiusque uinea direpta a rege, & possessa est. Quis ergo iste Naboth Iezraelita fuerit, & quae eius uinea consideremus. Interpretatur ergo Naboth, conspicuus, siue possessio: Iezrael, honestas dei, siue femina dei. Et quem melius honestatem, uel semen dei dicere possumus, quam filium dei, qui est splendor gloriae & figura substantiae eius, quem constituit deus haereditem uniuersorum, per quem fecit & secula. Ad quem Psalmista deprecatur, ait: Qui sedes super Cherubim appare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse. Excita potentiam tuam & ueni, ut saluos facias nos. Iste Naboth habuit uineam, de qua Isaias plenissime per canticum loquitur ad extremum inferens. Uinea domini sabaoth, domus Israel est. Et in Psalmo: Uineam (inquit) de Aegyptio transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. Cui sepe circumdedit, ut in euangelio legitur, id est, uel murum urbis, uel angelorum auxilia. Et fodit in ea torcular, aut altare, aut illa torcularia, quorum & tres psalmi titulo praenotantur, id est octauus & octogimus sextus. Et aedificauit turrim hunc, haud dubium quin templum. De quo dicitur per Micheam: Et turris nebulosa filia Sion. Et locauit eam agricolis, quos alibi uinea operarios appellauit uel colonos. Hanc uineam concupiscit Achab, qui interpretatur, frater patris, populus uidelicet Iudaicus, de quo Christus carnem assumere dignatus est, ut fecisset in ea hortum holerum, hoc est, ut ubi uirgultum gratiae spiritualis germinare debuit, ibi fragilia quaeque dogmata per pharisaicam superstitionem transplantaret. Sed Naboth hanc uineam dare nolenti, id est Christo pharisaeorum superstitionibus non consentienti, impia uxor Iezabel insidiata est, quae interpretatur cohabitatrix, siue fluxus uanus: quod bene conuenit synagoga, quae habitare uidebatur in domo domini, sed per uaria desideria uanitatis desuebat. [Missit ergo Iezabel literas ad maiores natu, & ad optimates qui erant in ciuitate, ut subintroductis falsis testibus testimonium falsum contra Naboth ponerent, quod benedixisset deum & regem, & sic eductus de ciuitate lapidarent ut moreretur.] Cum synagoga per pontifices, scribas, & phariseos meditata est mortem Christi. De qua scriptum est in euangelio: Principes autem sacerdotum, & omne concilium quaerebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent, & non inuenierunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum dei, & post tria dies reaedificare illud. Duo ergo falsi testes contra Naboth falsum testimonium dicebant, quod benedixisset deum & regem: & Iudaei per duos falsos testes Christo opponebant, quod potentiam & naturam sibi diuinitatis ascriberet. Vnde Pilato ad Iudaeos ita dicente:

Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori quia filium dei se fecit.

[Lapidatus est itaq; Naboth extra ciuitatem, instigante Jezabel, ut eo mortuo, Achab uineam eius possideret.] Sic & saluator extra portam passus est, crucifixus uidelicet in loco Caluariæ, excitante per zelum synagoga populum, ut peterent mortem Christi, quatenus eo occiso, securius uiuerent. Vnde quasi sibi consulentes, aiebant: Ecce mundus totus post eum abiit. Et si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Hæreditas ergo Christi ecclesia est, cunctis ei data de gentibus, quam non moriens illi pater reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit, quia resurgendo possedit. Hanc autem, occiso eo, mali coloni præripere moliebantur, cum crucifigentes eum Iudæi, fidem quæ per eum est, extinguere, & suam magis quæ ex lege est, iustitiam præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inferere. Extra uineam hæres uineæ trucidatur: quia Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Et bene conuenit huic mysterio, quod in loco hoc quo linxerunt canes sanguinem Naboth, secundum prophetam sententiam lambebunt etiam sanguinem Achab. Et in agro Iezrael canes comederunt carnes Iezabel, quia cum canes illi (de quibus scriptum est: Circūdederūt me canes multi) sanguinem redemptoris nostri, lingua uenenata expetebant: ipsi etiam à canibus illis (de quibus itē scriptura dicit: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus) ut nequissimi raptores & scelestissimi possessores uineæ domini, in eodem loco quo dominus passus est, trucidabantur, & carnes eorum bestijs & uolucris comedendæ tradebantur. Et ita impii gens illa, quæ in passione domini prophana uoce clamabat: Sanguis eius super nos & super filios nostros, ibidem sanguinem suum foetidissimum meruit fundi, ubi saluatore rem suum expetebat occidi. Refert quidem Iosephus, quod ex omni Iudæa populi in die solenni paschæ, Ierosolymam uelut exitiali quadam manu cogente conuenerunt, quos tricenas centena millia hominum dicit fuisse, iusto scilicet dei iudicio tempore hoc ultionis electo: ut qui in diebus paschæ saluatorem suum & salutare Christum domini cruentis manibus & sacrilegis uocibus uiolauerant, in ipsis diebus uelut in unum carcerem omninis multitudo conclusa, feralls pœnæ exitium quod merebatur, exciperet.

#### Caput XXII.

**V**ocauit ergo rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei: Festina adducere Phicheam filium Jemla. Rex autem Israel & Josaphat rex Juda sedebat, unusquisque in solio suo uestiri cultu regio. Et reliq;. Quod autem Micheas uocatus ad regem Israel, ita dicens: [Uidi dominum sedentem super solium suum, & exercituum cæli assistentem ei a dextris & a sinistris eius. Et dictum est: In quo decipiam Achab, ut ascēdat & cadat in Ramoth Galaad. Et dixit alius ita, & alius aliter. Et egressus unus, dixit: Ego decipiam eum. Et dictum est: In quo decipies? Qui respondit, dicens: Egrediar & ero mendax spiritus in ore omnium prophetarum eius.] Quid per solium domini, nisi angelicas potestates accepimus? quarum mentibus deus altius præsidens, inferius cuncta disponit. Et quod exercitus cæli, nisi ministrantissimæ angelorum describit? Quid est ergo quod exercitus cæli à dextris & à sinistris eius stare phibet? Deus enim quæ ita est intra omnia, ut etiã sit extra omnia nec dextra, nec sinistra concluditur. Sed dextra dei, pars angelorum electa; sinistra autem dei, pars angelorum reprobata designatur. Non enim deo solummodo boni qui adiuuent, sed etiam qui redire nolentes grauant. Nec quod cæli exercitus dicitur angelorum pars reprobata, intelligi posse prohibetur. Quas enim suspendi in aere nouimus, aues cæli nominamus. Et de eisdem spiritibus Paulus dixit, contra spiritalia nequitia: in cælestibus: quorum caput enuntians, ait: Secundum principem potestatis aeris huius. A dextra ergo & sinistra angelorum exercitus stat, quia & uoluntas electorum spirituum diuinæ pietati concordat, & reproborum sensus suæ malitiæ seruiens iudicio distributionis eius obtemperat. Vnde & mox fallax spiritus in medium profuilisse describitur, per quæ Achab rex exigentibus meritis decipiatur. Neque enim fas est, credere bonum spiritum fallaciæ deseruire uoluisse, ut diceret, Egrediar & ero mendax spiritus in ore omnium propheta-

tarum eius. Sed quia Achab rex peccatis præcedentibus dignus erat, ut tali debuisset de ceptione damnari, quatenus quæ sepe uolens ceciderat in culpam, quandoque nolens caperetur ad pœnam, occulta iustitia, licentia malignis spiritibus datur: uolentes, ut quos in peccati laqueo strangulant, in peccati pœnam etiam nolentes trahant. Denique is qui uitam aliquid requirit, illa audit deo disponente, quæ merebatur audire damnandus. Ecce enim (ut unum uel duo ex multis loquamur) ab omnipotentis dei cultu domus Israel sub idolorum seruitute recesserat, & tamen ad prophetas à quibus decipi consueuerat, sepe ueniebat, prospera requirens: cum ex ore prophetarum peruersa agens prospera audire merebatur. Quid aliud superna iudicia agebant, nisi ut peccator populus in suo corde caperetur, quatenus qui perfidiam sequendo deliquerat, sic prophetarum suorum blandis sermonibus deciperetur, ut iam nec pertimesceret, quia deliquisset; & tanto post durius raperetur ad pœnam, quanto nunc securius uiueret in culpa? Sed ecce iam largiente omnipotentis deo, ab idolorum cultura motum est quamplurimum genus humanum, ueram fidem publice fateretur, subdi lignis & lapidibus, uel cuilibet creaturæ in adoratione renuit. Securus iam prophetam quilibet in fide positus consulit, quia hoc auditus rus est, quod audire fidelem decet. Fidenter dicam, si ab immunditissimis alijs atque à prauis actibus recessisset, securus esset. Nam cum Paulus egregius prædicator clamet, & fugite auaritiam in qua est idolorum seruitus, quisquis adhuc auaritiæ subiectus est, à cultu idolorum liber non est. Si ergo is qui auaritiæ aestibus anhelat, in fide quidem positus esse uideat, sed aliena ambit accipere, honores mundi desiderat comprehendere, habere temporalem gloriam concupiscit, atque de hac eadem gloria prophetam consulit; iustum ualde est, ut ex culpa suæ merito, à prophetæ ore prospera audiat, quatenus qui uerba dei audire in sacro eloquio noluit, ut terrena despiciat, cælestia ambiret, illud iudice deo ex prophetæ sui ore audiat, unde amplius obligatus cadat, dum spe terrenæ gloriæ delectatus, pascitur suis desiderijs, ad ima semper ducat. Neque enim bonus fuit ille spiritus, qui mendax esse appetit in ore prophetarum. Vnde & præmissum est, quia exercitus cæli stetit à dextris & sinistris eius. Deus enim qui incircūscripta est ueritas in illa æterna beatitudine, quæ dextera eius dicitur, sinistram non habet, quia nihil est quod displicere possit. Sed quia simul omnia cõruetur, simul cuncta aspicit, ea uis, in qua & bonos spiritus, & malos uidet. Exercitus cæli à dextris & à sinistris habere describitur, ut per dexteram intelligamus angelos electos, per sinistram uero spiritus reprobos. Nec mouere debet quod exercitus cæli, etiam repulsi angeli uocantur, quia & ipsi quamuis ab æthereo caelo expulsi sint, ad huc tamen in ære caelo demorantur, sicut Paulus ait: Contra spiritalia nequitia: in cælestibus.

## ANGELOMI LEXO

VIENSIS, IN LIBRI QVARTI REGVM  
STROMATA, PRAEFATIO.



ANDEM aliquando (domino cooperante) quartum quodammodo nauigando appulimus librum, quo ualeat quandoque requiem nostra habere manus, quæ ducit oblique remos, per aquora quæque doctorum. Vastum enim ceu transuimus mare, prosperantibus zephyrorum flabris superioris libelli, & domino stante quodammodo (ut quidam ait) Carmina syrenarum surda transnauigamus aure, nautas imò naucleros, scilicet gnaros maris, qui afflante spiritu sancto, pelagus huius itineris crebro transiere freti. Sed iam nunc licet à longe, quasi portum littoris cernimus: Perpendimus, inquam, quid transuimus, per pendimus quoque

quo appropinquamus, & gratulamur, & quasi transductis post tergum oculis, dum cōsideramus, qualiter undosum gnauiter per freta nauigando cōpressimus æquor. Fit certius illud quod adhuc restat transire ad littus. Sed quanquam paruum uideatur spatium, quod debeamus carpere maris, ueget est nobis necessarium, ut aquilone discedente leniter flabris aspires prosperantibus auster, quod suspensa uela impellit, ut prospere nauis. Nam assoleat fieri, ut dum incaute cupiunt nonnulli absque statu spiritus summi transire cerula ponti, incidunt in saxa, imo offendant in montem, & non inueniunt portum, sed potius plancunt: ideoque est nobis caute deducere puppim, leniter quo currat, tuta mare per altum quo portus accipiat, ipsam de gurgite tandem, & sedere ualeat, fixa in littore gaudentis, ut saltem commercia uel paruulis congesta, possit conferre doctorum, & licet superioris libri mysteria Christi & ecclesie pandunt, uerum iste præ omnibus passionem imo ascensionem demonstrat Saluatoris. Unde isti libri regnorum, non immerito præfigurauerunt libros quatuor euangeliorum, ubi euidenter quod in figura in eisdem gestum est, in ueritate sunt expleta. Idcirco uolo styllum illuc reuertere ouans, abdyta diutius ne maneat mystica dona. Sed ex dictorum doctorum decerno congerere plura, & in modum libelli cupio, domino fauente, concludere nostrum opus, compediōso uidelicet ac breui sermone, ne uidear libelli stromatum excedere modum. Ait sacra historia:

## Caput I

**P**æuaricatus est autem Hoab in Israel, postquam mortuus est Achab. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit. Misitque nuntios dicens ad eos: Ite consulite Beelzebub deum Accaron, utrum uiuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thelbiten, dicens: Surge ascende in occursum nuntiorum regis Samariae, & dices ad eos: Nihil quid non est deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? quam ob rem hæc dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et reliquum. Mortuo quoque impiissimo rege Achab, impius hæres successit, filius utique eius Ochozias, de quo scriptura narrat, quod fecerat malum in conspectu domini, & ambulauerit in uia patris sui & matris suæ, & in uia Ieroboam filij Nabath qui peccare fecit Israel. Seruauit quoque Baal & adorauit eum, & irritauit dominum deum Israel, iuxta omnia quod fecerat pater eius. Sed non diu prospere egit, quia per cancellos cœnaculi sui (quod habebat in Samaria) cecidit, & ægrotauit. Misitque nuntios ad Beelzebub deum Accaron, ut consulerent eum utrum uiuere posset de hac infirmitate. Cui cum Eliam nuntius suis obuians de morte uicina respondisset, misit ad eum quinquagenarium principem, cum militibus sibi subiectis, ut eum adducerent. Sed his igne cœlesti consumptis, iterum misit alium quinquagenarium, qui similiter cum suis combustus est. Misit & iterum, qui seruuatus est. Itaque rex iste populum Iudæorum, & maxime principes significat, qui peccatis & uitijis dediti, ueritatem à se repellent, imo persequantur. Unde legitur in euangelio: Quia miserunt principes & pharisei ministros ut apprehenderent Iesum. Et iterum: Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in eum manus, quia nondum uenerat hora eius, & fugit in montem solus orare. Et iterum: Cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo non palam ambulabat iam apud Iudæos, sed abiit in regionem intra desertum, in ciuitate quæ dicitur Ephraim. Dominus ergo Ochozias synagoga est Iudæorum, quæ legalibus præceptis quasi cancellis cœnaculi, undique circumdata erat. Sed sicut Ochozias qui per cancellos quibus tueri debuit ruens, ægritudinem nimiam incurrit, ita & populus Iudæorum, legis custodiam excedens, in languorem desperabilem peccatorum cecidit. Vbi quia diuina præsidia dereliquit, salutis remedia inuenire non meruit. Confugit enim sicut rex impius fecit, ad falorum deorum præsidia, à quibus magis læsus quam adiutus est. Et ideo de prophetico ore corripit, & de eius uicina morte prædicitur. Hinc per Isaiam, dicitur: Cum dixerint ad uos, quærite à phytionibus, & à diuinis, qui stridunt in incantationibus suis. Nunquid non populus à deo suo requirit pro uiuis ac mortuis, ad legem magis & ad testimonium? Quod si non dixerint iuxta uerba

Iohan. 7.

Iohan. 8.

Iohan. 11.

Iohan. 8.

hoc non erit eis matutina lux. Et qui transferit per ea corruet & esuriet, & cum esurierit irascetur, & maledicet regi suo, & suspiciet sursum, & ad terram intuebitur. Et ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio, angustia & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. Misit rex impius duos quinquagenarios cum subditis sibi militibus, ut exhibeant Eliam, qui diuino igne consumptus est: tertius autem missus saluator. Quinquagenarius namque numerus, confessio penitentiae est, quo declaratur remissio peccatorum. Iudæi ergo nolentes Christum deum esse perfectum nec principem penitentiae, dicunt ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham nosti? In futuro diuino igne incenduntur & extinguuntur. Tertius autem quinquagenarius, quia conuersus ad fidem trinitatis, penitentiae sacramenta cognouit, indulgentiam meruit.

## Caput II

**F**actum est autem cum leuare uellet dominus Eliam per turbinem in caelum, ibat Elias & Eliseus de Bergalis. Dixitque Elias ad Eliseum: Sede hic quia dominus misit me usque ad Bethel. Cui ait Eliseus: Quis dominus & uirum anima tua, quia non derelinquam te. Et reliquum. Quid est quod Elias ad caelum raptus dicitur? nunquid eum adhuc in hac carne corruptibili positum, ad illud summae quietis caelum ante resurrectionem ascensionemque domini credimus esse perductum? Sed aliud est caelum aerium aliud aethereum. Caelum quippe aerium terrae est proximum. Unde & aues caeli dicimus, quia eas uolitare in aere uidemus. In caelum itaque aerium Elias subleuatus est, ut in secretam quandam terrae regionem repente duceret, ubi magna iam carnis & spiritus quiete uiueret, quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat. Subleuatus namque Elias, ascensionem dominicam designauit. Ille enim mortem distulit non euasit. Redemptor autem noster (quia non distulit) superauit. Eamque resurgendo consumpsit, & resurrectionis suae gloriam, ascendendo declarauit. Notandum quoque est quod Elias in curru ascendisse legitur, ut uidelicet aperte monstraretur, quia homo purus adiutorio egebat alieno. Per angelos quippe illa facta & ostensa sunt adiumenta, quia nec ad caelum quidem aereum per se ascendere poterat, quem natura suae infirmitas grauabat. Redemptor autem noster, non curru, non angelis subleuatus legitur, quia is qui fecerat omnia, mirum super omnia sua uirtute ferebatur. Illuc enim reuertebatur ubi erat, & inde redibat ubi remanebat: quia cum per humanitatem ascenderet in caelum, per diuinitatem, & terram pariter continebat & caelum. Sicut autem Ioseph à fratribus uenditus, uenditionem redemptoris nostri figurauit: sic Enoch translatus, atque ad caelum aereum Elias subleuatus, ascensionem dominicam designauit. Ascensionis suae dominus prænuntius & testes habuit, unum ante legem, alium sub lege, ut quandoque ueniret ipse, qui ueraciter caelos penetrare potuisset. Unde & ipse ordo in eorum quoque utraque subleuatione, per quaedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus, Elias uero ad caelum subuectus esse memoratur, ut ueniret postmodum, qui nec translatus nec subuectus, caelum aethereum, sua uirtute penetraret. Qui nobis in se credentibus, carnis quoque munditiam largiretur, & sub eo per incrementa temporum, uirtus castitatis exercebat. In ipsa quoque eorum translatione, qui ascensionem dominicam, ut uidelicet famuli designauerunt, & in ipso se, qui ad caelum ascendit, dominus ostendit: Nam Enoch quidem uxores & filios habuit, Elias uero neque uxorem neque filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo per incrementa creuerit munditia castitatis, quod & per translatos famulos & per ascendentes domini personam patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch, per coitum generis, & per coitum generans. Assumptus est uero dominus, neque per coitum generans, neque per coitum generatus. Quærit autem, quomodo Eliseus cum suis magister Elias locum postulandi ei offerret, duplicem spiritum Eliae postulauerit, cum dominus dicit in euangelio: Non est discipulus super magistrum, perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Cui petitionis mysterium si consideretur, non importuna, sed necessaria postulatio esse decernitur. Dixit ergo Elias ad Eliseum: Postula quod uis uis faciam tibi antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me, Qui respondit, Rem difficile

22

22

22

22

Math. 6.

Gen. 37.

50

50

50

Math. 10

postulasti. Altamen si videris me quando tollar a te, erit quod petisti: si autem non videris, non erit. ] Quem enim hoc loco significat Elias, nisi caput nostrum, dominum scilicet redemptorem? Et quem Elisæus nisi corpus eius quod est ecclesia? Dat locum postulandi Elias noster, cum in euangelio dicit: Petite & dabitur vobis. Et item, Petite (inquit) & accipietis, ut gaudium uestrum plenum sit. Hac ergo fiducia accepta à domino, postulat Elisæus, hoc est, populus christianus, ut fiat spiritus Christi duplex in eis, hoc est, duplex gratia spiritus sancti, in remissionem utriusque peccatorum, & collationem uirtutum. Redemptor igitur noster, qui non habuit peccatum, neque peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, remissione peccatorum non eguit, qui peccatum nullum habuit. Opera autem uirtutum in spiritu sancto fecit, sicut ipse in euangelio dicit Iudæis: Si ego in digito dei eicio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei. Inseparabilia sunt igitur opera sanctæ trinitatis, id est, patris & filij & spiritus sancti, ueritate attestante quæ ait: Quia quæ pater facit, hæc eadem similiter & filius facit. Et Apostolus: Hac omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Bene quidem postulat ecclesia, ut spirituum duplicem accipiat Christi, quia & remissione peccatorum indiget, qua non eguit Christus, & munere uirtutum quas ex plenitudine sua per spiritum sanctum tribuit Christus, qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, illis uis delictorum hominibus, quæ spem suam firmiter in illum ponunt. Hinc est quod Elias dicit ad Elisæum: Si uideris me quando tollar a te erit quod petisti: si autem non uideris, non erit. ] Quia nisi quis recte fidei oculos in illum ponat, & credat fideliter passionem, resurrectionem, & ascensionem eius ad patrem, petitionis sue fructum non capiet, quod subsequens ratio designat. [Elias enim secum comitante Elisæo ad ripam Jordanis ueniens, tulit pallium suum & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in utramque partem, & transierunt ambo per siccum. Cumque Elias raptus esset, Elisæus leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. Reuersusque stetit super ripam Jordanis, & pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas & non sunt diuisæ, & dicit: Ubi est deus Eliæ etiam nunc percussit aquas & diuisæ sunt huc atque illuc, &c.] Quid significat pallium Eliæ, nisi incarnationem domini, per quam redemptor noster lethi fluuium dirumpit, nobisque transitum ad uitam præparauit. Hoc ergo pallium Elisæus post transitum Eliæ retinuit, quia fidem incarnationis Christi ecclesia post ascensionem eius ad caelos reseruauit, per quam præsentis uitæ fluctus transire satagit. Sed sicut Elisæus percutiens pallio fluuium, aquas non diuisit, antequam dixit: Ubi est deus Eliæ etiam nunc & sic percussit aquas & diuisæ sunt: ita ecclesia nisi per inuocationem nominis domini, uirtutes ullas facere non potest: Quia sicut ipse dixit, Sine me nihil potestis facere, nihil est enim humanum studium, nisi assistit diuinum ad iutorium. Vnde Apostolus dixit: Deus est qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Et propheta ad dominum, ait: In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nos, &c. ] Dixerunt quoque uiri ciuitatis ad Elisæum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicias, sed aquæ pessimæ sunt & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi uas nouum & mitte in illud sal. ] Postulabatur Elisæus à populo, ut aquas Iericho malignas & steriles sanaret. Accepit uas nouum fictile & iecit in illud sal, & demersit illud in flumen, & statim fluminis aquæ sanatae sunt, quo facto præsentabat propheta, quia uerbum caro fieret, & habitaret in nobis. Inde in similitudinem uerbi sal, id est, sapientiam, dedit in uas fictile, in corpus scilicet humanum, & immittens in aquam demersit. Quod quidem significabat, quia omnes populi qui sub figura aquarum in toto mundo steriles erant, per Christi incarnationem fecerunt ditatem & benedictionem accepturi essent. ] Ascendit autem inde in Bethel, cumque ascenderet per uiam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calue, ascende calue: Qui cum post se respicisset, uidit eos & maledixit eis in nomine domini. Egressique sunt de saltu duo ursi, & lacerauerunt ex eis quadraginta & duos pueros. ] Elisæus quoque propheta (sicut saepe diximus) figuram Christi gessit: Denique uocabulum illud, salus dei, interpretatur, Salus autem dei quis est alius nisi filius eius, qui & saluator

Matth. 7.  
Iohan. 16.

i. Petri. 2.

Matth. 12.

i. Corin. 12.

Ephesi. 4.

Iohan. 15.  
Philip. 2.  
Ioh. 45.

ubique uocatus? Paruuli uero illi illudentes saluti dei, id est, Elisæo, Iudæorum habuere personam, qui ad crucem domino saluatori subsannabant, qui dicunt, Ascende calue, ascende calue: quia in Caluarie loco Christus ascensus erat in crucem. Quod uero conuersus maledixit Elisæus, & exierunt duo ursi de sylua, & interfecerunt quadraginta & duos pueros blasphemantes: ita & Christus post passionem & resurrectionem ex mortuis, postquam ascendit in caelos, sicut Elisæus ascendit in Bethel, id est, in domum dei, conuersus maledixit Iudæis, & quadagesimo secundo anno ascensionis suæ, immisit duos ursos de syuis gentium, Vespasianum scilicet & Titum, qui eos crudeli strage deiecerunt.

Matth. 17.

Caput III.

**P**orro Mesa rex Moab nutrebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum milia agnorum, & centum milia arietum cum uelleribus suis. Cumque mortuus fuisset Achab, præuarius est factus quod habebat cum rege Israel, Et reliq. ] Igitur post hæc bellum gerebatur per tres reges, hoc est, regem Israel, regem Iuda, & regem Edom, contra Moab. Consultusque ab eis Elisæus propheta, post alia hæc subdidit dicens: [Facite alueum torrentis huius fossas & fossas. Hæc enim dicit dominus: Non uidebitis uentum neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis, & bibetis uos & familia uestra & iumentum uestra. Parumque hoc est in conspectu domini, insuper tradet etiam Moab in manus uestras, & percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem urbem electam, & uniuersum lignum fructiferum succidietis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.] Quid ergo significant tres isti reges contra Moab bellum gerentes, nisi rectores fidelium, qui per sanctæ trinitatis fidem, contra mundi principem, & contra populum eius, hoc est, philosophos, hæreticos, schismaticos, atque omnes iniquos, cum scuto fidei, atque armis spiritualibus conligunt? Moab ergo qui de incestu natus est, & interpretatur de patre, bene illis conuenit, ad quos dominus dixit: Vos de diabolo nati estis, & uultis facere uoluntatem patris uestri. Hi ergo aduertant ecclesiam partim minis, partim persecutionibus, partim dolo ac falsis fictionibus: sed per Christi uirtutem (qui caput est populi Christiani) superantur atque effugantur. Quibus ait propheta domini: [Facite alueum torrentis huius, fossas & fossas, Non uidebitis uentum neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis, & bibetis uos & familia uestra. Et reliq. ] Ecce propheta domini populo siti fatigato, per miraculum factum à domino consulit, sic & propheta dicta consiliū præbet fidelibus, qualiter spiritali doctrina sitim suam extinguant, atque animum reficiant: lubet ergo fossas facere in torrentis alueo, & ita prædicat, absque uentis & pluuiis aquarum largitatem. Quid est fossas in alueo torrentis facere, nisi profunda mysteria in sacris scripturis in bono studio quærere: quæ absque pluuiâ & uento aqua repleatur, quia saepe absque humano solatio sapientiam confert suis inuestigatoribus, potentia diuina. Vnde dicit Iohannes apostolus: Non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus. Vnde bibunt homines & iumenta. Id est, doctrinam accipiunt ingeniosi quique & simplices, quia quantum idonea est anima accipientis, tantum ibi inuenient documentum suæ salutis. Sequitur: [Parumque hoc est in conspectu domini, insuper tradet etiam Moab in manus uestras &c.] Non enim sufficit seruis dei, abditata mysteria scire, quin etiam alijs prædicare, & contradicentes redarguere, quibus promissa est certa de hoste uictoria. Luc percutiant omnem ciuitatem munitam, & omnem urbem electam, &c. ] Ciuitates munitas & urbes electas, possumus secularem prudentiam intelligere, in quam maxime philosophi & hæretici confidunt. Hæc ergo per prædicatorem sancti euangelij subuertunt. Vnde dicit Apostolus: Arma militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitio, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollem te, aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam

22  
22

22  
22  
22

Iohan. 8.

I. Iohan. 2.

2. Corin. 10.

Epist. 3.

am, [Uniuersa ligna fructifera succidunt,] non illa ligna quæ faciunt fructum bonum, sed quæ mortiferum generant pastum, quæ radicibus securi examinis succisa pabulum sient ignis æterni. [Cunctiq; fontes aquarum obturatur.] Scum hæresiarachæ, simul cum suis sequacibus, per catholicos doctores damnantur. [Et omnes agri egregij lapidibus operisuntur.] cum uenustas locutionis hæreticæ atq; philosophicæ anathematis pondere obruitur. [Nihilq; remanebit in terra Moab, nisi muri tantum fictiles.] hoc est, falsas rationes fragilium doctrinarum, quæ à fundibularijs, id est, sanctis prædicatoribus ecclesiæ circumdatæ, maxima ex parte refutantur, & ad nihilum redigunt. Quod autem Moabitæ, orto sole ex aduerso aquarum uidere contra aquas rubras, quasi sanguinem gladij existimauerunt, dicentes, quod tres reges, qui contra se uenerunt ad pugnam, inuicem se occidissent, & sic delusi sunt: ita & philosophi, uerbū crucis Christi fultitiam existimantes, derident passionem Christi, & ecclesiæ martyrium dementiam existimant. Sed secū dum Apostolum, Quod stultum est dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est dei, fortius est hominibus: Quoniam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita & pax. Ad probandum autem quod Moab in præsentī loco super philosophorum intelligatur superbia (de quibus dicitur: Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium reprobabo) pauca de prophetis exempla replicanda sunt. Amos loquitur. Hæc dicit dominus, Super tribus impietatibus Moab, & super quatuor non aduersabo eum, pro eo quod combussit ossa regis Idumææ in cineres. Vere enim quicquid in seculo dogmatum peruersorum, quicquid ad terrenam sapientiam pertinet, putatur esse robustum. Hoc dialecticum subuertitur, & instar incendij in cineres fauillasq; dissoluitur, ut probeatur nihil, quod putabatur esse fortissimum. Sed & Isaias superbiam Moab arguit, dicens: Audiuius contumeliam Moab, contumeliosus est nimis, superbia eius abstulit. Ieremias quoq; contra omnes uaticinans nationes, proprie loquitur ad Moab, quod confidebas in munitionibus tuis, (& post pauca) habens fiduciam in gloria tua. Et iterum: quoniam dicitis fortes ramos, Ac deinde: luxta est dies Moab ut ueniat, & malitia eius nimis. Et manifestius dicit: Quomodo contritus est baculus gloriosus, uirga magnificentiæ? Et iterum: Contritum est cornu Moab. Hæc autem dicuntur sub nomine Moab, ut stulta seculi, & in caelum semper ferens malitia conteratur.

1. Corint. 1. Roma. 8.

Isaie. 16. Ieremi. 48

Caput III.

**M**ulier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti, quia seruus tuus fuit timens deum, & ecce creditor uenit, ut tollat duos filios meos ad seruandum sibi. Cui dicit Eliseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? Et illa respondit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo ungar. Cui ait: Uade pete mutuo ab omnibus uicinis tuis uasa uacua non pauca, & ingredere & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu & filij tui, & mitte inde in omnia uasa hæc, & cum plena fuerint tolles. Fuit itaq; mu. Et reliq;. Quid per hanc mulierem nisi sancta ecclesia designatur, duorum populorum, id est, Iudaici & gentilis, quasi duorum filiorum mater, quæ prius ex peruerso opere, consentiendo callidi spiritus persuasioni, quasi quendam peccati numerum à creditore acceperat, & duos quos in fide genuit, amittere filios timebat. Sed propheta uerbis, id est, sacræ scripturæ præceptis obediens, ex paruo quod habebat olei, uacua uasa infundit, quia dum ab unius ore doctoris, patris quidē amoris diuinitatis, multorum uacuae mentes hauriunt, exuberante autem gratia unguentorum diuini amoris, usq; ad summum replentur. Etiam nunc corda multorum, quæ prius fuerant uacua uascula, unguento spiritus plena sunt, quæ ex paucitate olei, solummodo infusa uidebantur. Quod cum alijs atq; alijs datur, & ab auditoribus fides accipitur, erepta mulier uidelicet sancta ecclesia, sub creditoris sui iam debito non tenetur. [Facta est autem quædam

22 23 24 25 26 27 28

29

dies, & transibat Eliseus per Sunam. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem. Cumq; frequenter inde transiret, diuertebat ad eam ut comederet panem. Quæ dicit ad virum suum: Minuaduerto quod vir dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ei cenaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum & mensam & selam, & candelabrum, ut cum uenerit ad nos, maneat ibi. Facta est igitur dies quædam &c. Mulier autem ista quæ prophetam hospitio suscepit, bene potest originem insinuare populi Israelitici quæ fuit in patriarchis. Unde sicut ista Eliseum prophetam, ita & illa dominum prophetarum hospitio suscipere meruit. Nam Abraam & Sara tres uiros iuxta uallem Mambre suscipere, & pascere meruerunt. Huic mulieri non habent filium, propheta promisit, dicens: [In tempore isto & in hac eadem hora, si uita comes fuerit, habebis in utero filium. Cui illa respondit: Noli quæso domine mi uir dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat Eliseus. Creuit autem puer: & cum esset quædam dies, & egressus esset ad patrem suum ad messores, ait patri suo: Caput meum, caput meum doleo. Et ille dixit puer: Tolle, & duc eum &c.] His quoq; similia, dominus ad Abraam retulit, dicens: Reuertens ueniam ad te, tempore isto, uita comite, & habebit Sara filiū uxorem tuam. Quo uerbo, Sara risit post ostium tabernaculi, occulte dicens, Postquā consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo? Visitauit autem dominus Saram sicut promiserat ei, & impleuit quæ locutus est, concepitq; & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deus. Igitur postquam creuit puer, tactus dolore capitis immenso, circa meridiem defunctus est. Cum populus Israeliticus postquam in Aegypto excreuit, & p Moysen in deserto eductus, domini uocem audierat in igne & caligine, quando lumine scientiæ debuit illustrari, mox animo ad idololatriam recurrens, mortuus est. [Et ait Eliseus ad Sibeci pueri suum: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & uade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: nisi saluauerit te quispiam, non respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: Uixit dominus, & uiuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo & secutus est eam. Sibeci autē præcesserat ante eos &c.] Quid autem significat, quod puer ab Eliseo missus cum baculo nō resuscitatur per semetipsum uero Eliseus ueniens, seq; super mortuum sternens, atq; ad eius membra se colligens, huc illucq; deambulans, & in ore mortui septies aspirans, hinc ad rediuuam lucem protinus per ministerium compassionis animauit, nisi quod autor humani generis deus, quasi mortuum puerum doluit, cum extinctos nos iniquitatis aculeo miseratus aspexit? Et quia per Moysen terrorem legis protulit, quasi per puerum uirgam misit. Per legem quippe deus uirgam tenuerat, cum dicebat: Si quis hæc uel illa fecerit, morte moriatur. A peccatis igitur morte, nos suscitare non ualuit, sed ad statum uitæ aspirata mansuetudinis gratia erexit. Sed puer cum baculo suscitare mortuum non ualuit, quia Paulo attestante: Nihil ad perfectum adduxit lex. Ipse autem per semetipsum ueniens, & super cadauer humiliter se sternens, & exequenda sibi mortui membra se collegit: quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus ut homo. [Huc illucq; deambulabat,] quia & Iudæam iuxta & longè positas gentes uocat. [Super mortuum septies inspirat,] quia per apertidē diuini muneris, gratiam septiformis spiritus, in peccatis morte iacentibus aspirat. [Moxq; uiuens erigitur,] quia is quem terris uirga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad uitam redit. [Erat autem fames in terra, et filij prophetarum habitabant coram eo, dicitq; uir de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs prophetarum.] Erat inquit fames in terra, nō fames utiq; panis, nec sitis aquæ, sed audiendū uerbum domini. [Et filij prophetarum habitabant coram Eliseo,] cum filij eorū prædicatorum, [qui ambulabant in lege dñi, & scrutantur testimonia eius, in toto corde exegentes eū.] in pñtia dñi saluatoris semp uiuūt,

22 23 24 25

26 27 28 29

Gen. 8.

30 31 32 33 34

Philipp. 2.

35 36 37 38 39

Psalm. 118.

[Egreditur puer in agrum ut colligat herbas agrestes, quatenus inde coquat pulmen-  
 tum, Inuenitque quasi uitam syluestrem, & collegit ex ea colocyntidas agri. Quas concia-  
 dens in ollam, pulmentum facit.] Cum quis literæ legis intentus, uel philosophicis di-  
 sciplinis studiosus, pastum uerbi quærens, amaritudinem literæ legalis, uel mortiferum  
 quiddam in philosophorum libris inueniens, intermiscet ueritati euangelicæ, & in olla  
 cordis sui coquens tale pulmentum, hoc est documentum, præparat ad refectionem au-  
 ditoribus suis. Dicit enim Apostolus: Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Et  
 item: Prudentia (inquit) carnis, mors est: prudentia autem spiritus, uita & pax. Hoc ita-  
 que sentientes fideles populi mortem in olla exclamant, cum talem doctrinam quasi de-  
 ceptionem animarum detestantes uociferantur. Sed iubente Elisæo farina in ollam mit-  
 titur, cum scientia spiritualis in tale documentum intronititur, ut exclusa omni amari-  
 tudine prauitatis, pastus fidelibus præparetur salubris. [Vir autem quidam uenit de  
 Baalsalifa deferens uiro dei panes primitiarum, & uiginti panes hordeaceos, & frumen-  
 tum nouum in pera sua. At ille dixit: Da populo ut comedat. Responditque minister eius,  
 Quantum est hoc ut apponam coram centum uiris? Rursum ille, Da ait populo ut com-  
 edat. Et reliq.] Denique uir de Baalsalifa uenire describitur, deferens uiro dei panes pri-  
 mitiarum, & uiginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. Quem autem  
 uirum istum accipere melius possumus, quam ceterum sanctorum patris, qui uirtute ani-  
 mi & bonorum operum polleret? Qui bene de Baalsalifa uenisse dicitur. Baalsalifa enim  
 habens tertium interpretatur. Recte ergo de Baalsalifa est, qui ternarium numerum in  
 credulitate & confessione sanctæ trinitatis seruat. Hic ergo uiro dei panes primitiarum  
 offert, cum redemptori nostro per gratiam eius inspiratus, offert libros de origine crea-  
 turarum compositos. Offert uiginti panes hordeaceos, hoc est decalogum legis in Moy-  
 si & prophetarum scriptis comprehensum. Offert frumentum nouum in pera sua, cum  
 nouum testamentum post mediatoris nostri aduentum, in sancti euangelii & apostolo-  
 rum scriptis profert. Iubet ergo Elisæus noster ministris suis, sanctis uidelicet prædica-  
 toribus, ut hanc oblationem populo fidelium dispensent, ut secundum illud euangelii,  
 de thesauro suo uelut scriba doctus in regno caelorum proferant noua & uetera, quate-  
 nus pabulo diuini uerbi reficiantur. Quod mysterium in euangelio iteratum legimus,  
 cum in fractione quinque panum quinque millia hominum, & item septem panum qua-  
 tuor millia hominum satiata esse commemorantur; & satiatis turbis, collegerunt duode-  
 cim cophinos, siue septem sportas fragmentorum, quia nullus est qui sacramenta diui-  
 na scriptura per omnia capere possit, quin sibi satiatio supererit iuxta uerbum domini,

## Caput V.

**N**Aaman princeps militiæ regis Syriæ, erat uir magnus apud dominum suum,  
 & honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem Syriæ. Erat autem uir for-  
 tis & diues, sed leprosus. [Iste autem Naaman q princeps militiæ regis Syriæ  
 esse describitur, quem melius significare potest, quam populum gentilem? qui  
 in orbe triquetrorum per uirtutem bellorum principatum gerebat, ac rerum decore frueba-  
 tur, quod in nominis eius interpretatione exprimitur. Interpretatur autem Naaman de-  
 cus siue comotio eorum. Sed iste uir licet fortis & diues fuerit, tamen leprosus esse me-  
 moratur, quia quamuis per potentiam regni, ac rerum abundantiam dominari uideret-  
 tur, tamen per erroris nequitiam, & idololatriæ lepram foedus apparuit. [Porro de  
 Syriâ egressi fuerat latrunculi, & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam,  
 quæ erat in obsequio uxoris Naaman. Quæ ait ad dominam suam: Vtinam fuisset do-  
 minus meus ad prophetam qui est in Samaria, profecto curasset eum à lepra quam ha-  
 bet.] Latrunculi quippe de Syriâ (quæ interpretatur sublimitas) egressi sunt, cum cu-  
 piditate ducti, & diuersis negotiis impliciti, sperantes in incerto diuitiarum, gentiles per

totam terram uagabantur. Hinc & ad terram Israel uenientes, captiuam mulierculam  
 duxerunt, quæ in captiuitate posita, de propheta in Israel testabatur, quia fama de Israel  
 per negotiatores gentium translata in toto orbe curiositati hominum, quam uxor Na-  
 aman significat, uerum prophetam & saluatorem omnium in Iudæa manere patefecit.  
 [Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nuntiavit ei, dicens: Sic & sic locu-  
 ta est puella de terra Israel. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, & mittam literas ad regem Isra-  
 el. Qui cum profectus esset & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aure-  
 os, & decem mutatoria uestimentorum, derulit literas ad regem Israel in hæc uerba:  
 CVM ACCEPERIS epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman seruum meum,  
 ut cures eum à lepra sua.] Cum hi ad quos noticia uerbi dei peruenit, sicut sibi præ-  
 sunt, suggerunt scientiæ spiritualis magnitudinem, Mittit rex Syriæ literas ad regem Is-  
 rael pro salute serui sui, Cum primatus gentium audiens deum esse in Israel (quia notus  
 in Iudæos in Israel magnum nomen eius) salutem suorum præuidens legationem in Iu-  
 dæam mittit, ut per apostolicam doctrinam saluatoris fidem accipiat. Vnde Cornelius  
 centurio de Cæsarea in Ioppen ad Petrum Misit. Et Paulo per uisionem uir Macedo ap-  
 paruit, qui eum exhortabatur, ut ueniens adiuuaret eos qui in Macedonia erant, sicut in  
 actibus apostolorum legitur. [Cumque legisset rex Israel literas, scidit uestimenta sua,  
 & ait: Nunquid deus ego sum, ut occidere possim & uiuificari? quia iste misit ad me ut  
 curem hominem à lepra sua. Animaduertite, & uidete, quod occasiones quærat aduer-  
 sum me. Quod cum audisset Elisæus uir dei, scidisse uidelicet regem Israel uestimenta  
 sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti uestimenta tua? Quid significat rex iste Isra-  
 el, qui audita legatione Syriæ, de salute à propheta Israel quærente expauit, nisi sacerdo-  
 tes, scribas, & phariseos, rectores Iudæorum? qui considerantes quod undique plebes ad  
 redemptorem nostrum salutis suæ causa ueniebant, quasi blasphemiam existimantes, ue-  
 stimenta sua scindebant, sicut in euangelio principem sacerdotum, audita Christi prædica-  
 tione, fecisse legimus. Sed licet rex Israel in tali auditu pertimescat, tamen propheta  
 dei quos ad se migrasse cognouerat, ad se peruenire persuadebat, dicens: [Veniat ad me,  
 & sciat esse prophetam in Israel.] Et dominus noster quos præsciuit, hos & uocauit:  
 & quos uocauit, illos & iustificauit. [Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & ste-  
 tit ad ostium domus Elisæi. Misitque ad eum Elisæus nuntium, dicens: Vade, & lauae  
 septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman, re-  
 cedebat, dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomē domini dei  
 sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Aba-  
 na & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, ut lauer in eis & munder?]  
 Veniens quidem gentilis populus ad domum Elisæi nostri, sanctam uidelicet ecclesiam,  
 per missum ab eo nuntium accepit, ut se in Iordane septies lauaret, & sic sanitatem reci-  
 peret, atque mundaretur: quia per euangelicos prædicatores dominus dicit, Nisi quis re-  
 natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Et item, Qui  
 crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui uero non crediderit, condemnabitur. Ior-  
 danis itaque aquæ, sacrum baptismum significant, quia in eis saluator noster baptismum nos-  
 bis consecrauit. Quod autem Naaman indignatus de tali responso, lauationem aquæ ior-  
 danicæ despexit, simplicitatem significat rudium, qui spirituales non potuerunt intel-  
 ligere efficaciam: quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. [Cum ergo  
 uertisset se & abiret indignans, Accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, cessi-  
 rem grandē dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quāto magis quia nūc dicit tibi, la-  
 uare & mundaberis? Descendit & lauit in Iordane septies, iuxta sermonem uiri dei, & restitua-  
 ta est caro eius, sicut caro pueri paruali, & mundatus est.] Bene ergo serui Naaman me-  
 liore consilio, ad perficiendum illud mandatum propheticum, persuaserunt: quia sæpe  
 dominus iuniori reuelat quod melius est. Et secundum Petri uocem, personarum acce-  
 ptor deus non est, sed in omni gente qui timet deum, & operatur iustitiam, acceptus est

1. Corint. 5.  
Roma. 8.

Matth. 13.  
Matth. 14.  
Matth. 15.

Psal. 75  
Actuum. 10  
Actuum. 16.


Matth. 26

Roma. 8.

Iohan. 3.  
Marci. 16.

1. Corint. 2.

Matth. 11.  
Roma. 2  
Actuum. 10.



illi. Abijt & lauit septies iuxta sermonem uiri dei, & restituta est caro eius sicut caro paruuli: quia mundatus aquis baptismatis, per inuocationem septiformis spiritus, quisq; ueram recipit sanitatem, & ad innocentis uitae infantiam redigatur, ut uita aeterna ingressum percipere mereatur. Vnde ipsa ueritas suis discipulis ait: Nisi conuerſi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. [Denique reuersus Naaman ad uirum dei cum uniuerso comitatu suo, uenit & stetit coram eo, & ait: Uere scio quod non sit deus in uniuersa terra, nisi tantum in Israel.] Haec est enim catholica professio, quod deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, non est mortuorum, sed uiuentium. Quoniam omnes diuinitum daemona, dominus autem caelos fecit. Et ut cuncta hic baptisimi scires sacramenta praemonstrata, in quo abrenuntiare satanae, ac fidem domini confiteri praecipimur. Negat se Naaman ultra dijs alienis litaturum, soli per omnia domino seruiturum. Partem quoq; terrae sanctae secum tollere gaudet: quia baptizatos oportet dominici quoq; corporis participatione confirmari. [Dixitq; Sibi puer uiri dei, Pepercit dominus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quae attulit. Uelut dominus quia curram post eum, ut accipiam aliquid ab eo. Et reliqua.] Post haec autem scriptura narrat, quod Gihezi puer uiri dei, concupierit de pecunijs, quas praedictus Syrus homini dei attulerit, sed eo nolente, aliquid accipere, inde ipse per mendacium turpe acquisiuit, quod suus magister accipere per fidem renuit. Gihezi quoq; qui interpres tatur, praeruptum uidens, siue uallis uisio, significat Iudaicum populum, qui aliquando puer uiri dei, propheta attestante, uocabatur, sicut Osee dicit: Puer Israel & dilexi eum. Sed postquam spreto euangelio, & crucifixo filio dei, semetipsum de tali dignitate in foueam auaritia praecipitans, cupiditatem secutus est terrenam, quam filij dei per baptismum renati, spreuerunt, per sententiam iusti iudicis dei, lepram erroris quam credentes deposuerant, ipse sibi conseruit, necnon & omnes qui post baptismum & emendationem uitae ad pristina uitia reuertentur, sordibus quibus se exutos sperabant, iterum implicati inuoluuntur. Vnde scriptum est: Canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in uolutabro lutu, sic stultus qui iterat stultitiam suam.

## Caput VI.

Dixerunt autem filij prophetarum ad Elisaeum: Ecce locus in quo habitamus co-  
 dram te, angustus est nobis, Eamus usq; ad Iordanem, & tollant singuli de sylua  
 materias singulas, & aedificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit, Ite.  
 Et ait vnus ex illis: Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respondit ego ueniam. Et abiit cum  
 eis. Cuncti uenissent ad Iordanem, caedebant ligna. Accidit autem, ut cum vnus materia  
 am succidisset, caderet ferrum securis in aquam. Exclamauitq; ille, & ait: Heu heu  
 domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei, Vbi cecidit? At ille  
 monstrauit ei locum, Praecidit ergo lignum, & misit illud. Natauitq; ferrum, & ait: Tol-  
 le. Qui extendit manum, & tulit illud. Haec itaq; actio bene redemptori nostro con-  
 uenit per significationem. Cum igitur securibus ligna caederentur, de ligno ferrum exi-  
 liens in profundum fluminis missum est, atq; in lignum desuper ab Elisaeo profectum,  
 reuersum est: ita etiam cum impios Iudaeos, per corpus operata praesentia Christi, tan-  
 quam infructuosas arbores caederet, quia de illa Iohannes dixerat: Ecce securis ad radice-  
 cem arborum posita est. Ab eis interueniente passione corpus ipsum deseruit, profunda  
 descendit, quod in sepultura depositum, tanquam ad manubrium, spiritu redeunte, res-  
 surrexit. Aliter: Ferrum in manubrio, donum intellectus in corde est. Ligna uero per  
 hoc caedere est, prae agere increpare. Quod nonnunquam dum fluxe agitur, dum lapsus  
 uanae gloriae in accepta eadem scientia non uitatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dis-  
 soluto opere, intelligentia fatuatur. Quam profecto intelligentiam, ad hoc nouimus da-  
 ri, ut apre dantis oculos, ex bona debeat actione restitui. Vnde & recte, is qui ferru ami-  
 serat, clamabat: [Heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam.] Habent  
 enim hoc electi proprium, si qui eis in sua scientia furtiue uanae gloriae culpa surrep-  
 erit, ad cor uelociter redeant, & quicquid in se ante districti iudicis oculos damnabile inuenit,

lachrymis insequuntur. Qui stentes non solum caute inspiciunt, quae mala commiserunt,  
 sed ex accepto munere quae reddere etiam bona debuerunt: quia nimirum tanto se am-  
 plius peccatores sentiunt, quanto ex neglectis bonis quae agere poterant debitores tenen-  
 tur. Recte ergo qui ferrum perdidit, clamat: [Heu heu heu & hoc ipsum mutuo acce-  
 peram.] Ac si dicat: Illud per dissolutionem negligentiae perdidit, quod ut per bona ope-  
 ra redderem ex gratia creditoris accepi. Sed nunquam deus mentem deserit, quae in pec-  
 catis se ueraciter agnoscat. [Vnde & mox Elisaeus ueniens, lignum deorsum misit, & ferru  
 in superficiem attulit,] quia uidelicet redemptor noster pie nos respiciens, cor peccatoris  
 humiliat, & eam quam amiserat, intelligentiam reformat. [Lignum erigit & ferrum in  
 superficiem attulit,] quia uidelicet redemptor noster, & scientiam reparat, & cor elati-  
 tum in cogitatione humiliat. Vnde bene in alia translatione dicitur: [Quod confregit  
 lignum atq; iactauit, & sic ferrum sustulit.] Lignum namq; confringere est, cor ab elatio-  
 ne conterere. Lignum ad ima iactare est, eleuatum cor in cogitatione (ut diximus) pro-  
 priae infirmitatis humiliare. Atq; ilico ferrum ad superficiem redit, quia ad usum exerci-  
 tationis pristinae intelligentiae recurrit. Igitur quoniam donum intellectus quod accipi-  
 tur, uix cum tot difficultatibus custoditur, curandum ualde est, ne otio torpeat, curandū  
 ne incitatione operis uitio elationis euanescat. Sancti namq; uiri minime exultant, cum co-  
 gnoscunt quae faciunt. Sed cum faciunt quae cognouerunt, etsi intelligendo largius con-  
 gaudent a munere largitoris, merentes tamen considerant debitum operis: ut uidelicet  
 actione persoluant, quod eis praerogatum est in cognitione. Stultus namq; est debitor, qui  
 gaudens pecunias mutuas accipit, & tempus quo reddere debeat non attendit. Modera-  
 tur autem latitiam accipiendi, quando solerti prouidentia etiam constitutum tempus red-  
 dendū cogitatur. [Ret autem Syriae pugnabat contra Israel, consiliumq; iniit cum ser-  
 uis suis, dicens: In loco illo & illo ponamus insidias. Misit itaq; uir dei ad regem Israel,  
 dicens: Caue ne transcas in locum illum, quia ibi Syri in insidijs sunt. Misit itaq; rex Is-  
 rael ad locum quem dixerat ei uir dei, & praeccepit eum & obseruauit se ibi. Et reliq.]  
 Quem congruentius hic rex Syriae, quam potestatem significat terrenam: quae saepe su-  
 perba sentiens populum dei, hoc est filios lucis, persequitur, sed ipsi per ueri Elisaei do-  
 mini uidelicet nostri doctrinam insidias inimicorum praecauere edocentur. Vt est illud,  
 Estote (inquit) prudentes sicut serpentes, & simplices ut columbae. Et item: Cauete au-  
 tem ab hominibus. Et alibi: Attendite (ait) a falsis prophetis. Hoc quippe agnoscens mi-  
 dana potentia, ipsum prophetam interficere disponit, cum Christum in cordibus electo-  
 rum extinguere festinant. [Misit ergo illuc rex Syriae equos & currus & robur exerci-  
 tus. Qui cum uenissent nocte, circumdederunt ciuitatem.] Omnis ergo qui nequitiae ar-  
 mis confidens, Christi famulis insidias praeparat, nocte perfidiae excacatus, bellum contra  
 ecclesiam gerit. [Consurgens autem diluculo, minister uiri dei egressus est. Viditq; ex-  
 ercitus in circuitu ciuitatis & equos & currus, Furtiuamq; ei, dicens: Heu heu domine mi,  
 quid faciemus?] Haec sententia denotat illos, qui propter pusillanimitate cordis sui, pec-  
 nas uerentur corporales, quibus propheta respondit: Noli timere, plures enim nobis  
 cum sunt, quam cum illis. Et saluator discipulis ait: In mundo pressuram habebitis, sed  
 confidite, quia ego uici mundum. Et item: Nolite timere eos (inquit) qui occidunt cor-  
 pus, & post haec non habent quid faciant uobis: quin potius eum timere, q pot & animam &  
 corpus perdere in gehennam, & Petro dominus in passione sua ait: An putas quia non  
 possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelo-  
 rum? [Cunctis orasset Elisaeus, ait: Domine, aperi oculos huius ut uideat. Et aperuit do-  
 minus oculos pueri, & uidit: ecce mons plenus equorum & currus igneorum in circuitu  
 Elisaei.] Et ualde necesse est ut Elisaeus noster, aperiat oculos cordis nostri, ut considere-  
 mus & agnoscamus, quia omnes qui confidunt in illum, non confundentur. [Porro Eli-  
 saeus orauit dominum, dicens: Percute obsecro gentem hanc caecitate. Percussitq; eos do-  
 minus ne uiderent iuxta uerbum Elisaei.] Bonum ergo illis est, quos oculus suus scandali-  
 zar, ut eruatur & proiciatur ab eis, quatenus intuetus malitiae & superbiae, obturatus, &

Matth. 18.

»

Marci. 12.

Psalm. 95.

»

»

Prover. 26.

»

»

»

Matth. 5.

Matth. 10.

Matth. 7.

»

»

»

»

2. Paral. 32.

Iohan. 16.

Matth. 10.

Matth. 26.

»

»

Psalm. 2. 4.

Matth. 5.

8. Corint. 3. oculus sane fidei ac simplicitatis aperiatur. Vnde dicit Apostolus: Siquis inter uos uideatur sapiens esse, stultus fiat ut sit sapiens. [Dixitq; rex Israel ad Eliseum cum vidisset eos: Nunquid percuciam eos pater meus? Et ille ait: Non percucies. Neq; enim cepisti eos gladio, aut arcu tuo ut percucias. Sed pone panem et aquam coram eis ut comedant et bibant, et vadant ad domum suam. Et reliq;.] Postquam ergo Eliseus hostes adduxit in Samariam, non eos occidi permisisse, sed refecionem magnam cibis illis preparans, dimisit eos in pace. Et Saulum diu contra stimulum calcitrantem, primum dominus excacauit, deinde scientia spiritali magnifice repleuit, atq; ad predicandum suis euangelium in gentibus direxit. Nobisq; precepit, ita dicens: Diligite inimicos uestros, & benefacite his qui oderunt uos, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est. [Factum est autem post haec coegregauit Benadad rex Syriae uniuersum exercitum suum, et ascendit et obsidebat Samariam, factaq; est fames magna in Samaria &c.] Narrat scriptura q; Benadad rex Syriae obsideret Samariam; facta autem fame, afflictus est populus ualde, sed domino miserante, reuelatum est Eliseo uerbum domini, & praedixit populo solatia uentura, ita dicens: Haecc dicit dominus,

Caput VII.

11. **I**n tempore hoc, cras modius similiae, uno statere erit; et duo modij hordei, statere uno in porta Samariae. Quod cum non crederet, vnus de duobus super cuius manum rex incubebat, homini dei ait: Si dominus fecerit etiam cataractas in caelo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Uidebis oculis tuis, et inde non comedes. [Potest hoc loco Benadad cum suo exercitu, diabolus mystice accipi, quia corda iniquorum per inuidiam contra ecclesiam bellum gerere excitat. Sub hoc quidem rege, sunt modo falsi Iudaei, de quibus in Apocalypsi scriptum est, qui dicunt se Iudaeos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanae. Sub hoc rege sunt pagani, sunt & haeretici; facta ergo persecutione ab antiquo hoste, per tales affligit populus dei, qui est positus in Samaria, hoc est in custodia legis diuinae; sitiq; fames ualida, cum non permittitur doctoribus libere uerbum dei praedicare. Sed Eliseo reuelante, hoc est redemptore nostro, per euangelium indicante, salus quae a peccatoribus longe est, timentibus deum prope esse dinoscitur. Dicit enim dominus noster ad seruos suos: In tempore hoc, cras modius similiae uno statere erit, et duo modij hordei, statere uno in porta Samariae.] Quid enim modius similiae, nisi perfectam mensuram diuinae sapientiae, quae est in nouo testamento? & quod duo modij hordei, nisi scientiam legis & prophetarum significant? qui comparantur statere uno, hoc est fide catholica. In porta Samariae, in praedicatione uidelicet apostolica, per quam intrat in ecclesiam. In tempore (inquit) hoc, cras modius similiae, uno statere erit, & reliq;.] Acti dixisset, cessante turbine persecutionis, quae sit hodie, dabit dominus cras, hoc est, tempore futuro, quietem & tranquillitatem, ut praedicatione euangelij perfecte credentibus compleatur. Fuit enim tempore passionis dominicae quasi fames uerbi domini, cum apostoli relicto omnes eo fugerunt, & domi se propter metum Iudaeorum incluserunt. Et iterum scriptum est: Quia nemo de illo palam ausus est loqui, sed relucente die resurrectionis, iam aderat tempus quo comites Christi illum uidentes uiuere, & postmodum etiam caelos ascendere, percepta spiritus sancti gratia, libere uerbum dei praedicabat, tam Iudaeis quam etiam gentibus. Et impletum est illud uaticinium Isaiae: Quia scissae sunt in deserto aquae, & torrentes in solitudine, & quae erat arida in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. Vnde dominus per ipsum prophetam loquens ait: Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absq; argento, & absq; ulla commutatione uinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus & laborem uestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite boni & delectabit in crassitudine anima uestra. Inclinate aurem uestram, & uenite ad me, audite, & uiuet anima uestra. Perturbatis hostibus & in fugam uersis, subiungit scriptura: [quod quatuor uiri leprosi abiissent in castra Syriorum, et nullum ibi reperientes, comederunt et biberunt. Ablatisq; inde auro et argento ac vestibus et absconsis, postea compuncti, in ciuitatem hoc annuntiauerunt, atq; salutis huius indicia praestiterunt.] Qui ergo sunt le-

Apost. 2.

Isaie 55. Naie 55

profi isti, nisi qui uarijs uitij dediti, uel diuersis erroribus impliciti, foeditatem ex interna peste educentes ostendunt in cute? Hos dominus saepe conuertens ad fidem, & mundans ab errore & uitij, uerae salutis nuntios efficit. [Ingressi itaq; leprosi in castra Syriorum, comederunt et biberunt, et aurum atq; argentum inde asportauerunt.] Cum despecti istius mundi, meditationi philosophiae operam dantes, & sensus subtilitatem, & locutionis uenustatem, acquirunt; unde ecclesiae usibus bene instructi deseruire possint. Frequenter ergo talibus dominus, & ingenij acumen, & uerae sapientiae donum, largitur. Qui bene quatuor esse memorantur, ut a quatuor euangeliorum eruditione imbuti, in quatuor mundi partibus fidei ueritatem praedicent. Legitur enim in euangelio, q; dominus cum publicanis & peccatoribus manducaret, & mulier quae erat in ciuitate peccatrix, lachrymis eius laualet pedes, & capillis suis tergeret, & unguento ungeret, Mattheum ex publicano, apostolum & euangelistam fecit. Apparuitq; post resurrectionem suam, primo Mariae Magdalena, de qua eiecerat septem daemonia, illa uadens nuntiauit his qui cum eo fuerant lugentibus & stentibus. [Porro dyccem illum, super cuius manum rex incubuerat, et prophetae uerbis diffidebat, constitutum ad portam, conculcauit turba in introitu, et mortuus est, iuxta quod locutus fuerat uir dei.] Dux iste typum tenet scribae & pharisaeorum, qui habentes clauem scientiae, nec ipsi introierunt per fidem in ecclesiam catholicam, & eos qui introire uolebant, prohibuerat. Ad quos ipsa ueritas ait: Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae, qui clauditis regnum caelorum ante homines, uos enim non intratis, nec alios introeuntes finitis intrare. [Quem conculcauit turba in porta,] quia inutiliter ante ostium fidei stabat, & gressum introeuntium impediabat. Vnde merito conculcatus, hoc est, examine iusti iudicis damnatus, perpetuas mittetur in tenebras. Na & dominus in euangelio ait: Si fal euauerit ad nihil ualeat ultra, nisi ut mittetur foras & conculcetur ab hominibus.

Matth. 9.  
Iohan. 12.  
Luce. 5  
Matth. 23  
Luce. 7.  
Matth. 23  
Matth. 5

Caput IX.

**E**liseus autem propheta, uocauit unum de filiis prophetarum, et ait illi: Accinge lumbos tuos, et tolle lenticulam olei in manu tua, et uade in Ramoth Galaad. Cum ueneris illuc, uidebis Iehu filium Josaphat, filij Namsi, et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, et introduces in interius cubiculum, tenensq; lenticulam olei, fundes super caput eius, et dices: Haec dicit dominus: Unxi te in rege super Israel. Et reliq;. Dehinc refertur in historia hac regum, qualiter Iehu dominus ordinauerit ad extirpandam domum Achab, & sacerdotes Baal interficiendos. Qui & percussit Ioram regem Israel, & Ahaziam regem Iuda, & Iezabel impiissimam reginam de palatio in Iezrael praecipitari fecit. Iehu enim typice potest designare principatum gentium, quem dominus ac redemptor noster destinauit, ut in sacrilega ciuitate, quae prophetae & ipsum dominum prophetarum occidit, & apostolos eius persecuta est, iudicia exerceret, & eam ultione iusta perimeret, atq; sacerdotium uanum, quod post Christi aduentum inaniter habuerat, destrueret, templumq; subuerteret, necnon & impiam synagogam, quae sanguinem sanctorum semper sitiebat, de regni culmine praecipitaret, ac rectores illius interficeret.

Caput XI.

**A**thalia uero mater Abaziae, uides mortuum filium suum, surrexit et interfecit omne semen regum. Sed Josaba filia regis Ioram, soror Abaziae Joas filium Abaziae tollens, furata est de medio filiozum regis qui interficiebantur, et abscondit eum a facie Abaziae, ut non interficeretur, eratq; cum ea in domo domini clam sex annis, quia Josaba uxor erat Iadae pontificis. Athalia igitur haec, quae semen Dauid extinguere moliebatur, & regiam stirpem delere, bene impietatem exprimit synagoga, quae per nequiam mearis, seminis Dauid, hoc est, Christi insidiatrix erat, & odium contra eum semper in corde gerebat, quae aliquando regnare uidebatur, cum legis ceremonias temporaliter obseruabat. Interpretatur Athalia temporalis domini. Sed Josaba strenuitate (quae interpretatur saturitas domini, id est ecclesiae, in qua uerae sunt deliciae) seruatur Joas, qui interpretatur memoria domini, Christus uidelicet in quo memoria est nominis domini.



ne per crudelitatem saeuientis hostis interimatur in cordibus electorum, magisq; nutriatur in domo Ioiadae pontificis, qui dilectus domini sonat, de quo patris uox, ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Cuius domus est sancta ecclesia, ubi in sancta fide electorum manens, quotidie facit augmentum corporis sui, donec tempore iudicii, sceptrum regni & potentiam aduersus eos extollet, qui eum deprimere cogitabant, & interfectricem sanctorum, aeternis deputauerit poenis. Anno autem septimo misit Ioiada, & assumens centuriones & milites, introduxit ad se in templum domini, pepigitq; cum eis fœdus. Et adiuuans in domo domini eos, ostendit eis filium regis, et præcepit illis, dicens: Iste est sermo quem facere debetis. Tertia pars uestrum introeat sabato, & obseruet excubitum domus regis. Tertia autem pars sit ad portam Seir, et tertia pars ad portam quæ est post habitaculum scutariorum, et custodietis excubitum domus Messa. Duæ uero partes e uobis, omnes egredientes sabato, custodiant excubias domus domini circum regem, & uallabitis eum habentes arma in manibus uestris. Si quis autem ingressus fuerit septa templi, interficiatur. Eritisq; cum rege intrante & egrediente: Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos. Et assumptes singuli uiros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur à sabbatum, uenerunt ad Ioiada sacerdotem: qui dedit eis hastas & arma regis David, quæ erant in domo domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua à parte templi dextra, usq; ad partem sinistram altaris & ædis circum regem. Hæc autem quomodo facta sint & in quibus locis, si quis ea quæ superius de atrijs domus domini dicta sunt, bene cõmemorauerit, ita intelligere potest. Sed ne fastidium faciamus lectoribus, omisit quæ iam exposita sunt, ad illud quod de diuisione turbæ dictum est, ueniamus. Cuius rei ratio talis est. Erant autem fortes uiginti quatuor & sacerdotum & leuitarum & ianitorum, qui per totidẽ septimanas sibi ex ordine succederet. Sabbato noua turma intrante ad officium, & post sabbatum quæ proxima septimana ministrauerat domum redeunte. Sed hic pontifex propter necessitatem agendi circa nouum regem exercitus, & eos qui intrandi septimanam ordinẽ habebant, suscepit: & illos q; iam suam septimanam ministrando impleuerant, ne abiret retinuit: q; alios quoq; leuitas de cunctis urbibus Iuda, simul & principes familiarum Israel, missis in hoc centuriõibus Ierosolymam, cõgregauerat, (ut uerba diez; narrant): quos educturus filium regis, tali ratione distinxit: ut omnes qui impleuerant sabbatum, & egressuri erant, in duas diuisi partes, regem in interioribus atrijs locis, armati circumstarent. Reliqua uero multitudo, id est, hi qui non erant de stirpe Leui, exteriores atriõrum ianuas contra furorem reginæ (si quid forte aduersi moliretur) custodirent. Porro hi q; nuper ad sabbatum uenerant (sacerdotes, leuitæ & ianitores, in tres diuisi partes, domum regis, id est, palatium obseruarent, ne uel hoc regina collecto exercitu, contra regem defenderet. Seruarent & portam scutariorum habitaculi, per quam de templo ad palatium descendebatur, sicut infra dicitur. Duxeruntq; regem de domo domini, & uenerunt per uiam portæ scutariorum in palatium, & sedit supra thronum regum, ubi & porta Seir & domus Messa, quæ cum porta scutariorum nominantur, esse uidentur. Scutarios autem tutores regis appellat, testante libro Paralipomenon: qui, cum Roboam scuta ærea pro aureis commemorasset, adiecit, Et tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant uestibulum palatii. In quo, uidelicet libro, distinctius hæc cuncta replicantur. Tertia pars uestrum, qui ueniunt ad sabbatum sacerdotum & leuitarum & ianitorum, erit in portis. Tertia uero pars ad domum regis, & tertia in porta quæ appellatur fundamenti. Omne uero reliquum uulgus, sit in atrijs domus domini, nec quisquam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de leuitis. Ipsi tantum modo ingrediant, quia sanctificati sunt, & omne reliquum uulgus obseruet custodias domini, leuitæ autem circumdant regẽ, habentes singuli arma sua, &c. Quod sequitur de eodem: Produxitq; filium regis, & posuit super caput eius diademam, & testimonium. In diademate, insigne capitis regium, in testimonio designat decreta legis dei, quibus quid agere rex debeat, qualiter uiuere, præcipiatur, Deniq; in libro uer-

boz; diez; aperit; Et imposuerunt (inquit) ei diademam & testimonium, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regẽ. Magnæ utiq; erat salutarisq; prudentiæ, ut post tyrannicæ impietisq; necem reginæ, succedenti in regnũ filio regis legitimi, cum ipso regni habitu simul disciplina legis dei seruanda committeretur, & qui se prælatum populo regendo uideret, ipse se regendum diuinis legibus subdi debere meminisset.

## Caput XII.

**D**ixitq; Joas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templi domini a prætercuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum dñi, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, & instaurant facta tecta domus, si quid necessarium uiderint instaurationi. Mandat rex noster doctoribus suis, ut accipiant omnem pecuniam quæ a prætercuntibus offertur in templum domini, pro pretio animæ & uoto cordis sui: cum quicquid a prætercuntibus in istis scientiæ spiritualis, uel bonorum exemplorum, in thesaurum domini collatum est, per sacerdotum, hoc est, prædicatorum officia, ad instaurationem templi spiritualis conferatur: quatenus quodcumq; scissum sibi per errorem, uel per uitiã inuenirint, restaurerit: ne forte per negligentiam magistrorũ, deperat multitudo auditorum. Quod autem sequitur: Igitur usq; ad uicesimum tertium annum regis Joas non instaurauerunt sacerdotes facta tecta templi. Significat, quod ante aduentum saluatoris, licet doctrina legis in gente Iudaica fuerit, tamen per doctorum negligentiam in multis corrumpebatur, donec ueniret ipse qui legem dedit, & per sanctæ trinitatis fidem, decalogum legis, in Moyse & prophetarum scriptis spiritualiter obseruandum, doceret. Uocantq; rex Joas Ioiada pontificem & sacerdotes, dicens eis: Quare facta tecta nõ instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinẽ uestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam, Et reliq;. Sic & dominus noster in euangelicis doctoribus mandans, ait: Leuate oculos uestris & uidete regiones quia albæ sunt iam ad messem. Rogate dñm messem ut mittat operarios in messem suam. Et item: Bñtes (inquit) in mundũ uniuersum, prædicate euang. omni cre. Infirmos curate, mortuos sus. Leprosos mund. demones eijcite, gratis acce. gratis reddite. Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium unũ, aperuitq; foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingrediẽtium domum domini. Altare uidelicet corpus domini est, iuxta quod gazophylacium positum est, cum ecclesia Chõ coniuñcta est, ad dexteram ingrediẽtium in domum domini: quia hæc est intentio electorum, qui per fidem ingrediuntur ecclesiam, ut ad æternam beatitudinem (quam dextra significat) perueniant. Istud ergo mittunt sacerdotes, qui custodiunt ostia templi, omnem pecuniam quæ defertur ad templum domini, cum prædicatores sancti qui seruant introitum fidei, offerunt uota fidelium in uerbis & operibus, & in ecclesia rite precibus commendant deo. Ascendebat scriba regis & pontifex, effundebantq; & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo domini, & dabant eã iuxta numerum atq; mensuram in manu eorum qui præerant cementarijs domus domini. Qui impendebat eã in fabricis lignorum, & cementarijs his qui operabantur in domo domini. Et reliq;. Scribam regis & pontificem appellat summos doctores, qui pecuniam collatam iuxta numerum atq; mensuram illis tribuebant, qui præerant fabris & cementarijs, hoc est, dispensatoribus uerbi diuini, qui euangelici tritici mensuram, conseruis suis his qui operantur in domo domini, & uirtutum opera in ædificio diuino componunt, tribuebant. Quid ergo aliud fecerunt apostoli (quos principes in ecclesia electio diuina constituit) quando p̄ subiectos sibi discipulos, uerbi diuini semina per totum orbem sparserunt, quatenus operarios uoluntatis dei idoneos in auditoribus suis præficerent: quorum alij fabricant ligna, cum semetipsos & eos, qui sibi obediabant, ligna fructifera in domo domini parare studebant; alij facta tecta templi faciebant, quando illa quæ per hæresim & schismata rupta erant, itædificabant. Alij saxa cædebant, cum duos corde & incredulos, fortiter increpabant, ita, ut impleretur instauration domus domini, in uniuersis quæ indigebant expensa, ad domum domini muniendam: iuxta illud uerbum Apostoli quo ait: Vnicuiq; autē

2. Par. 23

Iohann. 4.  
Matth. 9.  
Marc. 16.  
Matth. 10

Ephes. 4.



nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, Et paulo post: Et ipse (inquit) dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas; Alios uero euangelistas, alios autem doctores & pastores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi. Quod autem sequitur: [Veruntamen non fiebat ex eadem pecunia hydrice templi domini, & fuscinula, & thuribula, & tubae, & omne vas aureum & argenteum, de pecunia quae inserebatur in templum domini.] Significat, quod alia debet esse ratio, formandorum uasorum in ministerium domini, alia parandorum lignorum & saxorum in aedificium domus. Quia alia debet esse doctrina qua rudes imbuuntur ad fidem; & alia qua iam perfecti instruuntur ad scientiae plenitudinem. Bene autem uasa domus domini illi possunt intelligi, qui iam aperti sunt ad capienda munera diuina, & habiles sunt ad ministerium dei. Nam hydrice eos significare possunt, qui aquam sapientiae diuinae in se continent. Fuscinulae quoque doctores spirituales, quorum officium est, corpus & sanguinem domini credentibus distribuere, infidelibus abnegare, necnon & spirituale alimoniam uerbi, cuique prout conuenit, dispartiri. Quia sunt in uerbis dei non nulla, quae nostrae humilitati reuelare, ad nostrae epulas refectionis concedere dignatus est. Sunt item alia tanta profunditatis, quae sancti spiritus solummodo scientiae pateant, nostrae uero capacitatis per omnia mensuram transcendant. Thuribula autem illos figurate demonstrant, qui mundam orationem ex conscientia pura, & fide non ficta offerunt deo, & cum propheta dicere possunt: Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo. Tubae autem quid aliud sunt quam praedicatores sancti, qui in toto orbe terrarum uocem euangelicae praedicationis emittunt: quorum personae, per prophetam dictum est: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et Psalmista: In omnem terram exiit sonus eorum; & in fines orbis terrae uerba eorum. Sequitur: [Et non fiebat ratio his hominibus, qui accipiebant pecuniam, ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.] De uocationem ostendit eorum, de quibus sermo est: Quia tantum studij in religione habuerunt, ut nullus dubitauerit, quin pecuniam domini, sine alienius suspitione fraudis tractarent. Et hanc de arario sublatam, fideliter artificibus, ad muniendam domum, pro ut singulis opus esset, offerrent. Vnde necesse est, ut considerent hi qui spirituales pecuniam uerbi dei ad dispensandum conferuis suis, operarijs scilicet diuinis accipiunt, quanta fide quantaque discretionem illis opus est, quibus ratio de eadem pecunia reddenda est: ut studeant non minus fideles in spiritualibus inuenire, quam isti in corporalibus fuerant inuenti. [Pecuniam uero pro delicto, & pecuniam pro peccatis, non inserbant in templum domini, quia sacerdotum erat.] Haec sententia ostendit, quod non quis proprio arbitrio facile se credere debet, sed magis sciat, quod confessio peccatorum & poenitentia, sacerdotum iudicio peragenda est, qui habent scientiam discernendi inter mundum & im-mundum, & lepra maculam dijudicare, & aut condemnare, aut mundum discernere.

Caput XIII.

**E**lisaus autem aegrotabat infirmitate, qua & mortuus est. Descenditque ad eum Joas rex Israel, & flebat coram eo dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et ait illi Elisaus: Affer arcum & sagittas, cumque attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam superpositum Elisaus manus suas manibus regio, & ait: Aperire fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Elisaus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait Elisaus: Sagitta salutis domini, & sagitta salutis contra. Syria percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam. Et reliquum. Quid est quod propheta regi Israel iubet arcum & sagittam afferre, nisi quod redemptor nostrae rectoribus ecclesiae, armis spiritualibus se induit, & contra hostem antiquum praecipit praeharitari? Arcus enim nonnunquam in sacro eloquio, pro ipso sacro eloquio poni solet, quod ex utroque testamento uelut ex cornu & chorda constat. Per uetus quippe testamentum, figuratur cornu propter duritiam. Per nouum, quod incarnato domino figuratum est, signatur chorda, & dum chorda trahitur, cornu curuat, quia cum nouum testamentum

discuritur, a duritia literae uetus inclinatur, & ad intellectum spiritualem flectitur, quia rigore eius duritia non tenetur. Sagittae enim sunt haec ipsa uerba, quae doctores proferrunt. Vnde etiam bene de sanctis doctoribus, per prophetam, gentilitatem ingredientibus, dicit: Cum sagittis acutis & arcu ingredientem illuc. Nos ergo cum scripturae sacrae dicta perscrutemur, arcum intedimus; cum uerba doctrinae damus, sagittas emittimus. [Ponitque Elisaus manus suas super manus regis.] Cum exemplis suis dominus actiois doctorum dirigit & confortat. I. Orientalem fenestram aperire mandat, & iacet sagittam. Quia luminaria scientiae & uerbae doctrinae, suos hortatur primum illustrari, & sicut iacula uerborum mittere. [Et ait Elisaus: Sagitta salutis domini, & sagitta salutis contra Syriam, percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.] Sagittas ergo salutis domini, est praedicationis sancta, cum decenter exhibetur, & spiritualium hostium certissima interfectio, si perseveranter agitur. Nec fas est ut aliquando dispensator uerbi dei, segniter torpeat, cui iussum est, ut gregis domini curam habeat, quia multum obest deuotis auditoribus, si inertia praevalet doctoribus. Dicit enim propheta, Clama, ne cesses. Et Apostolus ad Timotheum: Testificor (inquit) coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius, praedica uerbum, in saepe oportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Vnde non debet doctor propter auaritiam negligere animarum curam, sed magis per pietatem ad aeternam pendere requiem, quod significat Aphec, interpretatur enim continebit uel apprehendet. Vnde idem Apostolus, enumeratis uitijs quae auaritiam comitantur, ad praedictum discipulum intulit, dicens: Tu autem homo dei haec fuge, sectare uero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, certamen bonum, certamen fidei, apprehendere uitam aeternam in qua uocatus es. [Et ait Elisaus ad regem: Tolle sagittas, qui cum tulisset, rursum dixit ei: Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus uicibus, & stetit, iratus est uir dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies, aut series, sine septies, percussisses Syriam usque ad consummationem. Nunc autem tribus uicibus percuties eam.] Ecce propheta mandat regi iaculo percutere terram, & cum percutit tribus uicibus & stat, irascitur contra eum quod non saepius terram percuteret. Ita & doctoribus praecipitur, praedicationis iaculo terram, hoc est, carnales percutere. Sed qui hoc minus studiose agunt, merito increpatione diuina arguuntur. Quid est enim tribus uicibus terram iaculo percutere, nisi trinitatis fidem carnalibus per doctrinam insinuare? sed cum agit hoc satis doctor, hominesque ad fidem perducit, necesse est ut adhuc instet uerbo, donec illos doceat quingensibus corporis imperare, bonisque operibus (quae per senarium numerum exprimuntur) studium impendere, necnon & scientiam spiritualem instanter meditari, quam septiformis spiritus gratia in scripturis sacris constituit, atque ad salutem humani generis gemino testamento edidit. Qui autem solam fidem sine operibus bonis & meditatione legis dei, sibi sufficere credunt ad salutem, recte a propheta arguuntur, quia secundum Iacobi apostoli sententiam, sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Et alibi scriptum est: Qui ignorat, ignorabit. [Mortuus est ergo Elisaus & sepelierunt eum. Latrunculi quoque de Moab uenerunt in terram Israel in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, uidentes latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchrum Elisaei. Quod mor ut tetigit ossa Elisaei, reuiuuit homo & stetit super pedes suos.] Quid significat haec resuscitatio cadaveris mortui per contactum ossium Elisaei, nisi uitam fidelium, quae in morte Christi ueraciter constat? Quicunque ergo firma fide tangit mortem Christi, & spem suam ueraciter in ipso collocat, sine dubio particeps erit resurrectionis eius. Dicit enim ipsa ueritas: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternum. Et alibi: Sicut Moyses (inquit) exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat sed habeat uitam aeternam. Ca. XIII.

**Q**uod dicitur de Amasia rege Iuda: Ipse percussit Edom in ualle Salinarum decem milia, et apprehendit petram in praedio, uocauitque nomen eius Iecthel quod in praesentem diem. Vallis salinarum erat, ubi sal faciebant, uel saeno uidelicet

Psal. 140

Isa. 58. Psal. 18.

Isa. 7.

Isa. 58. 2. Timo. 4.

1. Timo. 6.

Iaco. 2.

Iohan. 11. Nume. 21.

Iohan. 3.

Isa. 58.

Isa. 58.

cer falsuginis, ut multis in locis deciso, exiccato, & incenso, uel aquis puteorū salis feruēsa  
ctis, & usq; ad falsis firmitatem coquendo perductis, uel alio quolibet ordine, quo sal fieri  
consuevit. In quo etiam loco, & Ioab duodecim Idumeorū percussisse legit. Nac prater  
eundū q; pro ualle Salinay uetus editio quasi nomē regiōis Gemela posuit. Petra autē cū  
uitas est Arabia nobilis in eadē terra Edom, quā in libro Numerorū Recem dicit, & à Sy  
ris hodie quā sic appellat. Iechel uero quod Amasias uictor ei nomē imposuit, interpre  
tatur cœtus dei, uel auxilium dei, uel eo fideliter, ut penni inderec memoria, q; hāc  
uel cœtus populi dei, uel deo adiuuante cœperit.

Caput XV.

Anno vigesimo septimo Jeroboā regis Israel, regnauit Azarias filius Amasie re  
gis Juda. Sedecim annorū erat cum regnare cepisset, & quinquaginta duobus  
annis regnauit in Ierusalē. Et reliq;. Azarias ipse est Ozias, q; propter contem  
ptum dñi, dū sacrificare in templo uellet contra legē Moyfi, percussus est lepra à dño iuxta  
altare astans, & holocausta nitens offerre. Potest quippe Ozias rex leprosus significare  
diabolū, cui lepra iniquitatis insanabilis est. Qui cū suam mēsuram non uellet cognoscere,  
& maiora tēstet appetere, feciditate pessimā leprā notabilis effectus, de domo eiectus  
est, & pseuerauit usq; in finē leprosus, separatus à populo dei. Sub hoc uidelicet rege re  
gnauit, & quantū in se est sacerdotiū dissipante, Isaias propheta uisionē illam magnificā,  
qua uiderat dñm sedentē sup solitū excelsum, uidere nō potuit. Quando ille regnū tenuit  
in Iudaea, propheta oculos nō leuauit ad cælū, nō sunt ei reserata caelestia, nō apparuit  
diis sabaoth, nec in mysterio fideliter sancti nomē auditum est. Quando ille mortuus est,  
uniuersa quā subsequens sermo monstrauit apto sese in lumine, pdiderant. Tale qd & in  
Exodo scriptum est, Dum Pharao uixit, populus Israhel ex luti & palcay opere  
non suspirauit ad dñm. Dum ille regnauit nemo quā fuit deū patre Abraham, Isaac & Ia  
cob. Quando uero ille mortuus est, suspirauerunt filij Israhel, (ut scriptura dicit) & ascē  
dit clamor eorū ad dñm, cum utiq; iuxta historiam tunc magis gaudere debuerint, & an  
te suspirare, cum uiueret. Iezechiel quoq; prophetante, Phaltias filius Banaia, occuba  
it, & post pessimi ducis interitum, Cecidi (inquit) sup facie meam & clamaui uoce ma  
gna, & dixi: Heu mi Heu mi adonai deus, consummationem tu facis reliquias Israhel. Si  
ergo intelligas in Ozia & Pharaone & Phaltia & cæteris istiusmodi, contrarias fortitu  
dines, uidebis quomodo illis uiuētibus, nullus uestrorū uideat & suspiret, & in poeniten  
tiam corruet. Non regnet (ait Apostolus) peccatū in mortali corpore uestro. Regnante  
peccato Aegyptiys extruimus ciuitates in cinere, uersamur in fordidibus. Pro frumento pa  
leas, pro solida petra, luti opera. Sed tū quod dicit de Ieroboam rege Israel, ipse restituit  
it terminos Israhel ab introitu Emath, usq; ad mare solitudinis Emath, quā nūc Epiphani  
adijctur, septentrionalis erat terminus Israhel. Mare autē solitudinis, qd Hebraicā dicitur  
Araba, mare mortuū designat, quod in latitudine p stadia octoginta usq; ad zearos Ara  
bia, in longitudine centū quinquaginta usq; ad uicinā Sodomorū progredit: cuius loci Io  
sephus ita meminit, dicēs: Anno autē quintodecimo regni Amasie, regnauit in Israhel filius  
Ioas Ieroboā, in Samaria annos qdraginta. Hic autē rex circa deū quidē iniuriosus &  
iniquus extitit uehemēter, idōla colēdo, & multa incongrua & opera extranea faciedo.  
Populo autē Israhelitarū multorū bonorū fuit occasio: Huic quidē Ionas prophetauit, quā  
oporteret eū Syrios uincere dimicādo, & regniū propriū dilatare, in partibus qdē Aquil  
lonis, usq; ad Etham ciuitatē: a meridie uero usq; ad Asphaltum. Antiquitus em terminū  
Chananai isti fuerunt, sicut princeps Iesus ea loca determinat. Igit Ieroboam castrame  
tatus contra Syrios, omnem eorū puinciam, sicut Ionas prophetauerat, deustauit.

Caput XVI.

Anno septimo decimo Phacee filij Romelie, regnauit Achaz filius Ioathā re  
gis Juda. Viginti annorum erat Achaz cum regnare cepisset, & sedecim annis  
regnauit in Ierusalem. Non fecit quod erat placitum in conspectu dñi sui, sicut  
ut Dauid pater eius, sed ambulauit in uia regum Israhel. Insuper & filium suum consecra  
uit, transferens per ignem, secundum Idola gentium, quā dissipauit dñs coram filiis Is

racl. Hinc Ioseph taliter narrat: Porro Ioathā mutauit uitam cum uixisset annis qua  
draginta unum, ex quibus regnauit duodecim. Sepultus est in regijs monumētis, uenit  
q; regnum ad eius filium Achaz, q; impius circa deum existens, & paternā prauarica  
tor legis, reges Israhelitarū imitatus, in Ierolymis idolorū aras constituit, & super ea sa  
cificauit. In quibus etiam suum in holocaustū obtulit filium more Chananorū, & sup  
hac multa alia scelera perpetrari. Musach quoq; sabbati quod edificauerat in templo,  
& ingressum regis exterioris, cōuertit in templum dñi, propter regem Assyriorū. Legi in  
cuiusdam libro, Musach sabbati, expositū locum quēdam, uel edificium quoddam esse  
positum in uestibulo templi domini, ubi reges quando sabbato oratiōis causa ad templū  
ibant, pecuniam pro elemosyna mittebant. Et ita Musach sabbati, gazophylacium esse  
solum, sicut Corbanan est sacerdotum. Videtur enim Achaz ipsum edificū & ingres  
sum regis exterioris, non ideo conuertisse in templum domini, quod in eo cultui seruire  
tur diuino, sed ut simul cum templo profanaretur, studens ut magis placeret regi Assy  
rio, qua in deo patrum suorum & dño. Cui sensui uidetur liber Paralipomenon astipu  
lare, ubi ita scriptum est: Igitur Achaz spoliata domo domini, & domo regum & prin  
cipum, dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. Insuper & tempore  
angustia suā, auxit contemptum in dñm. Ipse per se rex Achaz immolauit dijs Dama  
sci uictimas percussoribus suis, & dixit: Dij regum Syria auxiliantur eis, quos ego place  
bo hostijs, & aderunt mihi cum e contrario ipsi fuerint ruina ei, & uniuerso Israhel. Dis  
ceptis itaq; Achaz omnibus uasis domus domini atq; contractis, clausit ianuas templi do  
mini, & fecit sibi altaria in uniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoq; urbibus Iu  
da extruxit aras ad cremandum thus, atq; ad iracundiam prouocauit dominū deum pa  
trum suorum. Hæc sicut scripta reperimus, hoc in loco ponenda esse censuimus, para  
ti si qui aliquid inde certius expresserint, eorum sententiam auscultare. Tunc ascen  
dit Rasin rex Syriae et Phacee filius Romelie rex Israhel, ad præliandum in Ierusalem.  
Ei q; obsiderent Achaz, non ualuerunt superare eum. In tempore illo restitit Rasin rex  
Syriae Israhel Syriae, & eiecit Iudæos de Bala. Et Idumæi uenerunt in Balam, & reliq;. Rex  
impius qui dñm deum patrum suorū dereliquit, & securus est idola gentiū, iuste do  
mini auxilio derelictus est, & cōsurrexerunt aduersus eum Rasin rex Syriae, id est Aram  
& Phacee filius Romelie rex Israhel in Samaria, & uenerit in Ierusalem, ut expugnarēt  
eam. Legimus in Paralip. lib. regem Rasin Damasci, uicto Achaz multos de Iudæa Da  
mascum transtulisse, & Phacee filium Romelie regem decē tribuum, quā appellabant  
tur Israhel, & regnabant in Samaria, una die centum uiginti percussit de Iudæa hominū  
bellatorum, & ducenta mulierum puerorumq; & puellarum, cum infinita præda in Sa  
mariam duxisse captiua. Rursum ueniunt ad Iudæam, & Ierusalem cupiunt debellare,  
& non potuerunt, quia auxiliatus est ei dominus, ut sub occasione misericordie, qua po  
pulum obfessum liberauit, filium suum nuntiaret de uirgine nasciturum, sicut Isaiā pro  
pheta liber cōmemorat. Huic nō suo merito, sed dñi gratiam ostendendo, egredi in oca  
cursum Isaias iubetur, ad extremum aquæ ductus piscinae superioris in uia agri fullonis,  
& dicere ad eum: Vide ut sileas. Noli timere, & cor tuū ne formidet à duabus caudis ti  
tiorum fumigantiū istoꝝ, in ira furoris Rasin regis Syriae, & filij Romelie, eo q; consili  
um inierit cōtra te Syria pessimū, & Ephraim & filius Romelie, dicentes: Ascēdamus  
ad Iudam, & suscitemus eū & euellamus eū ad nos, & ponamus regē in medio eius filia  
um Tabeel. Hæc dicit dominus deus: Non stabit & non erit istud, sed caput Syriae Dama  
scus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc LX. & V. anni, & desinet Ephraim esse populus. I  
Duas autem caudas titiorum, id est torrium fumigantium, uocat Rasin regem Syriae, &  
Phacee filium Romelie regem Samariae, eo q; in illis finitum sit regnū Syriae, id est Da  
masci, & regnum Samariae, id est decem tribuum, qui alio nomine appellabant Ephra  
im. Sexaginta autē & quinq; anni, non à tpibus Achaz, sed ab Ozia numerantur. Igit He  
braei hunc locū ita edisserūt, ut Amos q; sub Ozia cepit pphetare, qñ & Isaias pphetia  
sua habuit exordiu, primus pphetauit cōtra Israhel, dicēs: Israhel at captiuus duceſ de ira sua,

2. Para. 28

2. 2. 2.

Ibidem

Isaias

2. 2. 2.

Isai. 6.

Exodi. 5.

Exodi. 2.

Roma. 6.

Titulus quoque prophetiae eius contra Samariam fit, & prophetae ceperit in diebus Ozia regis Iuda, ante duos annos terramotus. Quem uoluit eo tempore accidisse, quo ingressus Ozias in templum dei, ibi sacerdotium uindictabat, & terra percussa est, & cineres altaris effusi sunt, & ipse rex percussus lepra. Volunt autem annum fuisse uicesimum quintum Ozia, quando haec acciderunt, cuius reliqui anni sunt uigintiseptem. Omnes enim regnauit annos. LIII. Postea regnauit Ioatham filius eius annis sedecim & huius filius Achaz, alius sedecim. Post quem regnauit Iezechias, cuius sexto imperij anno, capta Samaria est, atque ita effici simul annos LXV. L. Scriptum est enim quod Theglathphalasar rex Assyriorum sub rege Achaz ascenderit in Damascum, & uastauerit eam, & transtulerit habitatores eius cyrenen & Rasin interfecerit. Et quod tetenderit insidias Phacee filio Romeliae Osee filius Ela, & percussit eum & interfecerit, & regnauerit pro illo in Israel annis. IX. & quod uenerit Salmanasar rex Assur & obsederit Samariam, quae nunc Sebastea uocatur tribus annis, & nono anno regni Osee cepit eam, uinctumque Osee in carcerem miserit, & transtulerit Israel in Assyrios, posueritque eos in Hala & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus siue (ut Lxx. transtulerunt) in montibus Medorum. Iuxta anagogen facilis interpretatio est, quod regnante Achaz rege impio, rex Aram, qui interpretatur excelsus atque sublimis, ut indicet arrogantiam sapientiae seculi, & Phacee filius Romeliae, qui ipse iuxta Osee prophetam & tribum Ephraim, de qua Ieroboam filius Nabath uiculus aureos in Bethel & Dan constituerat, & a domo Dauid dei populum separarat, refertur ad haereticos, qui consentiant sibi, ut expugnent ecclesiam. Quod cum audierit domus Dauid, cui in Iezechiele pastorem bonum legimus suscitatum, & populus eius simpliciter credens in dominum, premisit. Et ideo premisit, quoniam arboribus frugiferis, sed infructuoso saltui comparat. Eisdem autem haereticos atque gentiles contra domum Dauid, argumentorum & dialecticam artis gladius dimicare nulli dubium est, ut qui in se discrepant, in ecclesia pugnatione consentiant. Iuxta illud quod Herodes & Pilatus in se discordantes, in domini passionis amicitia foederant. Impio regi in Isaiam iubet occurrere, exiens de loco suo, non in principio aqueductus, sed in extremis finibus piscinae superioris, quae erat in agro fullonis, ubi sordes & purgabatur. Quauis enim Achaz regnaret super Iudam, tamen quia impius erat, in superioris piscinae extremis finibus morabatur. Ergo deus non tam regis miseret, quem indignum aestimabat salute, quam populi sui. Duas autem caudas torris fumigantibus, ut prius diximus, uocat sapientiam secularem, haereticumque sermonem, quorum finis exultio est, quod frustra inierunt consilium, ut ascenderent contra Iudam, & quasi negligentem & dormientem caperent, & suis erroribus copularerent, ponerentque super eum regem filium Tabeel, hoc est bonum deum. Vterque enim aduersarius apud seueritatem, apud se aestimat optimam esse doctrinam. Denique Marcion haereticus boni dei filium, hoc est, alterius putat esse Christum, & non iusti cuius prophetae sunt, quem sanguinariu & crudeliter iudicem uocat. Haec illis dicentibus dominus dominator, qui non stetit consilium ipsorum, sed interim quidam nuncius mundus stat, & ea quae mundi sunt, in suis finibus & in suis urbibus dominant. Cum autem consummationis tempus aduenerit, hoc est LXV. anni, & tamen mundi res quae in sex diebus factae sunt, quae omnia quae ad quinque sensus pertinent sine acceperint, tunc uniuersa esse soluenda, quae gentiles & haeretici futura non credunt, & propter infidelitatem non intelligunt quae dicuntur.

Caput XVII.

**I**Ratusque est dominus uehementi Israel, & abstulit eos de conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo, sed nec ipse Iudas custodiuit mandata domini dei sui, ueritatem ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Projecitque dominus omne semen Israel, & affixit eos, & tradidit in manu diripientium, donec proieceret eos a facie sua. Subuersio autem Israelitarum, quae ab Assyriae regibus perpetrata est, quod significat nisi miserabile & nimis descendam ruinam populi ecclesiastici, quam rex Assyrius, hoc est diabolus, cum suo exercitu deuastando atque obsidendo quotidie efficit, cum eos propter peccata commissa, de sedibus propriis euellens, defert in terram alienam, quo magis lugere delectat, quam cantica laetitiae proferrae. Unde & Psalmista mystico eloquio, hoc idem commemorat, dicens: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.

Osee. 8.

Iezech. 54.

Iohan. 23. Isai. 7.

11  
12  
13  
14

In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Quod dicitur de his quae in Samariam adductae sunt a rege Assyriorum nationibus. Et unaquaeque gens fabricata est deum suum. Posueruntque eos in phanis excelsis, quae cerunt Samaritae, gens & gens in urbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babylo-nij fecerunt Sochoth Benoth, uiri autem Cutheni fecerunt Nergel, & uiri de Hemath fecerunt Asima. Porro Euei fecerunt Nebaaz & Tharthac. In libro quidem locorum legitur, quod Benoth & Nergel fuerint ciuitates, quas construxerunt in regione Iudaeae Samaritani, qui de Babylonia tranfierant. Asima quoque oppidum aedificauerunt, quod ad eam uenerant de Hemath. Nebaaz & Tharthac ciuitates sunt, quas Euei in eadem Iudaeae terra condiderunt. Videtur autem iuxta consequentiam sermonis, & idolorum, quibus haec gentes prius in terra sua seruerint, hic posse uocabula intelligi. Quia cum dictum esset, Et unaquaeque gens fabricata est deum suum, quasi ad expletionem sententiae subiunctum sit, Viri enim Babylo-nij fecerunt Sochoth Benoth. Et melius, ni fallor, faceret interpretari, si Sochoth latine in tabernacula uerteret, & nomen idoli benoth absolute poneret, & si uiri in sequentibus manifeste dicitur. Hi autem qui erant de Sepharuaim, comburebant filios suos igni Adramelech & Anamelech dñs Sepharuaim. Vbi ostendit Adramelech & Anamelech idola fuisse urbis Sepharuaim. Ita uidetur consequens, ut & Nergel Cuthaorum, Asima Hematheorum, Nebaaz & Tharthac idola fuerint Eueorum. Post haec scriptura narrat de ipsis Samaritanis, quod cum dominum colerent, dñs quoque suis seruirent iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam, & non multo post subsequitur, dicens: Fuerunt igitur gentes istae timentes quidem deum, sed nihilo minus & idolis suis seruientes, nam & filij eorum & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in presentem diem. Et quia in Samaritanorum persona haeretici accipiuntur, in praedicta sententia illorum nequitia conuenienter exprimitur. Habent enim haeretici quaedam sacramenta communia cum sancta ecclesia, & quaedam sententias sanctarum scripturarum rite intelligunt, sed tamen nihilo minus idolis immundorum spirituum seruire non cessant. Videtur enim eis timorem dei rite se custodire, esse secundum sensum suum ueritati se putant fauere. Sed quia catholicae fidei unitatem spernunt habere, malignorum spirituum uoluntatibus se ueraciter manifestant obtemperare, & non solum inuutores primij errorum, quos patres Samaritanorum significant, hoc faciunt, sed & sequaces eorum, quos filiorum nomine & nepotum expressos recte possumus intelligere, similiter agunt.

Caput XVIII.

**A**Nno tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Iezechias filius Achaz regis Iudaeae. Viginti quinque annorum erat cum regnare coepisset, & uigintiquinque annis bonum coram domino, iuxta omnia quae fecerat Dauid pater suus. Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, contregitque serpentem aereum, quem fecerat Moyses. Siquidem usque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Vocauitque eum nomen eius Nahasthan. Et in domino deo Israel sperauit. Siquidem Nahasthan interpretatur aes eorum, ut quem illi pro numine colebant, in diebus eius metallum esse non deum agnoscerent. Et quia Iezechias in hoc quod excelsa dissipauit, & statuas contriuit, atque succidit lucos, necnon & omnia simulacra comminuit, saluatoris typum tenet. Interpretatur enim Iezechias apprehendens dominum uel fortitudo domini. In eo ipso utique quod ipsum serpentem aereum quem Moyses fecit, comminuit, redemptoris figuram conuenienter tenet. Non solum enim dominus noster ac redemptor (de quo per Prophetam dicitur, Dominus fortis dominus potens in praelio) idola gentium contriuit, & omnia simulacra eorum dissipauit, quatenus dei omnipotentis notitiam haberent, eiusque cultui digne manciparetur, quin ipsam litteram legis Mosaicae, quam ille populus legalis assidua lectione resona

23  
24  
25  
26

27  
28

29  
30  
31

32  
33  
34  
35  
36  
37

Psalm. 23

bat, ac pro magno habebat, contriuit, ac sensum spirituales in ea intelligere eos docuit.  
 [Anno quartodecimo regis Iezechiae ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad uniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Tunc misit Iezechias rex Iuda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui, Recede a me, & ome quod imposueris mihi, feram. Indixit itaq; rex Assyriorum Iezechiae regi Iudae triginta talenta argenti, & triginta talenta auri. Deditq; Iezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo domini, & in thesauris regis, &c.] Clara est historia quae in libris Regum necnon in Paralipomenon & in propheta Isaias pari modo describitur. Iezechias uiginti quinque annorum erat cum regnare cepisset, regnauit autem uiginti nouem annis in Ierusalem, & rebellauit contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. Hinc Sennacherib ingressus Iudaeam, obledit urbes eius munitas. Et cum obsideret Lachis, misit ad eum Iezechias trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, fractis ianuis templi, & laminis eius detractis, quasi ipse affixisset. [Misit autem rex Assyriorum Tarthan & Rabfari & Rabfacen cum manu ualida ad Ierusalem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciae praepositus domus, & Sobna scriba & Ioah filius Asaph ac commentarijs &c.] Iste est Eliacim de quo Isaias in uisione uallis Sion dixit: Vocabo seruum meum Eliacim filium Helciae & reliq;. Qui fuit pontifex post Sobnam praepositum templi, quem tradunt Hebraei Rabfaces comminatione perterritum, tradidisse manus Assyrijs, & prodidisse Ierusalem, & excepta arce Sion & templo, Assyrios totam urbem cepisse. Quem etiam Sobnam cum Eliacim ad Rabfacen exisse quidam putant. Rabfacen autem (qui hebraice locutus est) filium Isaias prophetae autumant, qui & ipse proditor fuerat. Relictumq; filium Isaias alterum uocatum Iasub, qui latine, relictum sonat. Alij autem putant eum Samariten fuisse, & ideo hebraicam scisse linguam, & tam audacter & impie deum blasphemasse. Quia quasi quadam contraria fortitudo sua arrogantia imitabatur prophetas, qui dicebant, Haec dicit dominus. Iste dixit, Haec dicit rex magnus, rex Assyriorum. Ac primus, quia dixit, [confidis super Aegyptum] falsum est. Nulla enim narrat historia quod Iezechias Pharaonis auxilium postulari. Quodq; infert, [Si responderis mihi in domino deo confidimus,] uerum est. Sed subiungit rursum mendacium ueritati, [quod abstulit Iezechias excelsa eius & altaria.] Haec enim non contra deum, sed pro deo fecit, ut destrueret idololatram & ceteri errore, iuberet deum adorari in Ierusalem, ubi fuit templum eius. Quisq; ut paucitatem oblesorum ostenderet, duo millia equorum pollicetur, quorum ascensores Iezechias non haberet. Non de imbecillitate populi uenit, quasi equitandi ignari, sed de obseruatione praepceptorum dei, quia Moysi praepcit, ne rex Israel equos & uxores sibi multiplicaret. Si autem (inquit) me minimum seruorum regis Sennacherib sustinere non uales, quomodo tantam illius potentiam sustinebis? Ad id autem quod dixit, [Si responderis mihi, in domino deo confidimus,] callide respondit, se non sua uoluntate, sed domini uenisse praepceptis. [Dixit dñs ad me: Ascende super terram & disperde eam,] & est argumentum. Certa enim sine domini uoluntate huc uenire non poteram. Cum autem uenerim, & multas urbes ceperim, & pars Ierusalem maneat intacta, manifestum est me eius uoluntate uenisse. [Dixerunt autem Eliacim filius Helciae & Sobna & Ioah Rabfari, Precamur ut loquaris nobis seruis tuis syriace, siquidem intelligimus hanc linguam, & non loquaris nobis iudaice, audiente populo, q est super murum. Responditq; eis Rabfari, dicens: Nunqd ad dñm tuum & ad te misit me dñs meus, ut loquerer sermões hos, & non potius ad uiros q sedet super murum, ut comedat stercore sua, & bibat urinam suam uobiscum &c.] Rabfari accusatio, Iezechiae testimonium est, quia captis Iudae urbibus, in domino commisit sit, & confortauit populum ut in domino speraret. Vnde Rabfari destrueret uult quae ille construxit, & dicit ad populum, [Non seducat uos Iezechias, & non uobis tribuat fiduciam super domino deo.] Quod autem Eliacim & Sobna & Ioah, humiliter deprecantur Rabfacen, ut Syriace loqueretur, hunc sensum habet: Qui necesse est populum falsis terroribus commoueri, & uanam iactare uirtutem? [Loquere linguam quam populus non nouit, Nam & nos lingua tuae habemus scientiam, Ad quod

ille arroganter, Num ait ad dñm tuum, & ad te misit me dominus meus? & reliq; usq; ait, & bibant uinam suam uobiscum? Per quod ostendit fame eos & siti esse capientes. Simulq; illecebra mitigat timorem, ut quos terrore non uicit, persuasione decipiat. Et dicit ex persona regis: Facite mecum benedictionem, hoc est, facite quod in uestram benedictionem proficiat, benedicite regi Assyrio, & cum dominum confitemini, ut praemia consequamini, donec reuertar de Aegypto uel capta Lobnam redeam, habitate in urbe uestra, & rebus uestris fruimini, & postea ducam uos in similem terram uestram terram, quam tamen non nominauit, quia similem ei inuenire non potuit, sed similitudinem ponit. Hoc enim unufquiq; uult in quo natus est. Alij putant terram Mediae eis reponi, quae terrae Iudaeae similitudinem habeat, tam in situ quam in fructibus. Quod ait Rapfari inter alia quibus deum blasphemabat, clamans contra Ierusalem: [Ubi est deus Hemath & Arphad. Ubi est deus Sepharuaim, Ana et Aua? Nunqd liberauerunt Samariam de manu mea?] Ostendit harum omnium ciuitatum siue gentium dijs seruisse Samaritas, & quia non erant dii, sed idola, merito cultores uanitatis, ut decebat, esse subuersos. Est autem Hemath urbs Celsyriae, quae nunc Epiphania dicitur, iuxta Emelan, ut supra monuimus. Arphad urbs Damasci, quam expugnatam a rege Assyriorum, & Iezechias scribit. Sepharuaim, quod numero plurali, libros, uel literas sonat, nomen est locorum, de quibus Assyrii transmigrationes habitauerunt in Samaria, ut in locorum libris inuenimus. Verum in Isaias hoc quoq; uocabulum esse ciuitatis apparet, ubi aperte dicitur, Ubi est deus urbis Sepharuaim? tamen si pluraliter dictum, ut Thebarum, Athenarum. Pro Ana & Aua, uetus editio, quasi unius urbis nomen Anerigauam posuit. Et quidem in Hebraeo ita scriptum est. Vex quia quinta syllaba, ti, quae in medio nominis posita est, coniunctionem, & apud eos significat, potest & ita distingui, ut dicatur, ane & gauce, ut Aquila translulit, siue Ana & Aua, ut noster uertit interpres. Sin autem, ait, tantis dijs praesentibus quinque tribus uicinus facile, quanto magis solam Ierusalem uno deo praesule uincemus? Vere iustus Iezechias omnia regens cum consilio prohibuit ei respondere, ne eum ad maiores blasphemias prouocaret. [Venitq; Eliacim filius Helciae praepositus domus, & Sobna scriba & Ioah filius Asaph ac commentarijs, ad Iezechiam scilicet uestibus, & nuntiauerunt ei uerba Rapfari.]

## Caput XIX.

**Q**uae cum audisset Iezechias, scidit uestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusq; est domum dñi, & misit Eliacim praepositum domus, & Sobnam scribam, & tenes de sacerdotibus, opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt ei: Haec dicit Iezechias: Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiae dies iste. Venerunt filij usq; ad partum, & uires non habet parturiens, &c.] Scindunt uestimenta sua, quia Rapfari audiuert blasphemantem. Scidit & rex uestem suam, quia pro populi & suis esse peccatis credebat, q Rapfari usq; ad portam uenit Ierusalem, & contra dominum talia sit locutus. Mira regis humilitas & prudentia. Dimisso regio cultu, obuolutus sacco, ad templum pergit de palatio, principes sacerdotum, non stolis, sed cilicij mittit ad Isaiam cooperros, & dixit: [Dies haec tribulationis nostrae, correptionis dei, blasphemiae hostium.] Ponitq; similitudinem parturientis foeminae & dolentis, quae ad partum usq; puenit, & generare non possit. [Si quo modo audiat dñs deus tuus.] Non enim audemus dicere omnium nrm dñm, quo irascente tanta perpetuatur, a cultura idolorum mortuorum. [Leua ergo orationem nrām facentem pro reliquijs populi quae obsidentur.] Praeuenit eos Isaias, quia eo spiritu quo futura noscebat, etiam absentem regem audierat. Haec inquit dicite domino uestro. [Haec dicit dñs: Noli timere uerba quibus non tu, sed ego sum blasphematus, nec dico oia quae regi Assyrio facia, ne mea uideat iactare potentiam. Sed quia dandus sit ei spūs, non dei, sed aduersarij. Et audito nuntio, reuertēs ad terram suam, corruiat gladio, ut duo pariter quae optabat Iezechias audire, se ab obsidione liberandū, & inimicū in sua terra mortuū esse.

Reuerfus est igitur Rapaces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam. Au-  
 dierat enim quod recessisset de Lachis. Cumq; audisset de Tharaca rege Aethiopiae di-  
 centes: Ecce ingressus est, ut pugnet aduersum te, & iret contra eum, misit nuntios ad Ie-  
 zechiam, dicens: Haec dicite Iezechiae regi iudae: Non te seducat deus tuus, in quo habes  
 fiduciam, neq; dicas: Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum. Iuxta uo-  
 luntatem dei Rapaces deseruit obsidionem Ierusalem, & perrexit ad dominum suum,  
 quae uel capta uel deserta Lachis inuenit oppugnantem Lobnam, Sennacherib autem oc-  
 currens regi Aethiopiae, misit ad Iezechiam nuntios & epistolae, ut eos quos in uiribus  
 non cepit, sermone terreret. Pugnasse autem Sennacherib contra Aegyptios, & obsedis-  
 se Pelusium, iamq; extractis aggeribus urbe capienda, uenisse Tharacam regem Aethio-  
 pum in auxilium, narrat Herodotus. Ita q; cum accepisset Iezechias litteras de manu  
 nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum domini, & expandit eas coram domino,  
 & orauit in conspectu eius, dicens: Domine deus Israel qui sedes super Cherubim, tu es  
 deus solus omnium regum terrarum, tu fecisti caelum & terram, inclina domine aurem tuam  
 & audi, aperi oculos tuos domine & uide, & audi omnia uerba Sennacherib, quae mi-  
 sit ut exprobraret nobis deum uiuentem, & reliq;. Prius Iezechias domini timore  
 perterritus, orare in templo non audebat, uel liberas fundere preces: nunc autem, quia au-  
 dit Iesaiam dicentem: Ne timeas a facie uerborum quae audisti, & reliq;. audacter domi-  
 num deprecatur. Misit autem Iesaias filius Amos ad Iezechiam, dicens: Haec dicit do-  
 minus deus Israel: Quae deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui.  
 Iste est sermo quem locutus est dominus de eo: Spreuit te & subsannauit te uirgo filia  
 Sion. Post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem. Cui exprobasti & quem blasphe-  
 masti? Contra quem exaltasti uocem, & eleuasti in excelsum oculos tuos? Contra sanctum  
 Israel, & reliq;. Deniq; Iezechias audacter dominum deprecatur, nec misit ad Iesaiam  
 ut prius fecit, non ipse propheta pergit ad eum, sed nuntios misit, qui dei responsum de-  
 ferant ad eum. Virgo Sion, & filia Ierusalem. Quae ideo uirgo dicitur & filia, quia  
 cunctis gentibus simulacra mortuorum adorantibus, haec sola conseruat castitatem, reli-  
 gionis dei, & unius diuinitatis cultum: & quae ne ad maiorem blasphemiam concitaret,  
 praesenti non respondit, post abeuntē mouit caput suū, certa de ultio, secunda de poe-  
 na. In manu seruatorum tuorum, nec ipse per te, sed per seruos tuos, ut maior est arrogan-  
 tia, dominum blasphemasti. Altitudo montium & iuga Libani excelsa cedri & abietes,  
 uel per metaphorā de cunctis gentibus accipiendum est, & principibus earum, uel de Ie-  
 rusalem, quae est cedrus Libani & abietes potentesq; & optimates. Altitudo summitatis  
 & saltus Carmeli, templum est. Quodq; infert, Ego fodi & bibi aquam, & siccaui ue-  
 stigio pedis mei omnes riuos aggerum] uel ob id dixit, quia pro multitudine exerci-  
 tus, omnia fluenta siccauerit, ut puteos sibi fodere compulsus sit: uel quia omnes populos  
 quos aquae significant, suo uastauit exercitu. Nunquid non audisti quae olim fece-  
 rim ei? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi, & factum est in eradicatio-  
 nem collium compugnantium & ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata  
 manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt sicut foenum agri, & gramen pascuae, &  
 herba rectorum, quae exaruit antequam maturescet. Habitationem tuam & egressum tu-  
 um & introitum tuum cognoui, & insaniam tuam contra me. Cum fureres aduersum me,  
 superbia tua ascendit in aures meas. Pona ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tu-  
 is, & reduce te in uiam per quam uenisti. Haec ex persona dei contra uerba Assyrii sentientia  
 sunt, quod ad blasphemiam eius sic responderit dominus: Num ignoras quod haec quae  
 fecisti, mea feceris uoluntate, & haec ego futura praedixerim, aperte facienda mandauerim?  
 itaq; quod olim decreui, hoc expletum est tempore: ut colles, id est, principes qui  
 in se ante pugnant, & ciuitates munitissimae (me contrahente manu meam, nec fo-  
 litum praebente auxilium) eradicarentur, & contremiserent ac perirent: & comparen-  
 tur non oliuae & uinea: fructuosisq; arboribus, sed foeno & gramini herbisq; domatū,  
 quae frugibus impedimenta sunt, & ante marcescunt, quam ad maturitatem perueniant.

Itaq; & sessionem & egressum & introitum tuum ego noui, & insaniam qua contra me  
 debacchaturus eras, prophetis uaticinantibus, sum locutus. Per quos olim dicturum esse  
 te noueram: In caelum ascendam, super sidera caeli ponam thronum meum, ero similis  
 altissimo. Itaq; furor tuus & superbia peruenit in aures meas, & nequaquam te ultra por-  
 tabo, ut intelligas quod potuisti, non tuis potuisse te uiribus, sed meo arbitrio. Mereban-  
 tur enim impiae gentes & infructuosae arbores, ut per te quasi securim & ferram meam  
 succiderentur & caderent. Itaq; ponam circulum siue camū in naribus tuis, ut blasphemā  
 mantia ora constringam, & nequaquam ultra talia loqui audeas, frenumq; mittam in la-  
 bijs tuis, quod tuam ferociam domet, & te reducat in Assyrios. Tibi autem Iezechiae  
 hoc erit signum, Comede hoc anno quae repereris, in secundo autem anno quae sponte nas-  
 centur. Porro in anno tertio seminate & metite. Et reliq;. Notandū autem quod in libro  
 Iesaiae ubi uerba ipsius prophetae ad regem Iezechiam descripta sunt, ita narrat: Come-  
 de hoc anno quae sponte nascuntur, & anno secundo pomis uescere. In anno autem ter-  
 tio seminate & metite, & plantate uineas, & comedite fructū earum, Et mittet id quod  
 saluati fuerit de domo Iuda, & qd reliquū est mittet radicē deorsum, & faciet fructum  
 sursum, quia de Ierusalem exibunt reliquiae, & saluatio de monte Sion, zelus domini ex-  
 ercituū faciet istud. Nunc ad ipsum Iezechiam loquitur: Hoc erit, inquit, signum eorum, quae  
 futura praenūtiō, quod hoc anno ea comedas, quae sponte nascuntur, siue iuxta Lxx. quae  
 prius seueras. Anno autem secundo iuxta Symmachum pomis uescere, siue iuxta eisdē,  
 quae de praeteritis segetibus & cadente in terram semine pullulauerint. In anno autē ter-  
 tio, fugato iam Assyrio, & obsidione laxata, seminate & metite, plantate uineas, & fru-  
 ctum earum comedite. Siquidem paruae urbis huius reliquiae, quae nunc hostili uallan-  
 tur exercitu, & euasuras se esse non credunt, tantam recipient rerum omnium abundan-  
 tiam ac felicitatem, ut instar arboris alta radice fundatae, pomis densissimis impleantur.  
 De Ierusalem enim & de monte Sion egredientur reliquiae, & implebunt terram Iudae-  
 am, non suo merito, sed dei misericordia, imo zelo quod aduersus impios zelatus est po-  
 pulum suum. Propterea haec dicit dominus de rege Assyriorum: Non intrabit ciuita-  
 tem hanc, & non faciet ibi sagittam, nec occupabit eam clypeus, & nō mittet in circuitu eius  
 aggerem. In uia qua uenit, per eam reuertetur, & urbem hanc non ingredietur, dicit domi-  
 nus. Et protegam ciuitatem istam: & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum me-  
 um. Propter futurorū spem, praesentem excutit metum. Dicit autem, quia nō suo me-  
 rito, sed dei clementia conseruentur, imo patris eorum Dauid memoria. In quo monen-  
 tur & suae negligentiae, & illius fidei & iustitiae, quia in tantum diligit deus iustitiam, ut  
 posteros maiorum uirtute tueatur. Factum est igitur in nocte illa, uenit angelus domini  
 & percussit in castris Assyriorū cētū octogintaquinque millia. Cūq; diluculo surrexisset, uidit  
 omnia corpora mortuorum, & recedens abiit. Centum octoginta quinque millia fortissimū  
 morum uirorum, ab uno angelo una nocte caduntur, & absq; uulneribus occisorum,  
 mors saeva discurrit, excludens a corporibus animas, dñi uoluntate. Super quo in Paral-  
 pomenon legitur: Et misit dominus angelum suum qui percussit omnem uirum robu-  
 stum, & bellatorem & principem exercitus regis Assyriorum. Reuerfusq; est cum igno-  
 rantia in terram suam. Qui idcirco seruatus est, ut sciret potentiam dei, & blasphemantia  
 ora comprimeret, fieretq; testis illius maiestatis, quem paulo ante contempserat. Et re-  
 uersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Ninive. Cumq; adoraret in templo Nef-  
 rach deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in  
 terram Armeniorum, & regnauit Assaraddon filius eius pro eo. Pharaō quoq; in decem  
 Aegypti seruatur plagis, ut nouissimus pereat, quod & iste passus est. Cum enim reuer-  
 sus esset in Ninuen urbem primam regni sui, & adoraret in templo Nefrach deum su-  
 um, quasi uictoriam de hostibus reportaret, & in delubrum idoli sui triumphans, & gra-  
 tulabundus incederet contemptor uiri dei: in fano falsi nominis dei trucidatur, nec an-  
 gelico perit gladio, quod erat commune compluribus, sed patricidio filiorum: qui cum  
 fugissent in terram Ararath, quod intelligitur Armenia, successit in patris locum Asa-

Herodotus.

Isaie. 37.

Isaie. 37.

2. Paral. 32.

raddon, quem scriptura testatur misisse habitatores Samariæ, ne terra remaneret inculta. Ararath autem regio in Armenia in locis campestribus est, per quam Araxis fluit, in credibilis habertatis, ad radices Tauri montis, qui usque illuc extendit. Ergo & arca in qua liberatus est Noe cum liberis suis, cessante diluuiio, non ad montes generaliter Armeniæ, delata est, sed ad montes Tauri altissimos, qui Ararath imminet campis.

## Caput XX.

**I**n diebus illis ægrotauit Iezechias usque ad mortem, et venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitque ei: Hæc dicit dominus deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu et non uiues. Ne eleuaretur cor Iezechiæ, post incredibiles triumphos, & de media captiuitate uictoriam, infirmitate corporis uisitatur, et audit se esse moriturum. Ut conuersus ad dominum fleat sententiam eius. Quod quidem & in Iona propheta legimus, & in comminationibus contra Dauid, quæ dicuntur futura, nec facta sunt, non deo mutante sententiam, sed prouocante humanum genus ad notitiam sui. Dominus poenitens est super malitijs, nulla quæ in hoc mundo hominibus fiunt, absque omnipotentis dei occulto consilio ueniunt. Nam cuncta deus sequutura præfens ante secula decreuit, qualiter per secula disponatur. Statutum quippe iam hominibus est, uel quantum huius mundi prosperitas sequitur, quantum uel aduersitatis feritas feriat, ne electos eius, aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. Statutum quoque est, quantum in ipsa uita mortali, temporaliter uiuatur, nam etiam annos quindecim Iezechiæ regi ad uitam addidit omnipotens deus, cum eum mori permisit, tunc præsciuit esse moriturum: qua in re quaestio oritur, quomodo ei à propheta dicitur: Dispone domui tuæ quia morieris tu & non uiues. Cui cum mortis sententia dicta est, protinus ad eius lachrymas est uita addita. Sed per prophetam dominus dixit, quo tempore mori ipse merebatur, nec dominica instituta conuulsa sunt, qui autem ex largitate dei anni uitæ crederent, hoc quoque ante secula præfixum fuit, atque spatium uitæ quod inopinati foris est additum, sine augmento præsentis fuit intus statutum. Qui conuertit faciem suam ad parietem, et orauit dominum dicens. Conuertitque Iezechias faciem suam ad parietem, quia ad templum ire non poterat. Ad parietem autem templi iuxta quod Salomon palatium extruxerat: uel absolute ad parietem, ne lachrymas suas assidentibus ostentare uideretur. Aut certe iuxta Ieremiã ad cor suum, quod idcirco parietem cor appellat, ut tota mente dominum deprecaretur. Obscuro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in ueritate, et in corde perfecto, et quod placitum est coram te, fecerim. Felix conscientia quæ afflictionis tempore honorum operum recordatur. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Et quomodo alibi scriptum est: Quis gloriabitur purum se habere cor? quod ista soluitur: perfectionem cordis in eo nunc dicit, quod idola destruxerit, templi quoque uas aperuerit, serpentem æneum comminuerit, & cætera fecerit quæ scriptura commemorat. Plerumque aliquibus iusti necessitatibus afflicti sua opera coguntur fateri, sed cum eorum dicta iniusti audiunt, hæc per elationem potius, quam per ueritatem existimant prolata. Ex suis enim cordibus uerba iustorum pensant, & dicit humiliter posse uera bona non æstimant. Sicut grauis culpa est, sibi hoc hominem arrogare quod non est, sic plerumque culpa nulla est, si humiliter bonum dicat quod est. Vnde sæpe contingit ut iusti & iniusti habeant uerba similia, sed tamen cor semper dissimile longe, & in quibus dictis dominus ab iniustis offenditur, in eisdem quoque à iustis placatur. Nam phariseus ingressus templum, dicebat: Ieiuno bis in sabbato, decimas decem omnium quæ possideo, sed iustificatus magis publicanus quam ille exiit. Iezechias quoque rex cum molestia corporis afflictus ad extremitatem peruenisset, in oratione compunctus dixit: Obscuro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in ueritate & in corde perfecto. Nec dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit aut reuulit, quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce phariseus se iustificauit in opere, Iezechias iustum se asseruit etiam in cogitatione. Atque unde ille offendit, inde iste dominum placauit. Cur itaque hoc? nisi quia omnipotens deus singularum uerba ac cogitationes pensat, & in eius auribus superba non sunt quæ hu-

humili corde proferuntur. Fleuitque Iezechias fletu magno. Et antequam egredereetur Ierusalem mediam partem atrij, factus est sermo domini ad eum, dicens: Reuertere et dic Iezechiæ duci populi mei: Hæc dicit dominus deus patris tui Dauid, Audiui orationem tuam, uidi lachrymam tuam, et ecce sanauit te. Die tertio ascendes templum domini, et addam diebus tuis quindecim annos. Sed et de manu regis Assyriorum liberabo te, et ciuitatem hanc, et protegam uerbum istam propter me et propter Dauid seruum meum. Fleuit autem fletu magno propter promissionem domini ad Dauid, quam uidebat in sua morte perituram. Eo enim tempore Iezechias filios non habebat, nam post mortem eius Manasses cum duo decim annorum esset regnare cepit in Iuda. Ex quo perspicuum est, post tertium annum concessam uitam, Manassen esse generatum. Ergo iste omnis est fletus, quod desperabat Christum de suo semine nasciturum. Quamuis alij asserunt sanctos uiros, non terri propter incertum iudicij, & ignoracionem sententiæ dei, quam sedem habituri sint, simulque facti quaestio soluitur, ac necessitatis uincula atque causarum, quod nequaquam dies mortis singulis præstituta sit, sed uoluntate dei & ignotis mortalibus causis, uel uiuat aliquis uel moriatur. Præsertim cum & statuta nunc mortis necessitas differatur, & post mortem resuscitados plurimos legamus. Reuertit autem ad regem propheta domini iussione, ut ipse sanaret qui percusserat, & uocatur Iezechias dux populi mei, & filius Dauid, cuius opera scabatur, fecerat enim rectum iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius, & audis eius oratio, uideturque lachryma, quoniam ambulauerat coram domino in ueritate, & in corde perfecto. Et fleuerat fletu magno, & quod placitum erat in oculis eius fecerat. Adhuc uenturumque quindecim anni ad uitam, quos ille non postulauerat, & in superuiente illo, regni securitas repromittitur. Sin autem (ut quidam putant) in corpore uiuere condemnationis est, & iuxta illud quod dicitur, Reuertere anima mea in requiem tuam. Et in alio loco: Educ de carcere animam meam, optanda est mors, ut de carcere liberemur, quomodo nunc donat pro beneficio, ut qui liberandus erat adhuc quindecim annis, uiuat in carcere. Dicitque Isaias: Efferte massam sicciorum, quam cum attulissent, et posuisset super hulus eius curatus est. Atque Hebræi uerbum schechin (quod prætermisere Septuaginta) hulus sonare non uulnus. Nam Aquila Symmachusque & Theodotion (quos interpretati sunt, per quod morbum regium intelligi uolunt. Cui contraria putantur uel sumpta in cibo, uel apposita corpori, quæcumque sunt dulcia. Ergo ut dei potentia monstraretur, per tres noxias & aduersas, sanitas restituta est. Alij schechin, non hulus, sed apostema suspicantur, quando tumens corpus cocco & computrescente pure impletur, & iuxta artem medicorum omnis sanies siccioribus ficis atque contusis, in cutis superficie prouocatur. Ac per hoc non spernendam esse medicinam, que usu constat & experimento, quia & hanc fecerit deus. Dixerat autem Iezechias ad Isaiam: Quod erit signum, quia dominus me sanabit, et quia ascensurus sum die tertio templum domini? Cui ait Isaias: Hoc erit signum a domino, quod facturus sit dominus sermonem, quem locutus es, Vis ut ascendant umbra decem lineis, an ut reuertatur totidem gradibus, & reliquæ. Datur autem signum ut sol decem gradibus reuertat, quos nos iuxta Symmachum in lineas & horologium uertimus, quos gradus intellexit in lineis, ut manifestiorem sensum legentibus faceret: Siue ita erant extracti gradus, arte mechanica, ut umbra descendens horarum spatia terminaret. Erat autem hora diei decima quando hoc regi propheta loquebatur. Vis ergo, inquit, ut ascendant umbra decem lineis procedente sole supra terram per boreales plagas usque ad orientem? quod subrus terram iuxta quotidianam consuetudinem sui cursus erat facturus: an ut reuertatur umbra totidem gradibus, conuersa retrorsum facie solis, ipso que per australem plagam ad orientem regresso. At rex: Facile est, inquit, umbram crescere decem lineis, nec hoc uolo fiat, sed ut reuertatur retrorsum decem gradibus. Vis dicit namque quia maioris miraculi esse poterat, si sol contrarium suo mori cursum ageret, quam si consueto processu incedens, tamen multo altius, id est, supra terras elatus ad orientem, quasi secundi diei mane nulla interueniente nocte, facturus aduolaret. Nam & hoc qui in insula Thyle, quæ ultra Britanniam est, uel in ultimis Scytharum finibus degunt,

Matth. 5.

Prouer. 20.

2. Par. 19.

Luc. 18.

omni æstate diebus aliquot fieri uident: quia sol cætero orbi in occasu & sub terra positus, ipsis nihilominus tota nocte supra terram appareat, & quomodo à parte occidentis ad orientem humilis redeat manifeste uideatur, donec tempore opportuno denuo roto orbis communi exortu reddatur: sicut & ueterum historia, & nostri hominis æui, qui illis de partibus adueniunt, abundantissime produnt: nunquam autem hi, qui interiora austris incolunt, uidere solem per meridianas plagas ad orientem ab occasu redire, Quod si gnium & præsentis temporis & futuri typus erat, ut quomodo sol reuerteretur ad exordium sui, ita & Iezechiæ uita, ad detextos annos rediret: nobisq; in hebdomade & octo doade uiuentibus per resurrectionem Christi, uitæ spatia protelentur. Solent sanctosq; locorum in hac prouincia monstratores, intra cõsepta templi ostendere gradus Iezechiæ domus uel Achaz, quod sol per eos descenderit. Sed nunq̃ ego credo, non dico Achaz qui rex impius fuit, sed cuiuslibet regis iusti domũ, fuisse in tẽplo dei: cum Salomon idcirco deum inter cætera offendisse dicat, quod in sublime ædificauerit Mello, unde atrium templi, deambulans in turte palatii, respicere solitus sit. Solent quidam hos decem gradus linearum ad mysterium Christi transferre, ut umbras figurarum in defensionẽ Christi interpretentur, per quos iterum sol iustitiæ Christus, post resurrectionem ascendit. Primus itaq; gradus descensionis de deo in angelo fuit, quia magni consilij nuntius erat. Deniq; & Iacob sic alloquitur: Et dixit (inquit) angelus domini. Ego sum deus, cui iunxisti titulum & uouisti uotum: ut & angelum & deum ostenderet. Secundus gradus descensionis de angelo in patriarchis fuit, quia in omnibus (ut ait Apostolus) ipse est operatus. Tertius in legis dationem, quia & in lege ipse est locutus. Quartus gradus in Iesai Naue, ut populum in terram repromissionis induceret. Quintus in Iudicibus, quia eundem populum per eos ipse regebat. Sextus, in regibus Iudæorum, quia in eis ipse regnabat. Septimus in prophetis, quia per eos annuntiatur. Octauus in pontificibus, quia ipse est summus sacerdos patris. Nonus in homine. Decimus in passione. Per hos enim decem gradus, quasi per umbram legis prisce Christus ascendit, ac rursus post resurrectionem suam, sol iustitiæ Christus, per eosdem gradus sursum in cælum ascendit: & omnẽ umbram legis ueritatis radijs illustrauit, obscura reuelans, clausa referans, & omnia tecta denudans. In tempore illo misit Berodach Baladan filius Baladan, rex Babyloniorũ, literas & munera ad Iezechiam. Audierat enim quod ægrotasset Iezechias. Latens est autem in aduentu eorum Iezechias, & ostendit eis domum aromaticam, & aurum & argentũ & pigmenta varia, ynguenta quoq; & domum uasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit uerbum quod non monstraret eis Iezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Supra legimus decimo quarto anno regis Iezechiæ ascendisse Sennacherib regem Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepisse eas, & postea ea obsedisse Lachis, transisse Lobnã, misisse Ierusalẽ partẽ exercitus sui, caesaq; p angelis centũ octoginta quinq; millia exercitus eius, & ipsum fugisse Niniuen, interfectumq; a filiis in phano dei sui, & regnasse pro eo Asaraddon filium eius. Aegrotasse Iezechiam, & recepisse prophetæ nuntio sospitatem, factum signum incredibile, ut sol horarum spatijs reuerteretur ad ortum suum, & penẽ duplex dies fieret. Hunc legimus, quod in tempore illo, hoc est, in eodem anno quo hæc gesta sunt omnia, miserit Berodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Iezechiam, non Asaraddon, qui Sennacherib patri apud Syrios in regnum successerat, de cuius seu morte seu uita, scriptura conticuit. Ex quo suspicuum est, aliud fuisse tunc regnum Assyriorum, & aliud Babyloniorũ. Deniq; Samariam, id est, sex tribus cepere Assyrii, Iudam autem & Ierusalem postea legimus cepisse Chaldæos, quorum rex Nabuchodonosor fuit. Et quia apud eos astrorum obseruantia est, stellarumq; cursus, longo usu & exercitatione cognitus, quod & in domini natiuitate monstratur, intellexerunt solem reuersum, diei spatia duplicata, seruire ei quem solum deum, id est, solem putabant. Cumq; causas huius miraculi rationemq; perquirerent, fama per omnes gentes uolitante, didicerunt propter ægrotationẽ regis Iezechiæ, etiam cursum signi clarissimi commutatũ, quam non esse opinatiõem

Isaia 9.  
Genesis 31.

1. Corint. 12.

4. Reg. 18

ineam, sed scripturæ sanctæ fidem dierum uerba testantur, quæ dixere post alia, Ipse est Iezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad occidentem urbis Dauid. In omnibus operibus suis fecit prospere quæ uoluit. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum deus ut tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Idcirco autem tentationi relictus est, quia post tantam uictoriã & solis regressum, & congratulationem regni potentissimi, cor illius eleuatum est. Denique in eodem uolumine scribitur: Multi deferebant hostias & sacrificia in Ierusalem domino, & munera Iezechiæ regi Iuda. Qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. In diebus illis ægrotauit Iezechias usque ad mortem, & orauit ad dominum. Et exaudiuit eum, & dedit ei signum, sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit: quia exaltatum est cor eius. Et facta est contra eum ira, & contra Iudam, & Ierusalem. Rursumq; scriptura sancta elationem cordis eius dicit pœnitentiã mitigatã, inferens, Et humiliatus est postea, eo quod exaltatum esset cor eius, tam ipse quàm habitores Ierusalem, & idcirco uenit ira super eos domini in diebus Iezechiæ. Lactatus est ergo in aduentum legatorum Berodach, quem patrem fuisse Nabuchodonosor Hebræi autumant, & in datione munerum, & congratulatione sanitatis suæ: ostendit que eis iuxta Septuaginta domum Nethotha, pro qua Symmachus transtulit, aromatum suorum, & thesauros auri & argenti, & odoramentorum & ungenti optimi, quod in hebraico scribitur olei boni, & omnes thesauros uasorum Gaza, siue ut ibi legitur uasorum suorum, Gaza autem lingua Persarum, diuitiæ nuncupant, nec est Hebræus sermo, sed barbarus. Non fuit (inquit) uerbum, quod iuxta Hebraicam consuetudinem, pro re frequenter accipitur, quod non ostenderet eis in domo sua, & in omni potestate sua. Unde dei ira iustissima, quoniam non solum thesauros suos atque palatii, sed & templi ostendit, quod certe fuit potestatis eius, de cuius ualuis atrij laminas antè iam tulerat. Intrauit autem Iesaias propheta ad regem Iezechiam, & dixit ei: Quid dixerunt uiri isti, & unde uenerunt ad te? Et dixit Iezechias: De terra longinqua uenerunt ad me de Babylone. Et dixit, Quid uiderunt in domo tua? Et dixit Iezechias, Omnia quæcumq; in domo mea sunt, uiderunt. Non fuit uerbum siue res, quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Iesaias ad Iezechiam: Audi uerbum domini exercituum: Ecce uenient dies, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui, usque ad diem hanc in Babylonem. Non relinquetur quicquam dicit dominus. Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Iezechias ad Iesaiam: Bonum uerbum domini quod locutus est. Et ait: Fiat tantum pax & ueritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Iezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam & aqueductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iudæ & c. Tradunt Hebræi ideo ægrotasse Iezechiam, quoniam propter inauditam uictoriã, & Assyrii regis interitũ, non mittendas laudes domino, quas cecinit Moyses Pharaone submerso, & Delbora interfecto Sisara: & Anna genito Samuele. Vnde commonitum esse fragilitatis suæ, rursumq; post corporis sanitatem, & signi magnitudinem, offerri aliam quam occasionem superbiæ, quam ut prudens & dei cultor uitare debuerat, nec rãdstra re alienigenis diuitias suas, quas deo tribuente possederat. Ex quo iuxta leges quoq; tropologiae discimus, non mittendas margaritas ante porcos, nec dandum sancturũ canibus. Qui enim fidelis est spiritu, abscondit negotia: & quicumq; hoc non fecerit, omnis uirtus illius eneruatur, peritq; posteritas, & amisso uirili robore, in muliebriã redigitur mollitudo. Ingreditur ergo Iesaias ad regem, & quasi nescius sciscitatur, Quid dixerunt uiri isti & unde uenerunt? Duo interrogat, qd locuti sint, & unde uenerint. Ille ad unũ rãdit, altero prætermisso, quod cum emphasi & supcilio legendũ est. De terra longinq; uenerit ad me de Babylone. Quod quanto terra longior sit unde uenerunt, tãto iste gloriosior, propter quem uenerint. Et uenerunt, inquit, ad me, qui debuerat dicere,

Exodi. 14.

Indicum. 5.

1. Reg. 2.

Matth. 7.





Vt autem eidem currus & equos tribuant, de miraculo est sumptum Eliæ prophetae, qui a curru igneo, & equis igneis, est raptus ad caelum, ut Iohannes Constantinopolim episcopus scopus aestimat. Quia enim graece ἑλως dicitur sol, sicut & Sedulius cum de Eliæ ascensu caneret, dicens, ostendit:

Quam bene fluminei praelucens semita caeli,  
Conuenit Eliæ meritoque & nomine fulgens.

Hac ope dignus erat, quoniam sermonis Achivi.

Vna per accentum mutetur littera sol est. Audiētes Graeci ab Israelitis, quos diuinas habere litteras fama prodebat, praedicari quod Elias curru igneo & equis sit igneis ad caelestia translatus, uel certe hoc ipsum inter alia depictum in pariete uidentes, crediderunt (cuius cinia decepti nominis solis) hic transitum per caelos esse designatum, & miraculum diuinitus factum dei, mutarunt in argumentum erroris, humana stultitia commotum. Quos imitati ipsi Iudaei fatigerunt, ne in aliquo gentilium, stultissimis minus stulti apparerent. Quod paulo post de eodem rege dicitur: [Excelsa quoque quae erant in Ierusalem, ad contrariam partem montis offensionis, quae aedificauerat Salomon rex Israel, Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensionis Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon polluit rex, & contriuit status.] Luce clarius est, quod excelsa nominare solet scriptura, loca in collibus posita frondentibus, in quibus uel daemones immolabant uel domino, locorum amoenitate affecti, contra interdictum, relicto altari quod erat in templo, hostias offerere. Unde saepius in hoc libro de regibus qui minus perfecte iusti fuerunt, dicitur, ueruntamen excelsa non abstulit. Montem autem offensionis, montem idoli dicit, quia nimirum consuetudinis est scripturarum, offensionem, idola nuncupare, quia uel in illis offenditur deus, uel offensionem & ruinam suis afferunt cultoribus. Sicut in hac ipsa sententia subsequenter intimatur, dum dicit: [Quae aedificauerat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensionis Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon polluit rex.] Vbi hoc quoque, ni fallor, palam ostenditur (quod utinam non ostenderetur), quia uidelicet Salomon de admisso idololatria scelere nunquam perfecte poenituit, nam si fructus poenitentiae dignos faceret, fatigaret autem omnia, ut idola quae aedificauerat, de ciuitate sancta tollerentur: & non in scandalum stultorum, quae ipse cum fuisset sapientissimus, erronea fecerat, quasi sapienter ac recte facta relinqueret. Meminit supra & huius loci scriptura, dicens: Tunc aedificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab ab in monte, qui est contra Ierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Nec uideri contrarium debet, quod ibi mons in quo facta sunt haec idola, contra Ierusalem, hic in Ierusalem esse positus asserit: quia nimirum in tanta erat urbis uicinia positus, ut ad ipsam pertinere, & ipsam quoque sordibus, quae in eo congregabantur, attaminare uideretur. [Et conuersus Josias, uidit ibi sepulchra quae erant in monte, misitque & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud.] Cur autem Josias ossa mortuorum concremari iussit super altare, nisi ut ostenderet, quod profana fuerunt eorum sacrificia? & non solum pecudum hostias daemones offerere, sed etiam semetipsos pro errore idololatriae in potestatem daemones tradiderunt: qui iusto dei iudicio simul cum altare, quod idolis fabricauerant, dissipandi erant. Mystice autem significant omnes, qui diaboli seruitio mancipati, uitam sacrilegam temporaliter finierant, aeternis cruciatibus consumendos, deo illis retribuente secundum propria merita operum illorum. [Ruersusque est Josias Ierusalem, & praecipit omni populo, dicens: Facite phase domino deo uestro, secundum quod scriptum est in libro foederis huius, &c.] Quod autem praedictus rex eiecit idola de terra, nec non phytionibus & ariolis, & omnibus immunditijs atque abominationibus ablatis, in octauodecimo anno regni sui domino phase celeberrimum fecisse legitur, moraliter docet nos, ut purgemus primum terram cordis nostri ab omnibus uitijs, & mundemus actus nostros ab omni inquinamento peccatorum, & ab operibus mortuis, ut seruire possimus deo uiuenti, sicut gratum domino celebremus pascha. Non utique in fermento malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis, Secundum autem allegoriam Iosias

Sedulius.

5. Reg. II.

2. Para. 35  
3. Esdr. 1.

1. Corin. 5.

Has iste typum tenet domini saluatoris, qui salus & fortitudo domini merito dicitur, quia ipse est de quo scriptura dicit: Dominus fortis dominus potens in praelio. Et alibi: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Ipse quidem zelo dei mundat terram Iuda & Ierusalem ab omnibus immunditijs & abominationibus, qui per prophetam dixit: Zelus domus tuae comedit me. De quo & Iohannes ait: Cuius uentilabrum in manu sua, & purgabit arcam suam. De quo & Malachias dicit: Ecce uenit dicit dominus exercituum: Et quis poterit diem cogitare aduentus eius, & quis habit ad uidentum eum? Ipse enim quasi ignis conflagans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflagans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et constabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit deo sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, & adulteris & periuris, & qui calumniabant mercedem mercennarij, & humiliabant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit dominus exercituum. Celebrat ergo Iosias noster uerum pascha in octauo decimo anno regni sui, quidam in octaua aetate generali resurrectione perpetrata, sanctos suos cum perfectione bonorum operum, perducit ad aeternae beatitudinis denarium accipiendum, eiecit prius omnibus scadalibus de regno eius. De quo praedictus propheta ait: Ecce enim dies uenit succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula. Et inflamabit eos dies ueniens dicit dominus exercituum, quae non derelinquet eis radicem & germen. Et orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. Egrediemini & salietis quasi uituli de armamento, & calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum uestro. Et recte dictum est quod non factum fuerit phase tale a diebus iudicij, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Iuda, sicut in octauo decimo anno regis Iosiae in Ierusalem: quia ablatis figuris ueraciter in die iudicij transibunt sancti de morte ad uitam, de corruptione ad gloriam, sicut in conspectu conditoris sui in caelesti Ierusalem in aeternum gaudebunt: quia uidebitur deus deorum in Sion, Et ciuitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terrae afferent gloriam suam & honorem in illa, Et portae eius non claudentur per diem, nox enim non erit illic, & afferent gloriam & honorem gentium in illam, Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitae agni. Et nomen ciuitatis ex illa die dominus ibidem, Benedictus dominus quoniam misericordiam suam, in ciuitatem circumstantiae. [Occiso itaque Josia rege in Mageddo, tulit populus terrae Joachaz filium Josiae, & ungerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Quem Pharaon Necho uinxit in Rebla, & duxit in Aegyptum. Et imposuit mulctam terrae centum talentis argenti, & talento auri, Regemque constituit Eliachim filium Josiae pro Josia patre eius, eratque nomen eius Joacim.] Quid autem interfectio Iosiae significat, qui a Pharaone Necho interemptus est in Mageddo, nisi persecutionem antiqui hostis aduersus sanctos praedicatorum quos per inuidiam neci tradere molitur, & auferre de terra ecclesiae conatur, quatenus facilius totam plebem dissipare & inuadere possit: interpretatur Pharaon dissipans, Necho percussio, Mageddo tentatio est. Permissus quippe diabolus confurgere aduersus sanctos, hoc solummodo agit, hoc totis uiribus certat, quatenus tentando gregem dominum percuciens dissipet, eosque primum auferat, quorum solatio adiuti contra hostem dimicare debuerant. [Tulitque populus terrae Joachaz filium Josiae & unxerunt eum, & constituit eum regem pro patre suo.] Joachaz qui interpretatur retentus, signat malos doctores, quos populus terrae, carnales uidelicet, terrenae cupiditati dediti, secundum mores suos consentientes uitijs suis personas eligunt: [Quos Pharaon in Rebla uinxit, & in Aegyptum duxit,] cum diabolus per multitudinem adulatorum: eneruans decipit corda praedicatorum, Rebla enim multitudo interpretatur, sicut in spirituali Aegypti uinctos carnis peccatorum tenebrosam mergit abyssum, Porro Pharaon quoque necho Joachim re

Psal. 23.

Psal. 68.

Matth. 5.

Malach. 3.

Malach. 3.

Apoec. 21.

Psal. 30.

30.

30.

30.

30.

gem cōstituens, imposuit multam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Cum malignus spūs penſum seruitus ſui in populo prædictorū expetit, ut tam ſenſu q̄ eloquio eius per omnia parati ſint obſequio. Vnde Ioacim iuxta præceptum Pharaonis, unum quēq; ſcđm vires ſuas exegit, ut daret tam argentum q̄ aurū, quatenus hoc redderet Pharaoni, quia diabolus p̄ ſibi deditos viros, ab unoquoq; exigit ſcđm vires ſuas peccati cenſum ſoluere, ſicq; in nequit prælatis, quotidie præparat p̄ditionē ſubiectis.

Caput XXIII.

**I**n diebus illis aſcendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus eſt ei Joacim ſeruus tribus annis, & rurſum rebellauit contra eū &c. Cū ſemel q̄s cuiſlibet ſe mancipari uult, nō uno, ſed multis dñis obnoxius erit. Vnde Ioacim quē Pharo ante cenſum ſibi ſoluere coegit, nūc Nabuchodonosor rex Babylonis ſibi ſeruire tribus annis cōpellit. Sed quem Nabuchodonosor alium intelligimus, niſi eundē quem Pharaonem eſſe diximus, principem uidelicet cōfuſionis, & rectorem tenebrarū harū? Ergo cum antequis hoſtis aliquē ſibi cenſum peccati ſoluere p̄ſuadet, mox totū in dominū ſuum redigere, & plenū ſeruitium expendere, admonet. Quid eſt ergo aliud, tribus annis regi Babylonis ſeruum eſſe, q̄ ſuaſione, delectatione, atq; cōſenſu, antiquo hoſti ſubditū fieri, & totū in uitrijs deditum, quaſi libere ab eo poſſideri? ſed ſæpe cōtingit, q̄ tales p̄ dei miſericordiam admoniti, rebellare contra nequam ſpiritū meditent. Hinc eſt quod ſubditur, Rurſum rebellauit contra eum. Nec tñ ſufficit rebellare, ſi non pleuerauerit in certamine. Qui enim ab antiqui hoſtis poteſtate ſe exuere deſiderat, neceſſe eſt, ut fortis cōtra eum dimicet, & adiutorū à ſumma potentia aſſiduis p̄ſibus impleret, quatenus diuina gr̄a adiutus, hoſtem fortiſſimū ſuperare, & iugum duriffimū euadere, queat. Poſt Joacim autē regnauit Joachin filius eius pro eo, Et fecit malum corā dño, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. In tempore illo aſcēderunt ſerui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ieruſalem, & circumdata eſt urbs munitionibus. Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cum ſeruis ſuis, ut oppugnarent eam. Egreſſusq; eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & ſuſcepit eum rex Babylonis anno octauo regni ſui. Et protulit inde oēs theſauros domus dñi, & theſauros domus regis, & cōcidit uniuerſa uafa aurea, quæ fecerat Salomō rex Iſrael in templo dñi, iuxta uerbū dñi. Et tranſtulit oēm Ieruſalem, & uniuerſos principes, & oēs fortes exercitus, decem millia in captiuitatē, & oēm artificem & cluſorem, nihilq; relictum eſt, exceptis paupibus populi terræ. Tranſtulit quoq; Ioachin in Babylonē, & matrem regis, & uxores regis, & eunuchos eius, & iudices terræ duxit in captiuitatē de Ieruſalem in Babylonē, & oēs uiros robuſtos ſeptē millia, & artifices & cluſores mille, omnes uiros fortes & bellatores, duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonē. Quod reſert de Nabuchodonosor, quia tranſtulit oēm Ieruſalem, & uniuerſos principes, & oēs fortes exercitus decē millia in captiuitatē, addidit ſcriptura, dicens: L & oēm artificē & cluſorem. Hoc eſt, quod ſupra populo Iſrael Philiftim regnantes feciſſe narrat, cū dicitur, Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſrael. Cauent enim Philiftim, ne forte facerent Hebræi gladium, aut lanceam. Sicut em̄ tunc illi cauerant ne habentes fabros ferrarios Hebræi, arma ad repugnandū facerent, ita nunc Chaldaei deſtructa Ieruſalem, & uactata omni terra repromiſſiōis, fatagunt, ut nullus in ea remaneat artifex, nullus cluſor, q̄ uel cœdata urbis mœnia componere, uel poſſit reſarcire diſrupta, quin potius quicquid apud gentē exterminatam artis inueniant, totū Babyloniam tranſferunt, uel ut ad nihilum ualeat ultra, uel illius ciuitatis utilitatibus proficiat, cum iuxta deſtinaſt hitoria (quia multā negligentia n̄i t̄pis congruit) non opinor allegoria eſſe reticendā. Conſtat nāq; quia Ieruſalem & terra Iſrael, ciuitatē Chriſti, id eſt ſanc̄tam eccleſiam; Babylonij autē & Chaldaei, ſiue Philiftæi, ciuitatē diaboli, id eſt oēm malignorū, ſiue hoim, ſeu angelorū multitudinem designat. Seruitq; Iſrael Philiftæis ſiue Chaldaeis, cū fideles quicq; nominetenus in eccleſia cōſiſtentes, ceterū ab imundis uel ſpiritibus uel hoibus decepti, aut auaritia, aut luxuria, aut alteri cuiſlibet peccato mētis colla ſubmit

tunt. Abducit autem Nabuchodonosor regem Ieruſalem, & uniuerſos principes fortes exercitus decem millia in captiuitatem, cum & magiſtros populorum & eos qui inuincibili animo domino ſeruire, ac decalogum legis fideliter uidebantur in dei ac proximi amore conſeruare, ſubito, ſiue illecebris mundi, ſeu aduerſitatibus ſubacti, aut maioribus ſe facinoribus polluant, aut certe in hæreſim declinando, aperta apoſtaſia notā incidūt. Arma uero quibus cōtra diabolum repugnantes libertatem à deo nobis donatam defendimus, quæ ſunt alia niſi eloquia ſcripturarum? in quibus & ipſius dñi & ſanc̄torū eius exemplis, quo ordine bella uitiorum ſuperari debeant, luce clarius diſcimus. Sed Philiftæi filios Iſrael fabri armorum priuant, cum maligni ſpiritus animos fidelium à meditatione ſacræ lectionis, ſecularia illis negotia inferendo, retardant; ne uel ipſi p̄ huius exercitium reſiſtendi fidutiā ſumant, uel alios forte q̄ legere neſciūt, ad reſiſtendū uitrijs exhortando, aut corripiendo accedant. Tollunt fabros armorum, & cum eos q̄ ſacra eloquia norunt, intantum ſcleribus obruunt, ut dicere bonā quæ didicerant prius erubeſcant. Tranſferunt omnē artificē & cluſorē de Ieruſalē in Babyloniam. Cum eos q̄ multatariā uirtutū operatiōe pluribus prodeſſe, & ciuitatē dei contra corruptiōis tentationem munire ſolebant, à propoſito deſectunt, atq; ingeniū quod tuitioni ſanc̄te eccleſiæ impendere debuerant, ad uoluntatem potius regis uitioſorū diſpensare cōpellunt. Quod ſi cluſorē hoc loco, non oſtorū ſiue muroſ; ſed auri potius gemarumq; intelligere uoluerimus, ad unū profecto eundēq; ſp̄ſalis expoſitio finem reſpicit. Dicitū q̄ppe eſt de ſapia, quia aurū & multitudine gemmarū ei nō ualeat cōparari, atq; ideo cluſores hoꝝ, non alios ap̄tius q̄ doctores intelligere ualeamus. Qui quandiu recte uiuunt ac docent, in ornatum ſanc̄te ciuitatis induſtriam ſanc̄te artis impēdunt. At ſi forte errauerint, quid niſi à rege Chaldaeorū captiui Babyloniam tranſferunt? & qm̄ artificē & cluſorē ab Ieruſolymis Babyloniam tranſmigrari, hoc eſt, talentū uerbi cœlitus acceptū in terra deſodi, id eſt, ſcientiā ſp̄ſalem ad peccatorū opera cōuertit, intelligendū eſt; oēsq; uiros fortes & bellatores ſimul in captiuitatē ductos, hoc eſt, eos q̄ uidebant ſibi fortes eſſe & bellatores, aſtutia malignorū ſp̄ūm deceptos, atq; in carcerē ſp̄ſalis Babylonie captiuos, neceſſe eſt ut opera demus quatenus ſeuiſſimi regis poteſtatē euadamus, uigilemus & ſobrii ſimus, timorem dei ſemper ante oculos ponamus, & mandatorū eius obliuionē omnino fugiamus. Conſtruamus nobis terrā bonorū opere, & p̄ profectū uitæ in illam cōſcendamus, induit lorica iuſtitia, & galea ſalutis, habentes ſcutū fidei, & gladiū ſp̄ſis quod eſt uerbum dei, Custodiamus portas ſenſuū noſtroꝝ, ne mors intret p̄ fenestras noſtras. Omni custodia ſeruemus cor noſtrum, quia ex ipſa uita procedit, & ante oīa ſp̄e noſtram in regis cœleſtis bonitate ponamus, petētes ut eius gr̄a à malis omnibus liberemur. Sicq; erimus ſemper immunes ab hoſtibus ſp̄ſalibus, quia dñs fortitudo plebis ſuæ, & protector ſalutarium Chriſti ſui eſt, qui ſaluat oēs ſperātes in ſe. Igitur Joachin captiuo, cōſtituit Nabuchodonosor Nabuchodonosor Hathaniam patrum eius pro eo, imposuitq; nomē eius Sedeciam. Uel ceſimū & primū annū ætatis habebat Sedecias cū regnare cepiſſet, & undecim annis regnauit in Ieruſalē. Fecitq; malū corā dño iuxta omnia quæ fecit Joacim. Quid in Sedecia aliud intelligere poſſumus, niſi q̄ in Ioacim añ prædiximus, hoc eſt, malos rectores in eccleſia, q̄ munere & dono diuino abutunt, & falſo ſibi nomē iuſtitia uſurpant? Maſchania autē interpretaſt munus ſiue donū. Sedecias iuſtus dñi, q̄ undecim annis regnaſt dñi, qd̄ ſignificat eū tranſgreſſorē legis fuiſſe, undenarius em̄ numerus q̄ denariū ſupgreſſit, exceſſiōem decalogi ſignificat, Nec rite rex dici pot, q̄ ſcđm mādara dñi ſemetipſum & ſibi ſubiectos regere noluerit.

Caput XXV.

**F**actum eſt autē anno nono regni eius, meſe decimo, decima die meſis, uenit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipſe & oīs exercitus eius in Ieruſalē, & circumdederūt eam, & extruxerūt in circuitu eius munitiones. Et clauſa eſt ciuitas atq; uallata, uſq; ad undecimū annū regis Sedecie, nona die meſis. Præualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. &c. Nouenarius nūerus q̄ minus habet denario, impfectionē legis ſignificat, ſicut undenarius tranſgreſſionē, & recte dicitū eſt q̄ Nabuchodonosor in

1. Reg. 13.

Ephesi. 6.

Psalm. 27.

1. 2. 3. 4.

nono anno regni Sedeciae obsederit ciuitatē, mēse decimo, & decima die mēsis, q̄a māli  
 pastores, cū decalogi mādara, quā scīa tenēt, ope & doctrīna pficere negligūt: necesse est  
 ut plebē sibi cōmissam anti quos hostis cū suo exercitu obsidiōe circūdet, & munitiōe er  
 roris, ac uitioꝝ cōstructa, claudat uallādo ciuitatē, sicq̄ fames in ciuitate praeualeat: fames  
 utiq; uerbi dei, cum nō expendit libere panis doctrīnae populo terrae. [Et interrupta est  
 ciuitas, oēsq; uiri bellatores nocte fugerūt.] Interrupta qdem p̄ dep̄datiōe uarias māli  
 gnoꝝ sp̄m custodiā populoz, hī q̄ debuerāt armis ciuitatē defendere, nocte ignoratiāe  
 & t̄bris peccatoꝝ uallati fugerūt, q̄a scdm ueritatis uocē, Mercenarij & q̄ nō est pastor  
 uidet lupū uenientē, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & disp̄git oues. Et Aposto  
 lus: Qui dormiūt, inq̄r, nocte dormiūt, & q̄ ebr̄ij sunt nocte ebr̄ij sunt. Quod autē sequit̄,  
 q̄ p̄ uia portae quae est inter duplicē mur̄ ad hortū regis fugerūt, latent aperuit inertīā  
 doctoꝝ: q̄ inter duplicē mur̄ duoz testamentoꝝ cōstituti, non belligerare, sed effugere  
 querūt, & in delictis magis disfluere, q̄d hortus significat, q̄ scuto fidei hostib⁹ obistere.  
 [Porro Chaldaei obsidebāt in circuitu ciuitatē. Fugit itaq; Sedecias per uia quae ducit  
 ad caēstria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chaldaeorū regē, comprehēditq; eū in  
 planitie Jericho, & oēs bellatores qui erāt cū eo dispersi sunt, & reliq;.] Ma  
 lignis sp̄ritib⁹ populū circūdantib⁹ rector fugit, nō ad mōtes, de quib; scriptū est, mōtes  
 in circuitu ei⁹, & dñs in circuitu populi suis: sed ad caēstria solitudinis, hoc ē, ad dilectiōē  
 luxuriā. Vnde scriptū est: Angusta & arua est uia quae ducit ad uitā, lata & spatiosa quae  
 ducit ad mortē. I. Comprehēditq; eū in planitie Jericho, & oēs bellatores q̄ erant cū  
 eo dispersi sunt & reliquerūt eū. Recte ergo cū uirtutes hoīem deserūt, quae eū defende  
 re debuerāt, in planitie Jericho capit, hoc est, in defectiōe carnalis sensus. Jericho em̄ in  
 preat luna, & significat defectū carnis. Vnde ille hō q̄ de Ierusalē descendebat in Ierī  
 cho, in latrōes incidisse describit [Apprehēsum ergo regē adduxerūt ad regē Babylonis  
 in Reblatha, qui locutus est cū eo iudiciū, hoc est, iustū cū eo exercitū iudiciū. Filios autē  
 Sedeciae occidit corā eo, & oculos eius effudit, uinxitq; eum catenis, & adduxit in Bābulo  
 nem.] Occidit rex Babylonis filios Sedeciae in Reblatha corā eo, & oculos quoq; illius  
 eruit. Dñi sacra scriptura Sedeciae captiuitatē narrat, ordinē captiuitatis internae denūti  
 at. Rex q̄ppe Babylonis est antiquus hostis, possessor intimae cōfusionis: q̄ prius filios an  
 te intrētis oculos trucidat, q̄a saepe sic bona opera interficit, ut haec se amittere ipse q̄ ca  
 ptus est, animus dolēs cernat. Nā gemit plerūq; animus, & tñ carnis suae delectatiōibus  
 uictus, bona quae genuit amās pdit, ea quae patit dāna cōsiderat, nō tñ uirtutis brachium  
 cōtra regē Babylonis leuat. Sed dñs uidēs neq̄tiae p̄petratione pcutit, ad hoc q̄nq; peccati  
 usu perducit, ut ipso quoq; ratiōis lumie priuet. Vnde Bābulois rex extinctis prius filiis  
 Sedeciae oculos eruit, q̄a malignus sp̄s subductis prius bonis opib⁹, post & intelligētiā  
 lumen tollit, quod recte Sedecias in Reblatha patitur. Reblatha quippe multa haec inter  
 pretatur: etenim quandoq; & lumen rationis clauditur, qui prauo & iniquitatis suae null  
 titudine grauatur. [Undecimo anno mēse quinto, septima die mensis, (ipse est annus no  
 nus decimus regis Babylonis) uenit Nabuzardan princeps exercitus seruis regis Ba  
 bylonis Ierusalem, & succendit domum domini, & domum regis, & domos Ierusalem.  
 Omnemq; domum combussit igni, & murum Ierusalem in circuitu destruxit omnes exerci  
 tus Chaldaeorum, qui erat cum principe militum. Reliquā autē populi partē quae remāserat  
 in ciuitate, & peruis gas qui transfugerāt ad regem Babylonis, & reliquum vulgus trāstulit  
 Nabuzardan princeps militiā. & c.] Congruit ergo t̄pis ordo cū rōne uindictae. Mense  
 quinto legif uastata esse ciuitas, quae pentateuchū legis seruare despexit, & septima die  
 mensis, quia sabbati requiē nō custodiuit, & oīa cōtraria praeceptis diuinis egit frustra si  
 bi blandiēs de securitate pro sanctorum locoꝝ habitatione. Vnde p̄ Ieremiam dñs dicit  
 Nolite confidere in uerbis mendaciū, dicentes: Templū dñi, templū dñi, templū dñi est:  
 Qm̄ si bñdixeritis uias uestras & studia uestra, si feceritis iudiciū inf̄ uirum & proximū  
 eius, aduenē & uiduē, & pupillo nō feceritis calumniā, nec sanguinē innocentē effude  
 ritis in loco hoc, & post deos alienos nō ambulaueritis in malū uobismetipsis, habitabo

Iohan. 10  
1. Thes. 4. 5

Psal. 12. 4  
Math. 7.

Ieremi. 7.

uobiscū in loco isto, in terra quā dedi p̄ribus uestris, a seculo & usq; in seculū. Ecce uos  
 cōfiditis uobis in sermonibus mēdaciū, q̄ non p̄derunt uobis, furari, occidere, adulterari,  
 iurare mendaciū, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis. Et uenistis, & ste  
 titis corā me in domo hac, in q̄ inuocati est nomē meū, & dixistis, Liberati sumus, eo q̄  
 fecerimus oēs abominationes istas. Et nūc quia fecistis oīa opera haec, dicit dñs, & locu  
 tus sum ad uos mane cōsurgens, & loquēs, & nō audistis, & uocauī uos & nō r̄distis, fa  
 ciam domui huic in q̄ inuocati est nomen meū, & in q̄ uos habetis fidutiā, & loco quem  
 dedi uobis & p̄ribus uestris, sicut feci Silo, & projiciam uos a facie mea sicut proieci oēs  
 fr̄es uestros uniuersum semē Ephraim. Venit Nabuzardan, q̄ interpretat uenilabrū, siue  
 p̄phetia alieni iudiciū, iusti dei iudicio sup peccatores, princeps utiq; exercitus regis Ba  
 bylonis Ierusalē intelligibilē, & succendit domū dñi, cū antiquus hostis, q̄ & rex cōfusio  
 nis & princeps oīm iniquoz est, tam malignoz sp̄rituū q̄ etiam impioz hoīm, plebem  
 inuadit fidelū, & domū regis & domos Ierusalē, id est rectores, & eos q̄ uidebant in ui  
 sione pacis manere, inflāmatos cupiditate subuertit, oēmq; domū cōbussit igni, cū uniu  
 cuiusq; cōscia p̄ flammā illiciti amoris turbauit, & muros Ierusalē in circuitu destru  
 xit, cū intentionē osonis & uirtutū studia quae cōtra se ualere nouit, & inde sperantib⁹  
 dissoluit, ne p̄ spem ueniat ad diuina succurrant auxilia, & correptiores uitaē apprehen  
 dant munimina. [Populumq; in captiuitatē ducens, de paup̄ibus terrae reliquit uinito  
 res & agricolos,] quia eos q̄ utiles uerbo & exēplo esse poterant, p̄ uicia captiuias, stule  
 tias & hebetibus cōmendat agriculturā, quatenus nō uinū grā sp̄ialis, & frumentū sanā  
 doctrīnae in uineis & agris populoz fructificēt, sed spinae magis & tribuli uitioꝝ excre  
 scant. [Colūnas autē aereas quae erāt in tēplo dñi & bases, & mare aereū, q̄d erāt in domo  
 domini confrēgerunt Chaldaei, & transtulerūt omē aēs in Babylonem.] Colūnas aereas  
 & bases, doctores possumus accipere, qui sonoritate prae dicationis & fidei firmitate de  
 buerunt alios sustentare. Mare aereum baptismi lauacrum, uel compunctionem lachry  
 maz; significat. Haec quidē oīa Chaldaei sp̄iales per inertiam magistrorum de domo do  
 mini auferre nituntur & confringere, ita ut non remaneat testa, & possit igniculus fieri  
 de incendio. [Oīas quoq; aereas & trullas & tridētes & scyphos & mortariola & uasa aerea  
 in quibus ministrabat tulerūt.] Quia diuersa officia in ecclesiasticis ordinibus de dei ser  
 uitio auferentes in suum usum nequissimum uerterūt. [Aecnon & thuribula & phialas,]  
 cum orationē qua diuinitas placari potuit, & poculum uerbi quibus lassī refocillari de  
 buerant impediendo subuerunt. [Quae aurea, aurea: & quae argētea argētea tulit prin  
 ceptus militiā,] quia tam sensum pretiosum quā etiam eloquij uenustatē hostis nequam  
 de domo domini auferre molitur & secum in confusionem ducere. [Tulit quoq; prin  
 ceptus militiā Saraīam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secūdum, & tres  
 sanitores, & de ciuitate eunuchum unum, quierat praefectus super uiros bellatores, & qu  
 qu uiros de his qui steterunt coram rege, quos reperit in ciuitate, & Sopher principem  
 exercitus, qui probabat tyrones de populo terrae, & sex uiros ē uulgo, qui inuenti fue  
 rant in ciuitate. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis  
 in Reblatha percussitq; eos rex Babylonis & interfecit in Reblatha in terra Hemath. Et  
 translatus est Iuda de terra sua.] Non solum enim populares, sed & fortes & principes  
 in ecclesia diabolo decipere & peccatis captiuare satagit, unde de ipso in Iob scriptum  
 est: Bsc̄ eius electae sunt. [Tulit quoq; Saraīam,] q̄ interpretat uinctus. [sacerdotē pri  
 mum,] cum primum in ecclesiae ordinem, q̄ in episcopis est, amore uoluptatis terrenae,  
 & uitioꝝ catena cōstringit. [Tulit quoq; similiter & Sophoniam,] q̄ interpretat abscondi  
 tus. [sacerdotē scdm.] cum secūdi ordīs uiros, hoc est, presbyteros q̄ talentū uerbi dei,  
 in terrā fodientes absconderāt, in suū dominū subigit. [Et tres sanitores.] Illos sanitores  
 uidelicet, q̄ ostiū fidei aperire debuerāt, & tenētes clauē scīae, nec ip̄i introierūt nec alios  
 introire pmiserunt. & de ciuitate eunuchū unum q̄ erat praefectus sup uiros bellatores, I  
 Eunuchus iste significat eos quos alibi scriptura sacra stultas uirgines appellat, quae uasa

22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

oleo uacua, in manibus tenebant, continentēs uidelicet se à coitu corpali, nec tñ oleum gratiæ & misericordiæ in pectore suo habere uolebant. Qui frustra sup uiros bellatores cōstituant, cum arrogantiam præcauere non meditant. [Tulit & quinq; uiros de his qui steterant coram rege.] Illos profecto q; quinq; sensibus corporis uoluptati seruientes, regi uitioꝝ semp; assistebant. [ & Sophar principem exercitus, q; probabat tyrones de populo terræ. ] Sophar interpretat̃ dissipans uel diuidens, significans eos, q; rudes in ecclesia quos ad militiam Ch̃i nutrire debuerant, prauis exemplis dissipantes, à cœtu fidelit̃ p̃ errorem sequestrant. [ & sex uiros è uulgo q; inuenti fuerant in ciuitate. ] hoc est stultos operadores, q; merito uulgi nomine nūcupant̃: quia utilitatem diuinor̃ consilioꝝ dī scere & factis implere neglexerant. [ Hos scilicet oēs tollens Nabuzardan princeps militum duxit ad regem Babylonis in Reblatha, percussitq; eos rex Babylonis, & interfecit in Reblatha in terra Hemath. ] Quia antiquus hostis cum p̃ nequitiam suam talem prædam ab ecclesia euellens tollit, hoc uoto ambit, hoc toto studio agit, ut ad ppetuæ mortis interfectionē eos p̃ducatur. Quos pcutit rex confusionis in Reblatha, hoc est in multitudi-  
*Matth. 7.* ne sceles; & amore uoluptatum. Vnde scriptura dicit: Lata & spatiosa uia est, quæ ducit ad mortē, & multi sunt q; intrant p̃ eam. [ Et translatus est Iuda de terra sua. ] cum illi, q; cōfessionem nominis dei in ecclesia uidebant̃ habere, p̃ scelera & peccata multiplicia de terra uiuentium translati, in regnum confusionis & erroris abducunt. Sub quo imperio quicunq; nequit seruientes pseuerauerint, nec merebunt̃ per Iesu ducatum regredi in terram Iuda, templumq; dñi ibidem reedificare. In posterum nanq; præsentis uitæ tradentur in carcerem mortis ppetuæ, ubi uermis eor̃ nunquam moriet̃, & ignis non extinguetur. Implebiturq; eis illa beati Petri apostoli sentētia qua dicit: Melius quippe erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Quia attestante ueritate, Seruus q; scit uoluntatem domini sui, & non facit, uapulabit multis; Qui autem nescit, & non facit, uapulabit paucis.

EXPLETO TANDEM tam laborioso opere, auxiliatus omnipotentis ope, in calce supplex lectorem exoro, ut (si digni lectione, uel transcriptione eum duxerit) dño gratias gratant̃ referat, qui est p̃ luminis, à quo omne datum optimū, & omne donum perfectum dat: qui dat abundant̃, & non impropert, q; mihi licet indigno ac humillimo, iuxta solertiam doctoꝝ dedit & amorem & auxilium cōsiderandi mirabilia de lege sua. Quod si secus quam optabam euenisse cepit, simul exoret, ut mea ignorantia, ac errori, à dño uenia tribuat, & nullatenus literatoriā urbanitatem  
 & uenustatem eloquentiæ requirat, sed potius sensum  
 huius operis diligenter perlustret:  
 præsertim

cum non res ac sensus propter lras, sed literæ ob manifestationem reꝝ sunt repertæ. Simul etiam uelut flexis poplitum genibus cernuus deprecor, ut tandem dignet̃ si alia quid utilitatis inuenerit, deuotus exorare diuinam clementiam, ut & liceat in peregrinatione huius labentis seculi, ueram commissioꝝ meoꝝ gerere pœnitudinem, & post excursum septem dieꝝ, uelut post septuaginta annos huius captiuitatis, exutus ab omni potestate regis Babylonij & seruitute captiuantium, ualeam iuuante sp̃u sancto, q; septiformis dī, uisionem pacis, cælestis uidelicet Ierusalem ac ciuitatis dñi, de qua dī: Ierusalem quæ ædificat̃ ut ciuitas ingredi, & uultum cōditoris regis nr̃i p̃ secula cōtemplari, præstante ipso, in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, AMEN.